L80

13. a. 4.
. 11.

Nº 3
27-8525

A
28
80

3
25-87

del Collegio dela Compañia de Jesus de Granada
R. 10721

# PROPOSITIONVM IVRIS PONTIFICII, ET CAESAREI,

## Compendium reſolutorium:

VNIVERSAS FERE' MATERIAS VTRAMQVE CENSVRAM reſpicientes ſummatim perſtringens,

*Ex magis probatis ſcriptoribus collectum.*

Opus legentibus, conſulentibus, & cauſas ciuiles, criminales, mixtas, beneficiales, contractuum, vltimarum voluntatum, & aliorum quorumcunque negotiorum tractantibus, vtile, facile, & neceſſarium:

*Alphabetico ordine Digeſtum.*

Adiecto Indice capitum materiarum.

AVTHORE BRVNORO A SOLE I. V. D.

*CVM PRIVILEGIIS.*




VENETIIS,

Apud Marcum Antonium Zalterium. MDXCVI.

# ILLVSTRISSIMO
## ET REVERENDISSIMO D.
# D. LAVRENTIO PRIOLO,
## VENETIARVM PATRIARCHAE,
### ET PRIMATI DALMATIAE RELIGIOSISSIMO,
Domino ſuo colendiſſimo,

*Brunorus à Sole I. V. D. ſummam fœlicitatem, & humiliter Sacratiſsimas manus oſculans. S. P. D.*

DVM vitæ meæ curſum conſidero, Illuſtriſſime & Reuerendiſſime Patriarcha, quantumque in patria, foriſque tempus rebus gerendis ſtudijſque impenderim, & quomodo ad hanc vſque ætatem, qua ſeptuageſimum annum attingo, omnia mihi aduerſa euenerint, nec mihi vnquam profuerit tot laboribus & vigilijs, vel in publicis negotijs, vel in iudicijs, vel in componendis legalibus libris, incumbere, quin diris fortunæ ictibus pulſus ſemper, depreſſuſque fuerim: omnia Diuinæ prouidentiæ tribuens, quæ cuncta ſuauiter diſponit, meliusque quid nobis expediat, quàm nos ipſi, ſcit: poſthabitis humanis meis cogitationibus, omnia pro meliori exiſtimans, in patientia mea poſſidere animam meam propoſueram. Verum animaduertens hominem homini, ad extremum uitæ vſque natum eſſe, a Deoque Opt. Max. creatum, vt ſe in eius vinea exerceret, talentumque ſibi datum pro uiribus adminiſtraret, ſperans aliquando fore, ut ſol, fugatis tenebris, ſuper me oriatur, iterum ad legalia ſtudia, librorumque reuolutionem animum conuerti, conſolarique me ipſum cœpi, quòd multis lucubrationibus Clariſſimorum Iuriſconſ. ſcripta ornauerim, & ſuo candori reſtituerim, propriaque ſcripta mea ediderim, quo effectum eſt, ut, propoſitum meum iuuandi, ſequens, poſteriſque meis memoriam vigiliarum mearum relinquere optans, cœpto ſcribendi labori incumbens, Compendium hoc reſolutorium Propoſitionum iuris Pontificij & Cæſarei, ſerie alphabetica ex Doctorum ſcriptis collectum, in lucem dare decreuerim: ſperans his meis lucubrationibus me non modicam utilitatem, & a librorum reuolutione ſubleuamen ſtudioſis allaturum. Verum cum mos omnium ſcribentium ſemper fuerit, aliquem Mæcenatem ſibi eligere,

gere, cui opera ſua dicarent, ſub cuius ſplendore & tutella ſplendentia & tuta exire poſſent, Te Nobiliſſimum Illuſtriſsimumque virum, ac Religioſiſſimum Primatem delegi, cuius patrocinio, nominique illuſtriſſimo hęc mea ſcripta deuouerem; certoque ſcio, me in tali tantoque uiro deligendo non aberraſſe, In te enim omnia quę ad animi, fortunæ, corporiſq; dotes conferunt, ſplendeſcere dignoſcuntur, quibus tamen te ita uti omnes ſentiunt, vt in eis omnibus conſpicuus videaris. & cum hæc omnia in te, vt in omnium virtutum admirabili exemplari, manifeſta ſeipſa faciant, non adulari cum Ariſtippo, ſed ueritatem cum Diogène dicere ſcio. Intuentur enim omnes Angelicam, imperio dignam corporis tui ſpeciem, eamque admirari, uenerariq; nunquam deſinunt: qua tamen tu ſemper uſque, a teneris annis ita uſus es, vt nil aliud tibi unquam propoſueris, quàm omnes ipſius corporis actus in uiam morum, eorumq;, quæ Deo placita ſunt, dirigere, & ita agere, ut naturæ donis, cæleſtibuſque muneribus dignum te præberes. Fortunæ bona ampliſſima tibi Illuſtriſſimo viro adeſſe omnes ſciunt, ſiue præterita, ſiue præſentia tempora, ſiue Sereniſſimæ familiæ tuæ, auorumque tuorum opes & dignitates, ſiue tui ipſius Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum ſtatum conſideremus. quæ omnia ſic manifeſta ſunt, ut ea recenſere nil aliud exiſtimem, quam ſcripta ſcriptis, & lumen lumini luce non egenti addere. Si enim Senatorias, Procuratorias, Ducales, & eccleſiaſticas dignitates, quibus Sereniſſima famlia tua cum maxima gloria, decurſis, & ijs temporibus inſignita eſt, recenſere uelim, ſoli ſplendorem fruſtra addere uelle dignoſcerer, papyruſque mihi potius, quàm materia deficeret. &

*Ante diem clauſo componet ueſper olympo.*

Quę tamen omnia ita tibi tu, non te illis (vt uirum optimum & Chriſtianiſſimum decet) ſubiecisti, ut illorum fidelem, piumque diſpenſatorem, & prudentiſſimum conſeruatorem præ te tuleris. Conſiderans tamen, animi dotes, hæc omnia vana, caduca, & tranſitoria antecellere, nihilque, aut parum prodeſſe maiorum ſtemmata recenſere, naturæ, fortunæque bonis gloriari, veramque nobilitatem non in atrijs ceris undiq; exornatis, ſed in uirtute magis conſiſtere, ad animum tuum dotibus perpetuis ornandum ita te omni ætatis tuæ decurſu applicuiſti, ut nunquam puer, nunquam iuuenis, ſed vir prudentiſſimus, & integerrimus domi foriſque ſemper habitus fueris. ita ut, nil tibi, quod virum Illuſtriſſimum Sereniſſima familia ortum, & Religioſiſſimũ Antiſtitem, omni ſuprema maieſtate digniſſimum deceat, deeſſe uideatur. Et cum talem te, Sereniſſimus ac Excellentiſſimus Venetus Senatus domi in maioribus dignitatibus, foriſque in regendis ciuitatibus, varijſque ad maiores Reipublicæ

Chriſtianæ

chriſtianæ Principes legationibus, reipſa cognouerit, rectiſſimo ſuo iudicio, quo mirabiliter & chriſtianiſſime Diuino ſpiritu ductus cuncta gubernat, te Brixiæ præturam ſumma cum laude, Senatoriaque maieſtate regentem, in demortui Illuſtriſſimi Patriarchæ Triuiſani locum ſuis ſuffragijs electum, Beatiſſimo Sixto Quinto, Summo Pontifici præſentauit, qui ſapientiam, prudentiamque tuam expertus, dum pro Sereniſſimo Ven. Dom. apud ipſum oratoris munere fungereris, electionem ipſam maxima cum tui gloria, omniumque applauſu approbauit, & confirmauit. cuique tui amantiſſimus Beatiſſimus Gregorius XIIII. maxima cum hillaritate aſſenſum re ipſa præſtitit. Cuius pietatem, Religionem, & Sanctiſſimi Paſtoris munera, ita quotidie omnes boni experiuntur, quòd tali, tantoque Paſtore gaudent, & lætantur, ſperantque fore, ut maiori dignitate inſignitus, maiorem ipſis lętitiam & iocunditatem allaturus ſis. Ego, & ſi uermis, & non homo, omnium minimus, virtutum tuarum amore ſic ardeo, ut omnia tibi ex uoto euenire optem: cumque aliud animi mei erga te ſignum exhibere non poſſim, Deum Opt. Max. pro tua amplitudine, fœlicibuſque ſucceſſibus tuis, humilibus, deuotiſque præcibus cum familioſa mea orans, librum hunc tuo Illuſtriſſimo & Religioſiſſimo nomini iam dicatum, ad te tranſmitto, meque humiliter benignitati tuæ commendo. Vale.

Venetijs XIII. Kal. Iunij. M D XCVI.

## Benigno Lectori Salutem dicit

Author Operis.

*CORPVS hoc meum, Propoſitionum iuris Compendium reſolutorium, inſcriptum, ſtudio familiari collectum, edere, non mea fuit intentio, humane Lector, illud enim commodo meo priuato, vt in occurrentibus materijs abſque tot librorum reuolutione mihi ipſi conſulere poſſem reſeruabam, Tum etiam, quia eo ordine compoſitum eſt, ut imperfectum aliqua ratione dici poſſit, cum adeo ampla materia legalis ſit, & ita in immenſum Doctorum ſcripta & ſententię creſcant, vt multo plura quam in eo contineantur ad ipſum augendum addi poſint. Verum conſiderans me iam ſeptuageſimum annum attingere, & uicinitatem temporis peregrinationis meæ adeſſe, Et quod facile poſt dies meos honeſti labores mei alterius nomini deſeruire poßent, ſcienſq; me ut hominem ad alijs iuuandũ natũ, & ut amicorum conſilijs acquieſcerem, illud in commune commodum impreſſori edendum conſignaui, quod mihi gratißimum fore exiſtimabam, ſi eo ordine & diligentia, qua illud manu mea ſcripſi, impreſſum fuiſſet. Verum cum in multis defecerint, qui illud imprimendi, in formis recognoſcendi, & corrigendi curam habuerunt, dolens eius editioni acquieſcere coactus ſum. Me tamen benignitas atq; humanitas tua recreat & reficit, ſperans te boni conſulturum, & aliorum imperfectioni, ut hominem Chriſtianum decet, ſuppleturum, quod ut facias obſecro atq; obteſtor, conſiderans quam periculoſum ſit labores ſuos, pręſertim huiuſmodi legalia ſcripta vulgaribus hominibus imprimenda committere, ita etiam in quæſtionum mearum legalium impreſſione eueniße ſcio. Sed cum id damni omnibus lucubrationes ſuas ad edendum tradentibus commune eße rerum experientia ſciam, de legalem ſcientiam profitentium intelligentia confiſus, dolorem meum conſolari ſtudeo, ſperans me maiorem conſolationem recepturum, ſi hoc ipſum meum opus tibi probatum fore ſentiam. Vale.*

# INDEX CAPITVM MATERIARVM.

A


Abbas.col.1. fol.1.
Ablatiui abſoluti.col.1. 2
Abſens.col.2. 2
Abſolutio a iuramento.col.3. 2
Abſolutus.col.4. 2
Acceſſorium.col.1. 3
Acceptans beneficium.col.1. 3
Accuſatio.col.3. 3
Accuſator.ol.3. 3
Accuſatus.col.4. 3
Acquiſitio.col.4. 3
Acta.col.4. 3
Actio.col.1. 4
Actiones.col.3. 4
Actor.col.4. 4
Actus.col.2. 5
Additio.col.4. 7
Adiecti.col.4. 7
Adiectio.col.4. 7
Aditio hæred.col.4. 7
Adminiculum.col.1. 8
Adminiſtrationis.col.1. 8
Adminiſtrator.col.1. 8
Aduerſarius.col.1. 8
Adulterii.col.2. 8
Adulterium.col.2. 8
Aduocatus.col.4. 8
Ædificare.col.4. 8
Æqualitas.col.1. 9
Æſtimum.col.1. 9
Ætatem.col.2. 9
Affectus.col.2. 9
Affirmatiuam.col.2. 9
Agens.col.3. 9
Agenti.col.4. 9
Agere.col.1. 10
Agnatio.col.4. 9
Alienatio.col.2. 10
Alimenta.col.2. 10
Alloquutio.col.4. 10
Allegationes.col.4. 10
Alluuionis.col.4. 10
Alternatiuæ.col.1. 11
Amator.col.1. 11
Ambiguis.col.2. 11
Amiſſionem rei.col.2. 11
Animalia.col.2. 11
Animus.col.3. 11
Anni.col.4. 11
Annua pręſtatio.col.i. 12
Annulus ſignatorius.col.1. 12
Antiquis.col.1. 12
Antiquitas.col.2. 12
Antiquum.col.2. 12
Apocha.col.3. 12
Apoſtilla.col.3. 12
Apothecam.col.3. 12
Appellans.col.4. 12
Appellare.col.2. 13
Appellatio.col.3. 13
Appellationem.col.1. 15
Appellationis.col.3. 15
Appoſitio manus.col.4. 15
Aquam de flumine.col.4. 15
Arbitri, Arbitrium.col.4. 15
Arguere.col.1. 16
Argumentum.col.2. 16
Arma.armans.col.3. 16
Arreſtum.col.1. 17
Articuli.col.1. 17
Aſcendentes.col.2. 17
Aſſaſſinii crimen.col.3. 17
Aſſaſſinus.col.3. 17
Aſſertio ſocii.col.3. 17
Aſſertioni Papæ.col.4. 17
Aſtringens ſe.col.1. 18
Atteſtationibus.col.1. 18
Auferri, & Auferre.col.2. 18
Augmentum.col.2. 18
Authentica.col.2. 18
Authoritas.col.3. 18
Authorizare.col.3. 18
Auus.col.3. 18
Auxilium.col.4. 18


B


Banniti.col.4. 18
Bannum.col.4. 19
Baptiſmus.col.4. 19
Baro.col.2. 20
Beneficia.col.2. 20
Beneficialibus.col.3. 20
Beneficiatus.col.4. 20
Beneficio.col.4. 21
Beneficium.col.1. 22
Bigami, col.4. 22
Biruarii.col.1. 23
Bladum.col.2. 23
Blaſphemans.col.2. 23
Bona.col.3. 23
Bonorum.col.4. 24
Bonus.col.3. 25
Brachium ſęculare.col.3. 25


C


Cadaueribus.col.3. 26
Calculatores.col.3. 26
Canonis.col.3. 26
Canoniſta.col.3. 26
Capi.col.4. 26

Capitis pœna. col.4. fol.26
Capitulum.col.4. 26
Capta in bello.col.1. fol.27
Captura.col.1. 27
Carcerato.col.2. 27
Cardinales.col.2. 27
Caſtri.col.2. 27
Caſtrum.col.3. 27
Caſus.col.3. 27
Cataſtratio.col.1. 28
Cauſa.col.1. 28
Cauſæ.col.3. 28
Cauſis.col.4. 28
Cauſam.col.1. 29
Cautio.col.2. 29
Cedens.col.2. 29
Cedula.col.2. 29
Cenſum.cenſus.col.3. 29
Ceſſio.col.4. 29
Citatio.col.2. 30
Ciues.col.3. 31
Ciuilibus.col.3. 31
Ciuis.col.4. 31
Ciuitas.col.2. 32
Ciuium.col.1. 33
Clandeſtinitas.col.1. 33
Clauſula.col.2. 33
Clauſulę.col.1. 37
Clericatus.col.2. 37
Clerici.col.2. 37
Clericorum.col.3. 37
Clericus.col.3. 37
Cognitio.col.3. 38
Coitum.col.4. 38
Collatio.col.4. 38
Collator.col.1. 39
Collecta.col.1. 39
Collectam.col.3. 39
Collectarum.col.4. 39
Collectas.col.4. 39
Collitigans.col.2. 40
Coloni.col.2. 40
Colonus.col.4. 40
Comes.col.4. 40
Commendatarij.col.1. 41
Commiſſarius.col.1. 41
Commodum.col.2. 41
Communio.col.2. 41
Communitas.col.2. 41
Comparationem.col.4. 41
Comparans.col.4. 41
Compelli.col.4. 41
Compendioſæ.col.4. 41
Componens.col.4. 41
Compoſitio.col.4. 41
Compromiſſa.col.1. 42
Conatus.col.2. 42
Concedi.conceſſio.col.3. 42
Conceſſionibus.col.2. 43
Conceſſum. col.2. 43
Condemnari.condemnatio.col.3. 43
Condemnato. condemnatus.col.4. 43
Conditio,conditione.col.1. 44
Conditionem.conditiones.col.2. fol. 44
Conductor.col.3. 44
Confeſſio.col.4. 44
Confinia.col.3. 47
Confirmans.col.3. 47
Confirmatio.col.3. 47
Conſanguinei.col.1. 48
Conſcientiæ.col.2. 48
Conſenſus.col.2. 48
Conſilio.conſilium.col.3. 48
Conſtitutio.col.1. 49
Conſtituto.col.2. 49
Conſuetudo.col.2. 49
Contractum.contractus.col.1. 51
Contrahens.contrahentium.col.4. 53
Contrarietas.col.4. 53
Contrariorum.col.1. 54
Contrauenire.col.1. 54
Contumax.col.1. 54
Conueniri col.2. 54
Conuenticula.col.2. 54
Conuentio.col.3. 54
Conuerſus.col.4. 55
Copula.col.1. 55
Correctio.col.1. 55
Correlatiua.col.1. 55
Corrumpens uirginem.col.2. 55
Crediti.creditor.col.2. 55
Credulitas.col.2. 56
Crimen.col.2. 56
Culpa.col.4. 56
Curatum.col.4. 56
Curiæ ſtilus.col.1. 57
Curſus.col.1. 57
Cuſtodiam.col.2. 57
Cuſtos.col.2. 57

D

Damni. damnum.col.3. 57
Dans operam.col.3. 57
Datia iuſta.col.4. 57
Datiarijs.col.4. 57
Datio in ſolutū.col.4. 57
Debiti.debitor.col.1. 58
Decima.col.4. 58
Declaratio.col.4. 58
Decretum.col.4. 58
Delegatus.col.2. 59
Delicti.col.3. 59
Delictum.col.3. 59
Delinquendi occaſio.col.3. 60
Delinquen.sdelinquentis. col.3. 60
Denuntiatio litis.col.3. 60
Dependentibus ab animo.col.4. 60
Depoſitio.col.4. 60
Depoſitum.col.1. 61
Deputati.col.1. 61
Deſcendentes.col.2. 61
Deſcendentium.col.2. 61
Deſiderium.col.3. 61
Deſponſatio.col.3. 61
Deſtinatio.col.3. 61

Deſti-

Index capitum materiarum.

Deſtinatus ad clericatum.col.4. fol.61
Detentator.col.4. 61
Detentus.col.4 61
Determinatio.col.1 62
Dicere.col.2. 62
Dictio.col.2. 62
Dictum.col.1. 65
Diffamatio.col. 1. 65
Difficultas.col.2. 65
Dignior.col.2. 65
Dignitas.col.2. 65
Dilatio.col.3. 65
Diligentia.col.4. 65
Diſpenſatio.col.4. 65
Diſpenſationes.col.2. 66
Diſponere.col.2. 66
Diſpoſitio.col.2. 66
Diſpoſitum.col.4. 67
Diſtributores.col.4. 67
Diuiſio.col.1. 68
Doctores.col.2. 68
Dolum.col.2. 68
Dolus.col.3. 68
Domeſtici.col.3. 68
Domicilij.col.4. 68
Domicilium.col.4. 68
Domini.Dominium.col.4. 68
Domus.col.2. 69
Donans.col.2. 69
Donatario.col.3. 69
Donatio.col.3. 69
Donator.col.3. 71
Donatum.col.4. 71
Dos.col.1. 72
Dotatio.Dotis.col.3. 72
Dubietas.col.2. 73
Duces.col.2. 73

E

Eccleſia.col.3. 73
Edictum.col.1. 74
Effectus.col.2. 74
Eiectio.col.2. 74
Egeſtate.col. 2. 74
Eligendi.col.2. 74
Eligens.col.3. 74
Emendare.col.3. 74
Emens.col.4. 74
Emphyteuſi.col.1. 75
Emphyteuta.col.1. 76
Emptio.col.3. 76
Emptor.col.4. 76
Emptum.col.1. 77
Enunciatiua uerba.col.1. 77
Enunciatum.col.2. 77
Epiſcopi.col.2. 77
Epiſcopus.col.2. 77
Epiſtola.col.4. 77
Error.col.4. 77
Eſſe hoc non probat.col.2. 78
Euictio.col.3. 78
Euidens.col.3. 78
Exactum.col.3. fol.78
Excedens.col.3. 78
Exceptio.col.4. 78
Excommunicatio.col.4. 79
Excommunicatus.col.1. 80
Excuſſio.col.1. 80
Executio.col.2. 80
Executiuis.col.2. 80
Executor.col.2. 80
Exemplatio.col.3. 80
Exemptio.col.3. 80
Exercitium duplex.col.4. 80
Exhæredatio.col.4. 80
Eximens.col.4. 80
Ex nunc.col.1. 81
Expectans.col.1. 81
Expenſæ.col.2. 81
Expreſſio.col.3. 81
Expreſſum.col.4. 81
Extenſio.col.1. 82
Extrahi.col.1. 83
Extranei.col.1. 83
Extrauagantes.col.1. 83

F

Faber.col.2. 83
Facere.col.3. 83
Faciens.col.4. 83
Facta.col.1. 84
Factis.col.2. 84
Factum.col.2. 84
Facultas.col.1. 85
Fallitis.col.2. 85
Falſi crimen.col.2. 85
Fama.col.4. 85
Familia.col.1. 86
Familiares.col.1. 86
Familiaritas.col.1. 86
Famuli.col.2. 86
Fauor. col.3. 86
Feriis.col.4. 86
Feudi,feudis,feudum.col.4. 86
Fictio.col.4. 88
Fideicommiſſa.col.4. 88
Fideiuſſio.col.2. 90
Fideiuſſor.col.2. 90
Fieri.col.3. 90
Filiatio.col.4. 90
Filia.col.1. 91
Filii.col.2. 92
Finis.col.3. 95
Fiſcus.col.3. 95
Fœmina.col.3. 95
Forenſes.col.1. 96
Formæ.col.3. 96
Forum.forus.col.3. 96
Fractor pacis.col.3. 96
Frater.col.4. 96
Fraternitas.col.2. 97
Fraternitates.col.2. 97
Fratres mendicantes.col.2. 97
Fratrifratrem.col.4. 97

Fratrius.

Fratribus.col.1. fol.98
Fraus.col.1. 98
Fructus.col.3. 98
Fuga.col.1. 99
Fundi.col.1. eod.
Fundum.col.2. eod.
Fundus.col.3. eod.
Fur.col.4. eod.
Furor.col.4. eod.
Furti.col.1. 100
Furtiua res.col.2. 100
Furtum.col.2. 100

G

Gabella.col.3. 100
Geminata geminatio.col.1. 101
Generationis uerba.col.2. eod.
Genitiuus.col.2. eod.
Gerundium.col.3. eod.
Gloſæ.col.3. eod.
Gradus.col.4. eod.
Gratia.col.1. 102
Grauati.grauatus.col.2. 102

H

Habilitas.col.3. 102
Habitans.col.3. eod.
Habitare.col.3. eod.
Habitatio.col.4. eod.
Hæredes.col.1. 103
Hæredi.col.2. eod.
Hæredis.col.3. eod.
Hæreditas.col.4. eod.
Hæredum.hæres.col.1. 104
Hæretici.col.2. 105
Homicida.col.3. eod.
Homines.col.3. eod.
Hominibus.col.4. eod.
Homo.col.4. eod.
Honeſtas.col.1. 106
Honor.col.2. eod.
Honoribus.col.2. eod.
Honoris.col.3. eod.
Horæ expreſſio.col.3. eod.
Horas canonicas.col.3. eod.
Hoſpitale.hoſpitalia.col.4. eod.
Hoſpitans.col.1. 107
Hypotheca.col.1. eod.
Hypothecaria.col.2. eod.

I

Iactare ſuum.col.3. eod.
Ignorans.col.3. eod.
Ignorantia.col.3. eod.
Immunitas.col.1. 108
Impedimenta.col.1 109
Impedimentum.col.1. eod.
Impedito.col.1. eod.
Imperator.col.2. eod.
Imperfecta.col.2. eod.
Impetrans.col.3. fol.109
Impetratio.col.3. eod.
Inplementum.col.4. eod.
Inæqualitas.col.4. eod.
Incendium.col.1. 110
Incertitudo.col.2. eod.
Incola.col.3. eod.
Incontinenti.col.3. eod.
Indefinita.col.3. eod.
Indicia.col.4. eod.
Indiuidui.col.1. 111
Indultum.col.1. eod.
Infames,infamia.col.2. eod.
Infans.col.2. eod.
Inferior.col.3. eod.
Infirmitas. col.4. eod.
Ingrediens.col.4. eod.
Inhabilis.col.4. eod.
Inhibitio.col.1. 112
Inimicitia.col.1. eod.
Iniuriæ.col.2. eod.
Iniuriarum.col.3. eod.
Inquiſiti mendacium.col.3. eod.
Inquiſitio.col.3. eod.
Inſinuatio.col.4. eod.
Inſtantia.col.4. eod.
Inſtitutio,inſtitutus,col.1. 113
Inſtrumenta.col.1. eod.
Inſultatus.col.1. 114
Interdictum.col.2. eod.
Interpellatio.col.3. eod.
Interpretationi.col.3. eod.
Intimatio.col.3. eod.
Inuadens.col.3. eod.
Inueſtituræ.col.4 eod.
Inueſtitutus.col.4. eod.
Inuitus nemo.col.1. 115
Irregularitas.col.1. eod.
Iudæus.col.2. eod.
Iudex.col.2. eod.
Iudicii,iudicio.col.4. 116
Iudicis.col.4. eod.
Iura.col.4. eod.
Iuramentum.col.1. 117
Iurans.col.4. 118
Iurari poteſt.col.1. 119
Iuri adeundi.col.2. eod.
Iuri futuro.col.2. eod.
Iuriſdictio.col.2. eod.
Iuris patronatus.col.3. eod.
Ius accreſcendi.col.3. eod.
Ius cauſarum.col.4. eod.
Ius ſciuile.col.4. eod.
Ius conſiſtens.col.4. eod.
Ius defendendi / Ius offerendi } col.1. 120
Ius patronatus.col.1. eod.
Ius quæſitum.col.2. eod.
Ius ſuccedendi.col.4. eod.
Ius ſuum unicuique.col.4. eod.

L

Lacerans.col.4. eod.
Læſio.col.1. 121



# Index capitum materiarum.

Laici:laico.laicus.col.3. fol.121
Lapſus termini.col.1. 122
Laudimium.col.1. 122
Laudum.col.2. eod.
Legatarius.col.3. eod.
Legatio quam Papa.col.1. 123
Legato de latere.col.1. eod.
Legato omnium bonorum.col.1. eod.
Legatorum uerba.col.2. eod.
Legatum.col.2. eod.
Legatus.col.2. 124
Legem .Hac conſultiſſima.col.2. eod.
Legem ſeu diſpoſitionem.col.2. eod.
Leges.col.3. eod.
Legis uerba.col.3. eod.
Legis.ſi infanti.col.4. eod.
Legislatoris uerba.col.4. eod.
Legitima.col.4. eod.
Legitimati.col.3. 125
Legitimatio.col.4. 125
Legitimatum.col.2. 126
Legitimatus.col.2. 126
Legum,iuriſue.col.4. eod.
Lex.col.4. eod.
Libellorum.Libellus.col.4. 127
Liber.col.1. 128
Liberatio.col.2. eod.
Libere.col.2. eod.
Libertati.col.3. eod.
Libris.col.3. eod.
Lis.Lite.col.4. eod.
Literæ.Literas.col.4. eod.
Litigantes.Litis.col.2. 129
Locatio.col.3. eod.
Locator.col.4. eod.
Locus.col.4. eod.
Lucrum.col.1. 130

M

Maior.col.3. 130
Maiorum bona.col.3. eod.
Mala.col.3. eod.
Malæ fidei.col.4. eod.
Maleficio.col.1. 131
Mandans.col.1. eod.
Mandati.col.3. eod.
Mandato.Mandatum. col.3 eod.
Manum unam.col.1. 132
Mariti Marito.Maritus.col.2. eod.
Maſculi.col.1. 133
Maſculinum.col.1. eod.
Maſculorum.col.2. eod.
Maſculus.col.3. eod.
Mater.col.3. eod.
Matrimonium.col.4. eod.
Media.col.1. 134
Medicus. col.2. eod.
Melioramenta.col.2. eod.
Mendacium.col.2. eod.
Mercator.col.3. eod.
Meritorum.col.3. eod.
Metus.col.4. eod.
Militis donatio.col.2. fol.135
Minæ.col.2. eod.
Minima.col.3. eod.
Minor.col.3. eod.
Miſſio in poſſeſſionem.col.1. 136
Mixta.col.2. 136
Molendinarius.col.2. eod.
Molendinum.col.2. eod.
Monachus.col.3. eod.
Monaſterium.col.3. eod.
Moniales.col.4. eod.
Mora.col.1. 137
Mortis.col.1. eod.
Mortuum.col.2. eod.
Mulier.col.2. eod.
Multiplicatio.col.4. 138
Munera.col.1. 139
Municeps.col.1. eod.
Murus.col.1. eod.
Mutatione.col.2. eod.
Mutuans pecuniam.col.2. eod.
Mutuum.col.2. eod.

N

Narratio.col.3. 139
Natura.col.3. eod.
Naturales.col.3. eod.
Natus.col.4. eod.
Nauta.col.4. eod.
Neceſſitas.col.4. eod.
Negans.col.1. 140
Negatiua.col.1. eod.
Negligens.col.4. eod.
Negotia.col.4. eod.
Nepos.col. 5. 141
Neptis.col.2. eod.
Nobilitas.col.2. eod.
Nomen filiorum.col.2. eod.
Nomina debitorum.col.3. eod.
Nominatio.col.3. eod.
Nomine proprio.col.3. eod.
Nominis ſimilitudo.col.3. eod.
Nomminum diuerſitas.col.4. eod.
Notarii.col.4. eod.
Nouitius.col.2. 142
Nullitas.col.2. eod.
Nuncio creditur.col.1. 143

O

Oblatio.col.1. 143
Obligans.col.1. eod.
Obligare,obligari.col.2. eod.
Obligatio.col.2. 143
Obligatus.col.4 eod.
Occidens.col.1. 144
Occidere.col.2. eod.
Occiſus.col.2. eod.
Occultans.col.2. 144
Offendens.col.3. eod.
Offendi quis dicitur.col.3. eod.
Offenſi excuſpatio.col.4 eod.

Offenſus licet.col.4. fol.144
Offerre.col.4. eod.
Offi eialis.col.1. 145
Oneta.col.2. eod.
Opem delinquenti.col.2. eod.
Operarius.col.3. eod.
Opinio. col. 3. eod.
Oppoſitum.col.4. eod.
Oratio.col.4. eod.
Ordinatio,col.4. 145
Ordinatus.col.1. 146
Ordo.col.1. eod.
Originarius.col. 2. eod.

P

PAce facta.col.2. eod.
Pacis fauor.col.3. eod.
Paciſcens.col.3. eod.
Pacta.col.3. eod.
Pallor.col.1. 147
Papa.col.2. eod.
Parricidij.col.1. 148
Paſcendi.col.2. eod.
Pater.col.2. eod.
Patris conſenſus.col.3. 150
Patroni conſenſus.col.3. 150
Patronus.col.3. eod.
Patruus.col.3. eod.
Pauperi relictum.col.4. eod.
Pax.col.4. eod.
Pecuniam.col.4. eod.
Pedagij.col.1. 151
Penſio.col.2. eod.
Percuſſus ſemel.col.2. eod.
Percutiens.col.2. eod.
Peregrinus.col.3. eod.
Periurii.col.3. eod.
Periurus.col.3. eod.
Permutatio.col.3. eod.
Perſona.col.4. eod.
Pertinentia.col.2. 152
Peruenire.col.2. eod.
Petere.col.3. eod.
Petitio.col.3. eod.
Piæ cauſæ.col.3. eod.
Pluralitas.col.3. eod.
Pœna.col.4. eod.
Porticus.col.1. eod.
Poſſeſſio.col.1. 153
Poſſeſſor.col.2. 154
Poſſidens.col.3. eod.
Poteſtas.col.3. 154
Precedentia.col.4. eod.
Prælati.col.4. eod.
Prælegata.col.3. 155
Præſcriptio.col.3. eod.
Præſentatio.col.3. 156
Præſentia ſola.col.3. eod.
Præſumptio.col.4. eod.
Præcarii conſtitutio.col.2. 157
Premium.col.2. eod.
Primogenitura.col.2 157
Primogenitus.col.2. fol.157
Princeps.col.3. eod.
Priuati.col.1. 161
Priuationem.col.2. eod.
Priuatus,col.2. eod.
Priuilegia.col.3. eod.
Probatio.col.4. 162
Proceſſus.col.4. 163
Procurator.col.4. eod.
Producens aliquid.col.1. 164
Prohibita.col.2. eod.
Prohibitio. col. 2. eod.
Proles.col.4. 165
Promiſſio.col.4. eod.
Puniri.col.1. 166
Punitus.col.1. eod.
Pupillaris tacita.col.2. eod.
Pupillus.col.2. eod.
Promiſſione.col.3. eod.
Promittens.col.3. eod.
Promittere.col.4. eod.
Pronomem,ipſe.col.1. 167
Propinquorum.col.1. 167
Propoſitum in mente.col.1. eod.
Proteſtatio.col.1. eod.
Protocollo.col.2. eod.
Prouidere.col.2. eod.
Prouiſiones,col.2. eod.
Pcouocatus.col.2. eod.
Proximior.col.3 eod.
Proximitas.col.4. eod.

Q

QVerellæ.col.4. 167
Qualitas.col.4. eod.
Quietatio.col.3. 168

R

RAdice amputata.col.4. 168
Ratificatio.col.4. eod.
Ratio.col.2. 169
Rationum calculatores,col.4. eod.
Rebellionis.col.4. eod.
Recedere.col.4. eod.
Receptio.col.4. eod.
Re communi.col.1. 170
Reconciliatus.col.1. eod.
Rector eccleſiæ.col.1. eod.
Redditus annui.col.2. eod.
Regalia.col.2. eod.
Regia ordinatio.col.3. eod.
Regulæ eſt.col.3. eod.
Reipublicæ.col.3. eod.
Reiuendicatio.col.3. eod.
Relatio.col.4. eod.
Relatiui natura col.4. eod.
Relatum eſt.col.1. 171
Relictum annuum.col.1. eod.
Rem habens,col.1. eod.
Remedia duo.col.1. eod.
Remedium reinteg.col.1. eod.







Remiſſio.col.2. fol.171
Renuncians.col.3. eod.
Renunciare.col.3. eod.
Renunciatio.col.4. eod.
Repræſaliæ.col.4. 173
Repudiatio.col.1. 173
Reſcriptum.col.1. eod.
Reſponſio.col.2. eod.
Res.col.3. eod.
Reſpublica,col.3. 174
Reſtitutio.col.3. eod.
Reuerentia,col.1. 175
Reus.col.1. eod.
Rex.col.3. eod.
Rogitus notarii.col.3. eod.
Rubrica.col.3. eod.
Rumor.col.4. eod.

S

SAcerdos non tenetur.col.4. cod.
Sacerdos ſpoliatus.col.1. 176
Salarium.col.1. eod.
Saluianum.col.1. eod.
Saluum conductum.col.2. eod.
Sanguinis coniunctio.col.2. eod.
Sanguis fluens.col.2. eod.
Sanitatis probatio.col.3. eod.
Satiſdatio.col.3. eod.
Sciens.ſcientia.col.4. eod.
Scriptuta.col.1. 177
Semimortuus.col.2. eod.
Sententia.col.2. eod.
Sepultura.col.3. 179
Sequeſtrum.col.3. eod.
Sermo.col.4. eod.
Seruitus.col.4. eod.
Sigillum.col.4. eod.
Simonia.col.4. eod.
Simoniacus.col.1. 180
Simulationis.col.4. 179
Societatis.col.1. 180
Socij.ſocius.col.2. eod.
Sociorum bona.col.3. eod.
Solennitas.col.3. eod.
Solicitator.col.2. 181
Solidum.col.2. eod.
Solitum.col.2. eod.
Soluens.col.2. eod.
Solutio angariarum.col.3. eod.
Solutio uoluntaria.col.3. eod.
Solutionibus.col.3. eod.
Soror.col.4. eod.
Species.col.4. eod.
Spoliato.col.1. 182
Spoliatus.col.2. eod.
Spolii.ſpolium.col.3.4. eod.
Spurius.col.4. eod.
Statuentes.col.4. eod.
Statuta.col.2. 183
Statuti.col.3. 184
Statutis duobus.col.1. eod.
Statuto. col.2. eod.
Statutorum publicatio.col.2. fol. eod.
Statutum.col.3.185. eod.
Stipulatio notarii,col.2. 188
Stuprans uirginem.col.2. eod.
Stylus iudiciorum.col.3. eod.
Subditi.ſubditis.col.3.4. eod.
Subiectus ſciens.col.4. eod.
Subiecta talia ſunt,col.2. eod.
Subrogatum.col.4. eod.
Subſtitutio.col.1. 189
Subſtitutus.col.1. eod.
Subtilitas nimia.col.1. eod.
Sumptum ex regiſtro.col.1. eod.
Suitati.col.2. eod.
Snorum appellatione.col.2. eod.
Superufluitas.col.2. 190
Superior.col.2. eod.
Surreptio.col.3. eod.
Suſcipiens caſum.col.3. eod.
Suſpectus.col.3. eod.
Suſpitio cauſata.col.4. eod.

T

TAbellioni creditur.col.4. eod.
Taciturnitas.col.1. eod.
Temporis qualitas.col.2. 191
Tempus.col.2. eod.
Terminus.col.3. eod.
Teſtamentum.col.4. eod.
Teſtari.col.3. 192
Teſtator.col.3. eod.
Teſtes.col.4. 193
Teſti.col.3. 195
Teſtibus.col.4. eod.
Teſtimonium.col.1. 196
Teſtis.col.1. eod.
Teſtium.col.2. 197
Theſaurus.col.2. eod.
Trebellianica.col.3 197.col.2.fol.199
Triennalis.col.4. 197
Tutor.col.4. fol.197.col.2.fol.199.
Tituli.col.4. 197
Tolerantia.col.3. 198
Torqueri.col.3. eod.
Tranſactio.col.3. eod.
Tranſgreſſores,col.2. 199

V

VAgabundi,col.4. 199
Variatio.col.4. eod.
Varietas ſcripturarum.col.4. 200
Vaſallo.inueſtito,col.1. eod.
Vaſallos.col.2. eod.
Vaſallum,col.2 eod.
Vaſallus.col.3. eod.
Vectigalia.col.1. 201
Vendens.col.1. eod.
Vendere.col.1. eod.
Venditio.col.2. eod.
Venditor.col.3. eod.

# Index capitum materiarum.


Venditum. col.4. fol.201
Veneno occ idens.col.4. eod.
Verba.col.1. 202
Verbum.col.3. 204
Veriſimilitudo.col.4. 205
Veritatis habendę.col.4. eod.
Veſtes feſtiu.colę.1. 206
Veſtes prætioſæ.col.1. 206
Vicinus.col.1. eod.
Victus an condemnari.col.1. eod.
Vidua.col.2. eod.
Villa tenetur.col.2. eod.
Vim inferenti.col.2. eod.
Vincula plura.col.3. eod.
Vltima derogant.col.3. eod.
Vnio in beneficialibus.col.3. eod.
Vniuerſitas.col.3. fol.206
Vocati.col.4. eod.
Volenti.col.4. eod.
Voluntas.col.1. 207
Vox.col.3. eod.
Vſufructu legato.col.3 eod.
Vſufructuarius.col.4. eod.
Vſura.col.1. 208
Vſurarii.col.2. eod.
Vſurarum.col.2. eod.
Vſus communis.col.3. eod.
Vſus iuriſdictionis.col.3. eod.
Vtile in ſeparabilibus.col.4. eod.
Vulnerans aliquem.col.4. eod.
Vulnerati ſolius.col.4. eod.
Vxor.col.1. 209


F I N I S.

## ERRATA QVAEDAM OBSERVATA QVO AD poſitionem propoſitionum.

*Fol.9.col.4.Propoſitio,quæ incipit, Agnatio, poſtponenda uenit propoſ. Agere nemo.fol.10.col.1.*

*Fol.95.col.4.propoſitio quæ dicit, Fœminæ primæ, & vult dicere, formæ primæ, cum propoſ. ſequenti, cadebat in fol.ſeq.col.3.ante propoſ.incip.forum ſortiri.*

*Fol.145.col.2. Poſſeſſor autem. non uenit diſtincte, ſed continuatiue ad propoſ. præcedentem.*

*Fol.157.col.2. Præcarij conſtitutio, cum propoſ. ſequenti,erat ponenda in col.4. fol.154.ante propoſitionem inc. præcedentia. & ſequens ſituanda poſt dictam propoſ.*

*Fol.161.col.3.Priuilegium alicui. cadit in col.4.poſt propoſitio. Priuilegijs clauſulis.quæ vult dicere, clauſis.*

*Fol.166.col.1. Puniri de aſſiſtentia.cum alijs quinque ſequentibus propoſ.habent ſuum locum in fine literæ. P.*

*Fol.175.col.4.Rumor etiam vnus.vult dicere, uanus.*

*Fol.177.col.2. Semimortuus.cum duabus ſequen. ſituandæ erant in col.ſeq.poſt propoſi. Scriptura teſtamenti.*

*Fol.179.col.4.Simulationis exceptio. cadit in col.1.fol.18.poſt propoſ. incip.Simoniacus.*

*Fal.108.col.2.Socij.ueni reponenda in col ſeq.ante.Sociorum.& in ea.col.2.Socius. eſt reponenda poſt, Sociorum.*

*Fol.188.col.2.Subiectum.uenit in col.4. ante propoſitionem. ſubiectus ſciens.*

*Cætera omitto, ex indice enim capitum materiarum alia his ſimilia cognoſces. labori nunc parcere volui. Sed, Deo fauente, opus ipſum alia editione reſtitutum, & melius ordinatum habebis.*

# PROPOSITIONVM IVRIS PONTIFICII, ET CAESAREI,

## Compendium reſolutorium.

## A

ABBAS benedici non debet, niſi ſolum diebus quibus ordines minores conferri poſſunt. de quibus in c. de eo. extra de temp. ordina. vt per Silueſ.in ſum. in ver. ordo. 2. num.6. Et licet Io. Andr. in ca.cum contingat. extra de æta.& quali.& ord.præfic. ponat hoc ſub dubio,& dicat, quod iſtud dubium egeret declaratione,videlicet, vtrum conſecratio eccleſiæ ſicut poteſt fieri die quolibet, c.2.de conſecr.eccle.uel alt. in 6.ita & iſta benedictio abbatum : Tamen tutius putat quod non ea ratione, quia hæc benedictio eſt maior quam ordinatoria exorciſtatus, quia illa ex iſta dependet,d.c.cum contingat,ibi,vt lectores per manuum impoſitionem licentia ſit vnicuique abbati in proprio monaſterio ſolummodo. faciendi.& licet tex.in lectore loquatur, tamen idem eſt in oſtiario,exorciſta,& acolyto, qui ſunt quatuor ordines minores cum lectore,ut in d.c. de eo.Sed illa dependens dari non debet niſi diebus dominicis & feſtiuis,c.1.& 3.de temp.ord.in 6. ergo nec iſta, quæ eſt principalis, fieri debet niſi ſuprad.diebus.
* & eſt communis opinio, ſecundum Abb. in c. cum ſis.de cōſecr.eccl.vel altaris. vbi vide omnino. quā ſentētiam refert & tenet Silueſ.in ſum. ver.Abbas. nu.4.ſequitur Felyn.in c.inter monaſterium.nu.2. extra de ſenten.& re iud.Secus in Abbatiſſa; quæ quolibet die poteſt benedici, ſecundum Hoſtien. Ioan.Andr.& Ant. de But.in d.c.cum contingat.&
* not.per gloſ.in clem. Attendentes. §.ſtatuimus.de ſtatu monac.ſuper ver.benedici.

Abbas electus dicitur abbas ante benedictionem.cap. 1.de ſupplen.negli.prælat.Abb.in c.quanto.col.2. de offi.ordin.Deci.in c.eam te.num.10.de reſcri.& in c.cum in cunctis.§.cum vero.nu.5.de elec.Oldr. conſ.14.inci.cum queritur.col.1.Ioan. de Selua,de beneſ.par.3.q.38.Alph.Hoie.de beneſ. incompat. c.6.nu.6.Roſini. de beneſ. c.5.nume.35. & poteſt uti baculo paſtorali,& mitra, Abb.in c.inter monaſterium.col.fin.ver.quæro vlterius. de re iudic.Io. de Lign.& Ioan.And.in clem.attendentes.§.ſtatuimus.de ſtatu monach. not. in c.1.de æta.& qualit. in c.meminimus.de accuſat.Anchar. in d.cap.inter monaſterium.num.6.& ibi Bal.num.3.Fely.in d.c. eam te.num.12.& in d.c.inter monaſterium.nu.1. in c.1. de ſuppl. neglig.præla.num.1.& in d.c.meminimus.num.1.& quomodo uocetur Abbas ante benedictionem,vi.Archid.in c.alienationis. nu.12. col.1.12.q.2.& Ioan.de Selua in tract. de beneſ.in 2.q.1.p. verſ.13.beneficium. Vide ad propoſitum infra lit.I.verſ.Imperator nondum coronatus. Nota quod nondum benedictus non confert ordines Pſalmiſtarum.Bertach. de epiſc.verſ.vltimo,de cauſa.num.9. dicit tamen Ioan. de Sel. vbi ſup.nu.79. quod ante benedictionem poteſt ea exercere quæ ſunt ordinis, & vti baculo paſtorali, cū benedictio ſit potius de ſolennitate & ad bene eſſe, quam de ſubſtantia.

Abbas executor teſtamenti ab aliquo ſuo amico & familiari coſtitutus, expreſſo nomine dignitatis tantum, non tranſmittit illud officium in ſucceſſorem.glo.in c.2.in uerſ. mortuo. & in uerſ.expreſſerit.de teſtam. in 6.ratio, quia illa officia ſolent communiter iniungi amicis. & ideo, ex quo conſtat de amicitia,eſt præſumptio quod conſtitutio ſit perſonalis.tex. apertus in c.requiſiſti. de teſtam.c.Pontifices.12. q.3.c.dilecti.iunc. gl.de foro comp.Rom.conſ.511.Panor. in c.quoniam abbas. de offi. delega.

Abbas in cauſa bonorum ſuæ menſæ, de quibus per gloſ. in clemen.1. in verſicu. ad menſam. de exceſ. prælat.non poteſt eſſe teſtis, ſecundum Ioan.And. Domin. & Sicul.in c.inſuper. de teſti.Ioan.And.& Domin.in c.præſentium.eo.tit.in 6. vbi etiam Pet. de Anchar. Domin. in c.iudex.col. pen. alias. 1.de offi.delga.lib.6.Paul.de Leaz.in c.cum nuncius.de
* teſti.& eſt communis opinio. vt prædic. Docto.teſtantur,in d.locis.vt per Steph.Aufr.in tract.de reprob.teſti. in prin.& iſta fuit opinio Innoc. in d.c. inſuper.quam ſequitur ibi Bald.in fi.verſic. quæro nunquid epiſcopus.& Abb.ibi.colum.4. verſic. ex his infertur. Ratio eſt, quia cauſa menſæ videtur propria ipſius,& ſic repellitur a teſtimonio.2. q.6. c.biduum.ut dicit Ioan.Andr. in d.c.inſuper.quam opinionem Deci. ibi dicit eſſe veriorem. colum.3. verſ.ſucceſſiue quæritur.per gl. in c.potuit. in verſ. expelli. de loca. Quod procedit etiam quod bona non eſſent tota de menſa, ſed pars cederet in vſus pauperum,vel in vtilitatem eccleſię.c.de his.de eccleſ.ædifi. Procedit etiam in abbate habente monachos,vt per Deci.in d.c.inſuper. verſ. Quid autem in prælato.num.33.vbi etiam quando bona dicantur de menſa.pro quo etiam vide Fely. in d.c.inſuper.num.9.vbi materiam copioſe tractat.6.Nel.de

teſti.nu.14.Aufr.de teſti.nu.1.Monticel.remiſſiue,de reſti.lit.A.ver.Abbas.

Abbas inſtituto monacho poteſt hæreditatem ſolus ſine ipſo monacho repudiare.argum.l.1.§.per ſeruum.ff.de acquir.poſ.il 2.in fi.ita Bal. in l.1.q.10. & l.bonorum. quæſt.5.C.qui admin. Barto.in l.tutor.in fi.ff.de acquir.poſſeſſ. aliàs de bo.poſſ.Lap. alleg.26.in fi.Bal.in l.pupillorum. C.de repud.hæred. * & eſt communis opinio teſte Fely.in c.in præſentia.de probat.ſub num.57.verſicu. decimò quæro.vbi addidi.in ver. quod ſic. Iaſon tamen in l.legatum.ff.de lega.1.num.13. verſicu. vltimo reſtat arduum dubium.hanc q.diſputat, & poſt multa cõtra commumem adducta,ſub num.19. verſic. quid tenendum. reſidet cum communi, ſub his verbis. Ego teneo primam opinionem Feder. affirmatiuã, ſecundum quam conſulerem, & iudicarem, & quia reputo eam eſſe communem. & ibi vi.addi. in ver. communem opinionem. & conſi, Feder. quod ipſe allegat eſt conſil. 9. quod incipit. caſus talis eſt. res aliqua immobilis. & hanc opinionem tenent Imo.& Gemin.in c.1.de reb.eccleſ.non alien.in 6. Cardi.& Abb.in c.tua nuper.de his quæ fi. a præl. fi. conſ. cap.licet Abb. ibi dicat, quod hic eſt caſus valde dubius,tamen vbique eam tenuit. vt & alibi in c.1.in penul.colum.de dolo & contum.in d.c.in præſentia. de probat. & in conſil.32. incipien. ad claram. Anto. de Butr. in dicto cap. in præſentia. colum.28. & in cap. quoniam. per illum text. de decim.Bal.in aut.ſi qua mulier. in vlt.col. C.de ſacroſ.eccl.& in l.ex repudiatione.C.de fideicom. Rom.in conſ.193. incip. viſis quæ narrantur in facto.Alberi.de Roſ.in d.l.legatum..de leg.1. Contrariam opinionem negatiuam tenuit Bal.ſibi contrarins in l.contra iuris. §.1. ff.de pact. & in l.magis puto.§.fundum. ff.de rebus eor. per illum tex. quem fortem dicunt Caſtr. Aret. & Alexan.in d.l. legatum.& hanc tenent Roma.& Areti. in l.is qui hæres. §. fina. de acquir.hæred. Anchara. & Imo. in c.vt ſuper. de reb. eccle.non alien. Imo.in d.ca. tua nuper. Lauren.de Rodul.in repet. c.ſine exceptione. quæſt.55.12. quæſt.2. & hanc eſſe magis * communem opinionem dicit, & tenet Alex.in d.l. legatum.num.2.verſ.ſed quid in Abbate. vbi allegat tenentes eam,per d.§.fundum. Sed aduertendum,quod,vt inquit Areti.in d.l.is qui hæres.§.fi. opinio Feder.ſeruaretur in practica, quia eſt communis apud canoniſtas. Adde tu quod eſt indubtabilis ẽt apud legiſtas.Nam ea opinio quæ pro contraria ponitur militat in prælato: quo caſu præd. * doct.volunt magis communiter teneri, quòd ſine conſenſu capituli non poſſit hæreditatem vel legatum eccleſiæ delatum repudiare, vt cuique ipſos legenti liquere poteſt. Sed in abbate omnes conueniunt cum prima,quod ſcilicet poſſit. quam Alex. in d.l.legatũ.dicit eſſe magis cõem.in d.verſicu.ſed quid in abbate. in princ.& alibi in l.1.ff.de vulga. col.7.verſ.vtrum aũt ſolus abbas.nu.24.vbi reprehendit Bart. contrarium tenentem in d.l.is qui hæres.§.neque filius. de acq.hære. contra quem dicit omnes ibi tenere, & alibi idem Alex. in d. l. 1. §. per ſeruum qui. col.fin.num.13.verſicu.in illo tamen articulo. dicit opinionem canoniſt. eſſe communem,quod Abbas poſſit vt ſup. & ipſam tenet. Adeo,quod Iaſ.in d.l.legatum. vbi ſupra,male reprehendit Alexandrum,tribuens ipſi quod aſſeruerit magis communem eſſe pro negatiua:cum tamẽ, ut ſupra deductum eſt,conſtet Alex.ſemper in caſu propoſito tenuiſſe affirmatiuã cum canoniſtis. per tex.in c.ſi religioſus.de elect.in 6.& 12. q.1.c. non dicatis.& ad materiam vi. late Lap. allega.25. cum adnot.in lit.K. & L.Craue.conſ.152. num.7. 8.& 9.Roland.conſ.15.num.29.par.1.& Alex.ad l.1.de vulga. & pupil. num.67. cum ſequen,in nouiſ.editione.

Abbas monacho ſecum litiganti expenſas prȩſtare tenetur.gloſ.not.in l.ſi inſtituta. §.de inofficioſo. in ver. decerni.ff.de inoff.teſtam.& in l.fin.in ver.litis ſumptus.C.de ord.cognit.tenet Rota deciſ.10. de iudici.in nou.Afflict.deciſ.10.num.2. vbi loquitur in vxore litigante cum viro. Capel.Tolo.q.88. quæ loquitur in monacho degẽte in ſcholis. & hoc eſt receptiſſimum,ſi aliunde vnde ſibi ſubminiſtret non habeat:ratione enim inopiæ inductum eſt, ut lite pendente vna pars alteri collitiganti prȩſtet alimenta & expẽſas,vt per Nicol.Mil.in reper.in ver. expenſæ,& id deciſionibus,conſilijs,& praxi firmatum eſt.Rota deciſ.1.incip.nota quod accuſato.de accuſ.in antiq.Bellame.deciſ.256.inci. monachus, Gui.Pap. deciſ.561. incip. ſi quis contra me.Boet. deciſ.303.inci.clericus captus.nu.4.deciſ.325.inc. ſed quid contra.per totam. Afflict. deciſ.11.incip. ſoror.& deciſ.152.inci.fuit dubitatum. per totam. Franc.Marc.deciſ.150.inci.quæſitum. Rota in recol.Guidob.deciſ.36.ſub ti.de alim.& expen.litis, & incip.dubitatum fuit.Craue.conſi.164.inci.nobilis. lib.1.Ceph.conſ.127. incip. proponit.nu.6. & 7.lib.1.Aemil.conſ.126.incip.quæritur,per tot. Gabriel.conſ.29.inci.Lucius Organtinus.col.fi.ſub nu.19.verſ.vltima quæſtio.par.1. vbi id receptiſſimum eſſe dicit,etiam in prima inſtantia. Menoc.in vxore,conſi.8.incip.duæ. num.22.lib.1.quod authoritate Afflict. d. deciſ. 10. firmauit Ioan. Bapt. Ferret.conſ.34.incip.in prȩſenti.nu.2.li.1.Couar. pract.qq.c.6.nu.8.Aſini.in praxi iudici. §.32.cap. 2. ampliat. 23. Dictum de monacho, amplia ut procedat, etiam ſi monachi electi eſſent inter ſe in diſcordia,ita Rota in recol.Creſcen.deciſ.175.inc. electio.tit.de iudici. Non tamen procedit, quando monachus vnius monaſterij electus ad dignitatem alterius monaſterij ſpoliaretur, quia tunc ſibi nec alimenta,nec expenſæ litis debentur,niſi ſupplicet Papæ.Rota,vt deciſ.Put.2.tit.de expenſ.incip.expenſæ litis.& deciſ.13.incip.alimenta.tit.de iudic. Nec etiam procedit qñ monachus inquiſitus eſſet eiectus a monaſterio per ſuos ſuperiores, & habitu priuatus, & ex conſequenti qñ non eſt in poſſeſſione monachatus, iux.not. Barto. in l.ſi neget. ff. de liber.agnoſcen.per quam doctr. ita Rota tenuiſſe dicit Put. lib. 1. deciſ. 208. incipien.Gregorius. ſecundum Venet.impreſ.ſed eſt in recol.Thom.de Tanis,deciſ.111. incip. fratres ſancti Saluatoris.vt refert Lancel.de attent.Ampliat.12. limit. 11.nu. 30.pro quo vide Gabriel. conſi.25.num.14.par.1. vbi loquitur in filia.& ad materiam vide Fely. in c. cum dilecta.de reſcrip.num.15.ver.monachus non





agit.& verſ.& monacho agenti.& nume.16.vbi de monacho petente ſe reſtitui ad clauſtrum tanquã iniuſte eiectum,& ſub d.num.15.verſ.fallit primo. vbi quid in monacho accuſante Abbatem de crimine.pro quo etiam vi.Duran.de mo. gener.conci.celebr.Rubr.23.nu.6.& Rubr.4.num.62. vbi rationem aſſignat.& d.Rubr.23.nume.8.vbi reprehendit Abbates male tractantes monachos qui volunt eos accuſare.& hæc obſerua, quia ſæpe occurrunt. An autem Abbas poſſit caſtigare monachum, vide Menoch.de arbitr.iud. caſu 364. multa alia in materia Abbatum, & de hoc nomine habes ordinatiſſime in nouo indice tractatuum, idcirco eo recurras, in ver.Abbas. vbi omnia ad hanc materiam Abbatum,& Abbatiſſarum ordinatiſſime poſui.

Abbas ſi emit a mercatore pannum pro veſtiendis monachis,ad eius ſolutionem abligatur monaſterium, dato quòd Abbas in alios vſus conuerterit. Bald.in Auth. hoc ius porrectum. C.de ſacroſ. eccle.col.4. verſ.vlterius habetis hic.in fi.Rom.conſ.440.Dec. conſ.330.concluſio.num.3.

¶ Ablatiui abſoluti conditionem faciunt regulariter. Bart.in l.a teſtatore.num.1.& 3.ff.de condi.& demon.dum notat verbum ibi poſitum,acceptis centum.& allegat gl.in l.cum ab eo.de contrah.empt. vbi gl.facit differentiam inter ſi,vt,quia.& num.3. in ſol.cõtrarij de l.fideicommiſſa. §.cum eſſet.de lega.3.vbi ablatiui abſoluti inducunt fideicõmiſſum purũ, diſtinguendo dicit,aut iſti ablatiui nõ pñt inducere fideicommiſſum, & tunc faciunt conditionem,vel ex natura perſonæ cui adijcitur, quia non poteſt grauari, aut ex natura rei. & adducit in argumentum not.per ſe in l.in ratione. §.tametſi.ff. ad leg.Falcid.Aut iſti ablatiui referuntur ad perſonam in qua poteſt cadere fideicommiſſum, & tunc inducunt fideicommiſſum quantum ad ſe. & allegat caſum.d.§.cum eſſet.& l.ſi ſeruus.§.qui margaritam.de leg.1. ſed quo ad aliud habent vim conditionis,vt d.l.a teſtatore.& exemplificat Bart.vt ibi per eum,Hanc regulam,quod importent conditionem,firmat Bart.in l.1.num.3.5.& 34. de cond.& demonſt.Bal.in l.1.colum.4.verſ.xj.op.de lega.2. quem refert & ſequitur Iaſ.in rubr. ff.ſol.matr.nu. 2.& in 2.lectu.nume.20.& ibi Alcia. late nume.7. & plur.ſequen.& in d.lectu.2.num.17.Iaſon dicit, durum eſſe ab hac communi regula recedere, præſertim ſi per participium ponantur. vt ſi dicatur, Actore non probante.vt not.Bart.in.d.l.1.nu.34. de cond.& demon.Deci. in terminis in l.qui accuſare.num.21.C.de eden.& in conſi.466.nu.18.Ruy. conſ.155.nu.3.& 13.vol.5.alibi Deci.conſ.11.nu. 9.Pariſ.conſ.9. nu.60. vol.2.Iaſ. conſi.221.nume. 5.& 29.vol.2.& conſil.260.num.15.& 18.volum. 3.Menoch.conſi.38.num.26.& conſi.69.num.72. vol.1.conſ.327.nu.51.& conſ.393. nume.23.cum ſeq.vbi docet quod accedunt ad diſpoſitionem magis quam alia conditio.& ita habent maiorem uim quacunque alia conditione.& conſi.398.nu.4. vbi quòd non ſolum faciunt conditionem,ſed & formã inducunt, eiuſque leuis ommiſſio actum vitiat. & nu.20.vol.4.& dic inducre diſpoſitionem, quando proferuntur ab eo qui poteſt diſponere circa illud. eſt doctr.Bart.in l.2.§.videndum.nu.2.ad Tertull. dum exponit illa verba,extantib.agnatis.d.§.cum eſſet. & d.§.tametſi. vbi bona additio in lit. C.ad materiam horum ablatiuorum vi. Iaſ. copioſe in l. ab emptione.de pact.ff.& ibi cumul.per Maſuer.in addit.in lit.A.& in reper.trac.in lit.A.in ver. Ablatiui abſoluti.vbi poſui regulam importantem conditionem:cum quatuor not.fallentijs.

Ablatiui abſoluti conditionem nedum, ſed etiam diſpoſitionem inducunt, qñ referuntur ad eos quos teſtator grauare poteſt.eſt doctr. Bar.in l.fideicommiſſa.§.cum eſſet.de leg.3.vbi opponit dupliciter, & ſol.diſtinguendo,vt per eum.& ẽt not. in Rubr. C.de inſt.& ſubſt.ad fi.in l.ab emptione.ff.de pac. in l.a teſtatore.ff.de cõd.& demon.Dec. conſ.466. nu.18.& 19.conſ.532. nu.4.& Goz.cõſ.3. nu.22. Crau.cõſ.182.nu.9.& late Ripa lib.2.reſp.c.9.nu. 1.& 2.Nota tamen hoc eſſe ſpeciale in vltimis volũtatibus, vt d.§.cum eſſet. l.in ratione.§.tametſi.& l.acceptis.ad l.Falci.& l.euictis.de vſur.nam,vt prȩmiſſum eſt, regulariter conditionem faciunt. pro qua materia vide Bal. in l.vnica.in 5.opp.C.quan. non pet.par.Rom.in conſ.32. Alex. conſ.185.nu. 19.vol.2.Alc.in l.quærebatur.de ver. ſign.& collecta per me in nouo reper.tract.in ver.Ablatiui abſoluti,vbi poſui regulam cum fallentijs. & ad materiam vi.Mari.Soc. ſen. ſuper Rub.ext.de cond.appoſ.nu.67.vi.in ver.prȩced.& Bal.in l.1.in fi.C.de libe. præte. vbi dicit ꝙ aliquando ſtant in uim modi,aliquando in vim conditionis, aliquando diſponunt.refert Iaſ.l.qui fidem.de tranſ. nu.2.in fi.

¶ Abſens a ciuitate præſumitur ignorare ea quæ ibi fiunt.l.plane.de excuſ.tut.l.1.C.de falſa mon.c.cũ in tua.ext.qui mat.ac.poſ.Bar.in l.is poteſt.nu.16. Rom.nu.6.Aret.ſub nu.5.Alex. nu.12.Iaſ.nu.65. & 66.de acq.hær.no. Abb.in d.c.cum in tua. & in c.1.gl.3.de poſtul.præl.Iaſ.in.l Titius.§.Lucius.de libe.& poſth. in 2.no.& in l.ſi is qui pro emptore. nu.33.de vſucap.Dec.in l.ſi bonorum. C.qui adm. in 1.lect.in fi.& in 2.lect.in vlt.not.Rom.conſ.59. ſub nu.5.verſ.ſecundo ratione abſentiæ.Dec.conſ. 38.circa primũ.in 3.dubio,in fi.conſ.64.& diligenter.col.2.ver.qđ aũt nõ ſit.& cõſ.303.in caſu.nu.7.

Abſens dicitur is qui abeſt a ciuitate. §. ſi vero etiam. in Auth.de exhib.reis.l.vt perfectius.de anna.exc. & ibi Bar.& qui abeſt a prouincia,ſecundum Hoſt. in c.cauſam.de elec.per l.fi.C.de prȩſcr.lon.temp. l.præſens.de procur. c.ſi delegatus. de off.deleg.in 6.primo modo autem quis proprie abeſſe dicitur. Deci.in c.cum omnes.nu.7.de conſtit.tamen quanto quis longius abeſt, tãto proprius abeſſe dicitur. Alex.in l.2.§.voluntatem.num.11.ſol.mat.

Abſens dicitur quis multis modis, ſcilicet quando eſt in loco,ſed facile conueniri non poteſt. Abb. poſt Ant.in c.quoniam frequenter. nume.21.vt li.non conte. & qui eſt extra ſuum regnum.ut per Tiraq. de vtroq.retr.par.1.§.35.gl.3.nu.2.& qui non eſt in dioceſ.c.fin.qui mat.ac.poſ.Pet.a Baix.in direct. elect. par.10.cap.3.nume.1.Et is quoque,qui licet in territorio ſit, in locum tamen non ſine maximo incommodo venire poteſt. Roland. Paſſag. in for. cap. in teſta. Rubri. 28. poſt numerum quintum,& qui latet, quique ſi præſens eſſet,iudicium ſuſcipere compelleretur. argumen. l. tertiæ. de

iudic.Brix. q. vener.19. in 2. Et qui in domo non reperitur.l.mulierem.iunc.gl.in ver.abeſſet.de ritu nupt. Felyn. in d. cap. quoniam frequenter. ante fin.prinicp.

Abſens in iure quatuor modis ſumitur.Primus ſcilicet qui extra vrbis continentia reperitur. l. collegarum.§.1.& l.abſentem.de verb.ſignifi. Ioan.Andr. poſt Archid.in c.ſi delegatus.de offic.deleg. in 6.& in c.vbi periculum.§.1.col.fi.vbi ẽt Gemin.de elec. in 6.Bart.in l.in duobus.§.1.num.16.de duob.reis. Alexand.conſi.100. colum. 3. poſt med. volum.5. Balb.de præſcrip.par.1.4.par.princ.quæſt.2. nu.6. Secundus qui a iudicio abeſt.l.non tantum. §. abeſſe.de fideicom.libert.l.4.§.prætor ait.de dam.infec.inf.in Aut.de teſti.§.& hoc vero.coll.7. Imo.in in clem.cauſam.nume.22.de elect. Corn.conſi.58. viſa.num.25.volum.2. Tertius, qui non eſt in prouincia.l.fin.C.de præſcrip.lon. temp.Inſtit. de vſu cap.in prin.& ibi Bald.num.3. Quartus, cuius vox exaudiri non poteſt.l.1.in prin. de verb. oblig.vbi Rom.num.14.Inſti.de inutil.ſtipul. §.item verborum.& ibi gloſ.1.Et hæc nota, quia faciunt ad materiam citationum, teſtium, electionum, & ſimilium negotiorum,in quibus abſentia cadit in conſideratione.

Abſens qui in ciuitate familiam retinet, ſi abeſt animo non redeundi,non gaudet beneficio ſtatuti loquentis de immunitate, Pariſ. copioſe conſi. 159. an ſtatutum.num.15.& 16.volum.4. Secus ſi abeſt animo cum primum poterit reuertendi. Bar.in l.1. §.1.de liber.agnoſc.Ange. conſi. 270. ſtatuto ciuitatis.cir.med. quos ſequitur Fely.in cap. quoniam. num.2.de offic.ordin. Anto.Corſet.in tract.de poteſt.reg.quæſt.25.nume.32.Deci. in l.cum filiusfamilias. nume. 4. ſi cert. peta. Menoch. late conſil. 288.nume.11.poſt Bald.conſil.242.poſt medium. libro 1.

Abſens reipublicæ cauſa non tenetur procuratorem ad lites mittere, ſed expectari debet quouſque abſentiæ cauſa finita fuerit. cap.2. vbi omnes, de procurat. Afflict. deciſ.50.ſub numero 5. prope finem. Imo.in l.quæſitum. de re iudic. Alexand.in l.2.§.ſi quis in iudicio. ſub nume.7. ad fin.ſi quis caut. vbi late Iaſ. nume. 12. vbi plures citat. & fuit dictum Barto.in l.fi.col.1.verſi.quæro ergo.de reſtit.in integ.& in d.l.quæſitum,vbi loquitur de febricitante,cui abſens cauſa reipu. æquiparatur. Barto.d.l. fina.Cephal.conſi.453.nume.12. & vi.inf.verſicu. legatus conueniri. & verſicu. ſententia contra abſentem.

¶ Abſolutio a iuramento ad effectum agendi concedi debet de iure & æquitate, ne iuramentum ſit vinculum iniquitatis. c.& ſi Chriſtus. & c.quanto. de iureiur.gloſ.in Auth.quod eis.C.de nupt. Doct. in c.cum contingat.de iureiuran. Caſtr. conſi.175. contra ſuperius.volum.1.cum alijs cit. per Alexan. conſi.213.viſis.volum.7.Curt.conſi.44.ſuper contingentia. circa fin. dummodo fuerit petita priuſquam iurans contrauenerit iuramento.Alex.qui di * cit ita communiter teneri,conſ.17.col.2.vol.3.nam illi qui contrauenit iuramento priuſquam petierit abſolutionem concedi non poteſt.Alex. vbi ſupra. Brun.conſi.46.verſ.ſecundo non poteſt. licet contrarium teneat Bero.q.28.ſed & quæſitum.Nec illi qui ſponte iurauit & ſine fraude recipientis. Alex. conſi.59.viſo.col.pen.vol.1.An autem tali caſu debeat præcedere citatio partis. vi.infra verſic. citatio non eſt neceſſaria in abſolutione. & verſi.periurus non poteſt agere.

¶ Auxilium dans ad committendum maleficium,ſi ex forma ſtatuti venit puniendus in mille, an præſtãs auxilium pluribus ad committendum maleficium debeat puniri pro quolibet delinquente in mille. & Bal.conſ.213.incip.lege municipali cauetur.concludit quod, iur. & ration. per eum adductis. Pro quo vide Ang.in tract.maleſi.in ver. & Andræam. nume.17.

Auxilium dantes & conſentientes in delictis atrocioribus pari ſupplicio cum agentibus afficiuntur. l. iubemus.C.de ſacroſ.eccl.§.ſane.l.vtrum. ad l.Pomp.de parrici.l.1. de receptat. l.diuus. de iure fiſ.l. 3.de ſicar. l.1. C.de falſa mon.c.1. de offi. deleg.c. ſicut dignum.§.1.de homici.Hyp.ſingu.181.mandans.Secus in leuioribus,quia in illis conſentientes mitius puniuntur,vt per Hyp. late in l.1.nu.89. & in l. ſi quis cum telo. col. 1..de ſicar. & in l. ſi in rixa.colum.8.eo.tit.vide inf.verſic. opem ſimplicem præſtans.

## B

BANNITI an capaces ſint ſucceſſionum ab inteſtato, vel ex teſtamento, conſideratur, an ſolum perdant iura ciuitatis a qua banniti ſunt, an vero etiam ea quæ ſunt iuris communis, vt ſcilicet primo caſu nõ impediantur ſuccedere,quia ex iure cõmuni non ex municipali ſuccedere dicuntur.Secundo caſu nullo modo ſuccedant, nam tunc nihil retinent, vel habere poſſunt.ita Bart.in l.1.in fi.C.de hær.inſt. in l.certa forma.nu.3.C.de iu.fiſ. lib.10. & in diſput. Lucanæ ciuitatis ſtatuto.num. 11. Alex.in l.ex facto.§.ex facto.ad Treb.& conſ. 36.in vol.1.Nel.de banni.p.2.1. temp.q.5.& hãc diſtinc.ſequitur Menoch.conſ.105. num.1. & eam * communiter teneri dicit Rui.conſ.49.nu.3. vol.4. Corn.conſi.29.lib.2.& conſ.55.lit.L.eo.lib.& ante eos Alex.conſi.75.nu.2.lib.1.Cur. ſen.conſ.59. nu.19.Cur.iun.conſ. 182. nu.4. & alij quos in hãc ſententiam citat Clar. lib.3.ſen. §.teſtamentum.q. 20.in prin.Burſ.materiam diſcutiens conſ.54. præſuppoſito.nu.1.cum 4.ſeq.& nu.24.vol.1.

Banniti capti recognitio habenda eſt priuſquam ad ſententię executionem contra ipſum deueniatur. Pone, quidam committit homicidium, & ſe abſentat,quo caſu ex forma ſtatuti eſt bannitus: poſt aliquod tẽpus capitur,& iudici pręſentatur. dic quod iudex non poteſt ſimpliciter exequi contra ipſum, ſed debet formare proceſſum declaratorium, viſo & reperto quod ille verè ſit talis, aliàs teneretur in ſyndicatu.ita Bal.in c.1.per illum tex.de feu.ſi.cul. non amit.cum glo.ibi.Aret.in tract.malef. in verſi. Caium Sempronij.in prin.vbi ponit practicam formandi proceſſum ſuper banniti recognitione. & Nel.in tract.ban.in 2.par.2.temp.q.34.





Bannito conceſſa ſi fuerit reſtitutio, cum clauſula, quod non poſſit obijci de confiſcatione bonorum, talis reſtitutio trahetur etiam ad bona apprehenſa per partem offenſam, ſeu per fiſcum alienata. ita Card.& Imo.in c.quia diligentia. de elect. quia eſt in poteſtate ſuperioris, iuriſdictionem magiſtratus ſui moderari.l.2.cir.prin.de orig.iur.Ideo ſi reſtituto fundanti ſe ſuper antiqua ſua poſſeſſione opponatur de confiſcatione,non auditur opponens,ſi replicetur de reſtitutione obtenta cũ dicta clauſula. & ita vbi ſupra dicit Cardin. in facto ſeruari. quod eſt notandum,vt ſcias formare reſtitutionem fauorabilem pro amico,vt dicit Alexan.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum. de libe.& poſthum.ſub nume. 20. verſi.ſecundo limitatur.ſequitur Rui.conſi.21.nume. * 9. & eſt communis ſententia teſte Aſcan.Clemen.de pat.poteſt.c.vl.nu.42. quem ad hoc refert Burſ.conſi.54.nu.11.

Bannitum capere & occidere quis poteſt nedum authoritate ſtatuti, ſed etiam authoritate propria, vt notat Albert.in l.ſi ſeruus.C.de his qui ad eccle. confug. & in l.nullus. C. de iudæis.& ita ſeruat conſuetudo,præſertim in Regno Neapolitano.per conſtitu.Grandis. & conſtitu. pœnam, vt dicit Afflic.in conſtit.pacis cultum.num.35. & in c.1.in 9. not.de pace iu.firm.in vſi.feu.& hic eſt vnus caſus, quo quis ſibi ipſi authorizare poteſt, contra reg. de qua ſupra, verſicu. authorizare in facto proprio.

Bannitum tolleratum in loco banni quis impune occidere non poteſt,Felyn.in c.quæ in eccleſiarum. de conſtit.ſub nu.9.in 4.caſu.Ale.conſ.1.vol. 2.conſ. 8.vol.6.Iaſ.in l.omnes populi.de iuſt. & iu.in 4.limit.Marſil.conſi.10.num.26.conſi.107.col.1.& 2. Carer.in pract.crim.§.circa.nu.217.limit. & eſt limitatio ad reg.quod bannitus poteſt impune occidi,& fuit hæc limitatio Salyc. qui ſemper ad hoc citatur in l.nullus. C.de iudæis.idem in eo qui habebatur pro nõ bannito dicit Ang.in l.ſi duo.de acq. hær.& Carrer. vbi ſup.limit.4. alias ampliat. & limit.ad d.reg.vi.copioſe in meis qq.legal. q.26.per totam.quam te,qui verſaris in practica,legiſſe non pœnitebit.& vi.inf.verſ.tollerantia præſtat.

Bannitus ab Imperatore cum bonorum proſcriptione,aut belli indictione, reputatur hoſtis publicus, & amittit omnia quæ ſunt iuris communis, vt dicit Bar.in l.amiſſione.§.qui deficiũt.de capit.diminut. in l.certa forma.C.de iu.fiſ.lib.10.& in q.incip.Lucanæ ciuitatis.Ange.in q.incip. duo inuicem.Alex. in l.ſi cum dotem.§.ſi patri.ſolu.matr.& conſi.75. nu.7.vol.1.Ripa in l.ex facto.nu.18.ad Trebel. Tiraq.de retrac.cõſang.§.1.gl.9.nu.27.Vant.in trac. nullit.tit.de nullit.ex def.inhab.mand.nu.51.Menoc.conſi.101.nu.8.& cum iſta propoſitio pẽdeat a materia.l.bene a Zenone. C. de quadr. præſcr.& l.deprecatio.ad l.Rho. de iac. ideo hic non inſiſto, ſed pro eius declaratione remitto ad ſcripta per me copioſe in meis qq.legal.q. 16.num.14.& 15.& q. 21.no.11.32.33.34.42.44.& 48.

Bannitus ciuitatis ſuæ iura licet perdat quo ad commodum, ea tamẽ quo ad incommodum retinet.gl. in l.poſtliminium.§.filius.de captiu. l.tutelas.§.ſi. de capit.dimin.Vbicunque enim conueniri poteſt, l.Papinianus exuli. & ibi Doct. de minor. Bal.in l. iuris ordinem.§.ſed hic quæritur.C.de iuriſd.omni. iud.& in addi.ad Specul.tit.de competen.iud.adit. ver.bannitus.Bart.in l.adulter.in princ. de adulte. Roma. in l.ſed ſi liberos. de in ius vocan.& in l.recuſare.§.ſi quis.ad Trebellia.Ange. in diſpu.incip. Bononienſis quidam . Alexan. conſi.72.volum.2. hinc dixit Bald. in l. 1. colum. vlti. verſicu. quinto quæritur. C. de hæred.inſtit.quod ſi bannitus non debet audiri, non valet proceſſus pro eo, contra eum ſic. quod tenuit etiam Cardina. in clemen. conſtitutionem.§.fin. de elect.Bald. alibi in cap. 1. hic fin.lex Corra.& Alex.in l.non ſolum.§.quamquam.de iniur.

Bannitus cum confiſcatione bonorum, ſi poſtea reſtituatur ad bona,tenetur creditoribus antiquis ſatiſ- * facere.ita communiter Bal. Ang.& Alex.in l.ſi marito.in princ.cir.fin.ſolu.matr.& dicit communem Curt.iun.conſ.108.nu.35.cir.fin.& conſi.110.ſub nu.22.verſi. ad quod accedit communis concluſio. & ante eum Rom.conſ.247. primo dici poteſt.nu. 4.vbi concludit, quod reſtitutus ad bona, tenetur ad onera quibus ante confiſcationem tenebatur; copioſe dixi in meis qq.legal.q.19.num.77.& per tot. q. in qua copioſe tracto, an bannitus reſtitutus recuperet bona,& præſertim ea quæ medio tẽpore fuerunt a principe alienata, & ibi in hac materia procedo per caſuum diſtinctionem.

Bannitus licet pęnam ſoluerit, niſi tamen ſit cancellatus de banno,poterit adhuc impune offendi. Bald. in l.Labeo. §.ſi.de pact. quia donec eſt ſcriptus inter bannitos,iſta appellatio,ſcilicet,bannitus, ſemper ſibi ineſt. & ſic durante iſto nomine appellatiuo,bannitus,ſemper durat effectus nominis. l.tutelas.de capit.dimin.& ita reſpondit Alex.conſ.114. nu.5.in fi.vol.1.vnde Bal.in d.l.tutelas. dat cautelam , vt facta ſolutione bannitus curet condemnationem è libris aboleri. idem dicit Alex.conſi.160. viſis narratis. vol.7. Iaſ. in l.ſi creditor.col.8.C.de fideicõ.quos in hanc ſententiam refert Maſcar. de probat.vol.1.concl.162.num.13.& 21.dixi in qq. meis legal.q.26.nu.58.

Bannitus non poteſt impune occidi extra territorium bannientis.Anch. in c.canonum ſtatuta.de conſtit. Inno.in cle.Paſtoralis.de re iud.Bal.in l.1.C.de hære.inſt.quem allegat etiam Rui.conſ.84. nu.1.vol. 4.loquens in ſtatuto Ferrariæ.& plene Nel.in tracta.ban.q.56.& 57.Felyn.in c.quæ in eccleſiarum. col.3.caſu 8. de conſtit. Iaſ.in l.omnes populi.col. 9.de iuſti.& iu.in 5.limit. & in l.fi.col.1. de iuriſd. omn.iud.vbi plene Marſil.& in pract. crim. §.vltima quæſtio.num.33.ad fi. ceſſat enim hoc caſu ratio ſtatuti, propter quam bannitus poteſt interfici, ſcilicet quia ſit hoſtis patriæ:ideo in alieno territorio,cuius non eſt per bannum factus hoſtis, eſt tutus.Socin.in l.1.in prin.nu.13.de acquir.poſ.

Bannitus occidens alium bannitum conſequitur præmium ſtatuti de bannitis occidendis.Marſi.in prac. in §.aggredior.nu.54.allegat Roma. in l.3.§.vtrũ. ad Syl.& Bald.in ea.l.§.hi quoque. idem Bald.in l. 1.colum.2.C.de condic.ob turp.cau.Aret.in tract. malef.in verſicu. quod fama pub.car.mihi.12.verſicu. quæro an bannitus, & ibi Arimi. ad longum

diſputat hunc articulum, vt ibi per eum, cum declaratione tamen vt per ipſum Are.ibi.nu.76. de quo dixi.q.27.nu.17.

Bannitus pro homicidio ex quo ingeritur pœna mortis æquiparatur deportato vel mortuo, & perdit omnia iura ciuitatis a qua bannitus eſt. Curt.iun. conſi.182.num.8. iſta quæſt.de bannitis cui æquiparentur, eſt maxima, quam remiſſiue tangit Arim. in addi.ad Ange.in tract.maleſi.in verſicu. qui dominus iudex. ſub num.60. verſic. item inquantum tractatur hic.& Iaſ.de actio.in princ.num.38. verſicu. de hoc tamen an & quando, vbi ſimpliciter quærit, an, quando, & quom. banni. noſtri temp. æquiparentur deportatis, & quando relegatis. & remittit ad Bar.& alios quamplurimos ibi nominatos. quod etiam tangit remiſſiue & deciſiue Alex. in l.ſi cum dotem.§.ſi patri. verſic.& pendet etiam deciſio.ſol.matr. Aduerte in hac materia, quod aliqui banniũtur ad tempus, & aliqui in perpetuum. primi æquiparantur relegatis, qui banniuntur ad tempus. l. relegatorum. §. hæc eſt differentia. de interd.& releg.glo.Inſtit.quib.mo.ius pat. pot.ſolu.§.relegati.& in iſtis relegatis ex propria natura relegationis non venit bonorum publicatio. d. §. hæc eſt differentia, & l.bona. de iu.fiſci. Secundi æquiparantur deportatis, & in eis habet locum propoſitio. Et eſt vtile ſcire hanc differentiam, quam ponit Gandi.in tract.maleſi.Rubr.de ban.pro maleſi.in prin.nedum propter bona, vt ſupra, ſed etiã propter eorum necem. Nam ſi æquiparantur deportatis, quia ſunt perpetuo banniti, regulariter amittũt bona, & poſſunt occidi: ſi autem relegatis, quia id fit ad tempus, non amittunt bona, nec regulariter occidi poſſunt, vt in ſupracit.locis. An autem a relegatione reſtitutionem obtinere videatur difficile, vi.Bartho. Socin.in l.quidam relegatus.de reb.dub.nu.11.ver.prima limitatio.Affl.deciſ.116. nu.4.Crau.conſ.270.col.pen.& Menoc.in addi.ad Soci.vbi ſup.in ver.non videtur difficile.vi.inf.ver. bonorum confiſcatione.

Bannitus qui ex forma ſtatuti non poteſt habitare in ciuitate ſub pœna amputationis capitis, non ſubiacet huic pœnæ ſi tranſeat & comedat in hoſpitio, & poſtea recedat, nam tunc non dicitur veniſſe & habitaſſe, quia non ſtetit. Nel.in tracta. bannit. in 1.par.2.temp.quæſt.58.Ancha.conſi.74. ante fin. vbi dicit, quod ſi duo fecerunt pacem hoc pacto, quod talis non veniret in ciuitatem, ſi ille venit tranſeundo, & ſtetit per tres vel quatuor dies ſup hoſpitio, non dicitur rupta pax. & ibi ad hoc plura allegat.pro ratione vi.not. in regu.quicquid calore.de reg.iur.& dicta inf. verſ. factum non dicitur.& verſ.Bladum vel ſal.

Bannitus reſtitutus licet aliquibus caſibus recuperet bona, non tamen recuperat fructus interim perceptos. Authen.idem eſt de Neſtorianis.C.de hæreti. Ang.& Alexan.in §.& quid ſi tantum. l.Gallus. de libe.& poſthum.vbi Alex.ſub num.21.verſic.prædictis adde.Bald.in cap. Domino guerram. titu.hic fin.lex Cor.in l.nam ad ea.de legi.& in l.fin. C.de ſenten..paſ.Felyn.in c.ſuper eo.de offi.delega.Nel. in tracta.ban.1.par.1.temp.quæſt.11.circa finem. Doct.omnes, quos ad hoc cumulat Burſa.conſi.54. nume.13.Ruin.conſi.21.& 153.volum.5.& conſi. 33.volum.1.Nat.conſ.470.cum duob.ſeq.Menoc. conſi.103.copioſe dixi, quæſt.19.num.67. nec recuperat locum quem inuenit plenum. l. 2. de decurio.in prin.Alexan.in d.§.& quid ſi tantum. nume.74.in nouis.lect.quod tene menti, quia ſeruiet tibi ad multa.declara tamen vt inf.verſ. reſtitutionis natura.

Banno, cuius occaſione bona fuerunt publicata, reſciſo per viam iuſtitiæ, reſtitutus omnia bona recuperat etiam a tertijs poſſeſſa, & totum id quod amiſit vigore condemnationis.Iaſ. in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.de liber.& poſthum.nume.73.& alij quos ad hoc citat Burſ.conſ.54.num.23.34.& 35.& fuit ſententia Bar.& Bal.in l.1.§.vlt.de requir.reis.Bal. in l.1.cir.med.verſ. extra opponitur. C.de poſtul. Boer.deci.38.nu.7.Rui.conſ.37.in fi.vol.4.Tiraq. in tract.ceſſ.cau.nu.20.43.61.& in eo.tract.limit. 12.nu.3.vbi plura ad hoc more ſuo citat. ipſumq; cum alijs refert Burſ.vbi ſup.nu.33.

Bannum licet quis ſoluerit, niſi tamen ſit cancellatus de libro bannitorum, poterit impune occidi.Bal.in l.Labeo. in fi. de pact. & dixi ſup.verſ.bannitus licet pœnam ſoluerit.pro quo dicto vide Affli. ſuper conſtitu. Reg. Pœnam eorum. q.9. & 10. & ſuper conſtit. Terminum vitæ.in quibus locis loquitur in bannito qui habebat ſaluum cõductum, & Carrer. late in §.circa.nu.204.vbi ponit caſum in rebannito non cancellato, * & iſta ſententia eſt verior.quam ſequitur Alex.in l.huiuſmodi.§.ſi ita.de leg.1.col. 2.ver.& iſta opinio. ſecundum quam etiam conſuluit Corn.conſ.17.in hac.vol.1.Alex. conſ.65.attenta.vol.3.dixi copioſe.q.26.nu.33. & 49.

Bannum non intelligitur reuocatum morte bannientis.Ang.Com.& Alex.in l.centeſimis. §.ſi ita ſtipulatus.de verb. oblig.Bal.in l.fin.q.6.C.de contrah. empt.& ibi Salyc.quæſt.10. & alibi Bald.in §.hæc autem tria. in procem. ff.quam ſententiam contra * Bar.dicit communem Alex. d.§. ſi ita ſtipulatus.in vlt.ver.& in l.poſt dotem.ſol.matr.nu.10.verſ.ſed ſalua pace.ſed quia de hac propoſitione copioſe tractaui in qq.legal.q.28.ideo ſtudioſum lectorem ad illam remitto.

Baptiſmus & pœnitentia differunt, quia in pœnitentia & ſi dimittatur peccatum per contritionem, remanet tñ temporalis ſatisfactio, vt inf.ver. indulgentia. in baptiſmo non, nam tanta eſt huius ſacramenti vis, quod nec etiam remanet in baptizato ſatisfactio temporalis pro peccatis, & omnis infamia aboletur.gloſ.ſuper ver. ſi adhuc.49. diſtinct.gloſ. fin. in c.quod autem.32. quæſt.1. gloſ.fina. ſuper uerſic.in bapt.ſmate.de conſecratio.diſtinct.4.c.1. in fi.26.diſtin.& ibi gloſ.in verſic.non ſoleant.c.2. in fine.de conſecratio.diſtinct.4. & ibi gloſ. in ver. totum.& in c.regenerante. ea.diſtin. Calde.Anto. Imo.& Felyn. in cap.de his.de accuſ. Barba. in clemen.1.colum.penul.verſ.nos igitur. de Sum. Trini. Intantum quod aliqui voluerint huius ſacramenti vim non ſolum intelligi quo ad peccata in foro animæ, ſed etiam quo ad delicta in foro iudiciali exteriori, vt Paduæ eueniſſe teſtatur Thom. Ferrat. caute. 24. in cauſa cuiuſdam Iudæi, qui commiſſo enormi furto, fecit

ſe ba-



ſe baptizari, & fuit liberatus.Tiraquel.in tracta.de pœn. cauſa 25.& eſt conſi.Rui. qui dictum Iudæũ defendit.13.caſus de quo.uolum.5. de hoc tamen, quo ad forum exterius vide infra verſic. Baptiſmus non liberat. De foro animæ non eſt dubium vt ſupra, & infra verſi.ſeq.& verſic.Baptiſmus quantum eſt de ſe.

Baptiſmus fuit ad regenerationem inſtitutus, vnde in eo ſtatim homo tranſit de poteſtate tenebrarum in adoptionem filiorum Dei. Pau. ad Timo.2.Bonauen.& Ricar.in 4.ſent.diſtin.4.Ang.in ſum.in ver. baptiſmus. 7. §. 1. in eoque conceditur baptizato plenaria remiſſio omnium delictorum. Scot.in 4.diſtinct.33.S.Thom.in 3.par.ſum. quæſt.69. articu. 1. & 2. per illumque tollitur illa pœna quæ retardat & excludit a vita æterna, c.ſine pœnitentia.de conſecra.diſt.4. Silueſ. in ſum. in ver.baptiſmus.in prin.Tabi.in ver.baptiſmus.8.nu.1.& 4. Armil.in eo. ver. §. 71. vide infra verſ. baptiſmus quantum eſt de ſe.

Baptiſmus non liberat baptizatum a pœna delicti commiſſi ante baptiſmum quoad forum fori, & in hoc conueniunt omnes Doct.in c.gaudemus.de diuor.Innocen. ibi colum.2.verſic. alij dicunt. Anch. poſt Hoſtien.& Ioan.And.ibi.num.20. verſic.Inn. & Hoſti.Ant.de Butr.& Abb.ibi num.16.verſi. ibi in glo.beneficium.Abb.& Socin.in c.de his. de accuſ.Card.in clem.1.§.ſane.queſt.14.de vſur.hancque * ſententiam communem dicit Ioan.de Anan.in d.c.de his.colum.2.Dec.in c.quæ in eccleſiarum.de conſtit.num.84.& conſ.130.proponitur quod Iudæus.& ita Paduæ iudicatum fuiſſe contra Iudeum conuerſum dicit Deci. ibi.& bene, vt dicit Aldrob. in add.ad ipſum, eamq; communem teſtatur Hier. Cucal.in addi.ad Ang.de maleſ.in ver. & ad querelam.nu.90. verſ. item ad id quod tangit. ſequitur Couar.var.reſ.lib.2.c.10.nu. 4. & Tiraq. qui concor. citat, in trac.de pœn.cauſa.25.nu.3. & 4.ſecus in foro poli, vt ſup. verſ. baptiſmus & pœnitentia. quam materiam quia late diſcuſſi in meis qq.legal. q.17.nu.32.& q.18.per tot. ad eas te remitto, nec legiſſe te pœnitebit.

Baptiſmus, quantum eſt de ſe, tollit omnem culpam, originalem, mortalem, & venialem, & omnem pœnam debitam ſolui in purgatorio, vel in inferno, non tamen tollit pœnam quæ debetur in foro exteriori, S.Thom.par.3.q.69.artic.1.& in 4.ſenten. diſtin.39.q.1.artic.4.ad 4.Sum.Arm.in ver.baptiſmus.§.71.vbi ex Pet.de Palu.dicit, quod non tollit ſuſpendium a fure, nec pœnam eccleſiaſticam, vt irregularitatem, quæ ex bigamia contrahitur, ſed illam quæ ſequitur homicidium, ſecundum veriorem opinionem, vt ibi per eum, id eſt illam quæ contrahitur ex homicidio licito vel illicito, vt.50. diſtin.c.ſi quis viduam. tam in tex.quàm in gloſ.& c.1. 51.diſtin. & ibi Archid. ratio ex S.Thoma vbi ſupra artic.5.in fi.adducitur, nam in pœnis quæ in iudicio humano inferuntur, non ſolum attenditur qua pena ſit homo dignus quo ad Deum, ſed etiam in quo ſit obligatus quo ad homines, qui ſunt læſi & ſcandalizati per peccatum alicuius.& ideo (dicit ipſe) licet homicida liberetur a reatu pœnæ quo ad Deum, remanet tamen adhuc obligatus quo ad homines, quos iuſtum eſt ædificari de pœna, ſicut ſcandalizati ſunt de culpa. & dicit S. Anton. in 1. par.3.par.princip.Sum.titu. 14. cap.13.poſt prin. quod omnis pœna debita in Dei iudicio remittitur in baptiſmo, ſed non debita in iudicio hominum, quia non tollit pœnam mortis debitam pro maleficio commiſſo. ſequitur Tiraq. in tracta. de pœn. cauſa 25. numme. 7. vide infra verſicu. conuerſus ad fidem.

Baptiſmus quo ad damnum vel intereſſe partis læſæ non liberat baptizatum, ſiue vere, ſiue ficte baptiſmum petat & accipiat. eſt propoſitio ab omnibus approbata, vt dicit Rui.conſi.13.caſus de quo. volum.5.Menoc.de arbitr.iud.lib.2.cent.2. caſu.186. nu.9.ver.tertio.& eſt de mente S.Thomę in 3.par. Sum.q.68. artic.5. dum dicit quod reſtituere male ablata proximis, eſt ſatisfacere pro iniurijs illatis, & ceſſare a peccato, quia hoc ipſo quod aliena detinentur, eſt proximum lædere; proximum autem læſum non placare eſt peccatum, & ideo peccatoribus baptizatis iniũgendum eſt quod ſatisfaciant proximis, ſicut & quod deſinant a peccatis, & hoc dictum S. Tho. refert & ſequitur Sum.Tab. in ver. baptiſmus.7. nu.5. non enim dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum.Reg.peccatum. in 6. Hinc dicit, Abb.in c.debitum.de baptiſ.quod Iudæi non ſunt indifferenter admittendi ad baptiſmum, nam primo reſtituere debent quæ extorſerunt per vſuras, vel aliàs illicite.c.iudei.& ibi glo.de conſecr.diſtin.4.ſequitur Tabien.in ver.iudæus.verſ.16. Bal. in Auth.cauſa quæ. C.de epiſc.& cler. in princ.copioſe dixi.q.17.nu.32.& q.18.nu.17.vi. ſup.verſ. abſolutus in foro eccleſiaſtico. Declara tamẽ, quod vſurę per iudæos ad baptiſmum venientes ſunt reſtituendæ, quando perſonę damnificatę ſunt notæ, aliàs eiſdem iudæis in fauorem ſuſcepti baptiſmatis, tanquã in pium vſum, bona ſua retinere permittitur, vt declarauit Bulla Pauli Papæ III.quę incipit.cupientes.publicata anno 1542.

¶Baro citatus a rege ſuo vt oſtendat inueſtituram feudi, vt appareat quo iure talia bona poſſideat, non tenetur comparere, ex ſententia Barto.in l.1.C.de conduc.& procur.præd.fiſ.lib.11.cum nemo cogatur oſtendere titulum ſuę poſſeſſionis.l.cogit.C.de peti.hære.contrarium tenuit Bal. in l.inſtrumenta. ver.quæro an feudatarius. C.de fideicõ.per l.2. C. quan.& quib.quar.pars deb.& gl.ibi.& in l.2.ver. ſed Dñs feudi. C.quom.& quan. iud. Aluar.in c.1. in prin.col.fi.de controuer.inueſ.Bar. ſequitur Iaſ. in l.2.C.de iu.emph.col.70.ver.vnum tamẽ perpetuo.notato.Bal.ſequitur Dec.cõſ.61.pro tenui.ſub nu.2.ver.non obſtant allegata.& iſta ſñia ſeruatur in practica. vidi Venetijs ſeruatã, in recognitionib. inueſtiturarum feudatariorũ factis per Sereniſſimũ Dñium.& Pariſijs, vbi plurimum viget materia feudalis, ſeruatur.vt no.in cõſue.Pari.§.5.nu.3.cũ ſeq.

¶Beneficia electi in Epiſcopum in curia conſecrati, ex practica Rom.cur. ſtatim conferuntur, etiam ante adeptam poſſeſſionem. Ioan.And.in clem.1.ſuper gl.collato, vt lite pend.ſecus ante conſecrationem, nam tũc beneficia de ſtylo curię non conferuntur. Paui. de offic. & pot.cap. ſede vac. prælu. vlt. uerſic.nono per lapſum temporis. Fely.in tract.quan.



lit,

lit.apoſt.col. antepen.verſ.& bene conſidera. Lamber.de iu.patron.lib.2.par.3.q.9. art.19.nume.3. Caſſad. deciſ. 2. promotus.nume.1.Staphil.de lit. grat.& iuſt.tit. de var.mod.vacat.verſicu.ſecundus principalis.Selua de benef.par.3.q.11.verſic. fallit quinto.Gig.de penſ.q.56.num.3. & 4.Rom. conſ. 335. circa primum. ſub nume.4.verſicu. quinimo. declarat hoc,ex glo.in c.ſi tibi conceſſo. ſuper ver. vacare.de præben. in 6. quod etiam poſt conſecrationem & adeptam poſſeſſionem beneficia non vacent,ſi promotus non percipit fructus Epiſcopatus, quia ex cauſa alicui aliquo tempore debeantur,ſed ſua beneficia interim retinet. quam declarationem Mandoſ.iun.in add.ad ipſum,ſuper ver. non vacēt. ex dictis doc.corroborat. ſed dicit quod iſta opinio non ſeruatur. Aduerte tamē quod hoc a Sum.Pont. voluntate pendet.

Beneficia curata plura recipiens non eſt priuatus ipſo facto primo, nec ſecundo.c.quia nonnulli.de cleri. non reſid. vbi Abb. & cęteri Docto. id not. quod etiam dicunt, Archid.in cap.licet Epiſcopus.de pręben.in 6.Gemin. in c.eum qui beneficium . nume. 2.& ibi Celſ.in apoſtil.verſ.duo curata.eod.titu.& lib.materia infra patebit per diſcurſum in ſeq.verſ. & prætermiſſis antiquis temporibus eſt clara per Concil. Triden. in quo omnis canonum ambiguitas ſublata eſt,vt in Seſ.7. ſub Pau. III. in decre. de reforma.c.2. incip. Nemo quacunque . & cap. 4. incipien.quicunque de cętero. iunc.cap. ſequen.& clarius.Seſſ.24.ſub Pio IIII.in eodem decr.cap.17. inc.cum eccleſiaſticus ordo . vbi unum tantum beneficium ſeu dignitas cuique conceditur.vide infra verſ.beneficialibus,quo ad.

Beneficia reſeruata non cadunt ſub gratijs expectatiuis. cap.2.de præben. in 6.Felyn. in c.cum ex officij.colum.ult.uerſic. nam ſi loqueremur de reſeruato.de præſcript.in c.capitulum.poſt nu.16. uerſ.& aduerte.de reſcrip.Pariſ.conſ.118. circa materiam. nume.18.col.4.Gomeſ. ſuper reg. de infirm.q.12. num.4.& q.33.poſt prin.Rebuf.in trac. nomin.q. 15.in fi.& fuit dictum originale Rom.conſ.260.in propoſito caſu.in prin.quod dictum copioſe more ſuo perpendit Mandoſ.iun.in ſuis addi.ad eum.ſuper uer. expectatiuis . ubi concludit expectatiuas prohibitas eſſe ex decr. Concil.Trid. ſeſſ.24. c.19. incip.decernit Sancta Synodus.

Beneficia vacantia in curia Romana ſunt reſeruata, Feder.de Sen.in tracta. de permut.benef. quæſt.5. prin.Roma.conſi.350.in caſu propoſito. colum.1. verſ.tertio huius opinionis.Bellame.in tract.de permu. benef.par.3. q.5.prin.Fran. poſt alios in c.nemo deinceps.de elect.in 6.gl. in cle.1. vt lite pend. in ver. collatio. nec alius quàm Papa de illis diſponere poteſt.c.licet.de præb.in 6.& quæuis diſpoſitio ab alio facta eſt ipſo iure nulla.c.2. & Doct.ibi. de præb.in 6.Gig.conſ.5.nu.1.

Beneficialibus agens poſſeſſorio recuperandæ,tenetur nedum docere de priori & antiquiori poſſeſſione, ſed oportet ipſum etiam iuſtificare titulum ſuum,quæ exceptio ita agenti valide obſtat,vt non docto de legitima inſtitutione & titulo , veniat ei deneganda reſtitutio. eſt doctr. Innoc. in c. in literis.de reſtitu.ſpolia.in c.ex parte.eod.tit.& in cap. conſtitutus.de fili.præsb. quem ſequitur Archid.in c.eum qui.de eo qui mit. in poſſ.lib.6. conſentiunt Docto. in clemen. 1. de cau.poſſ. & propr.Abb.in c.licet Hely.de ſimo.Deci.conſi.61.& pro tenui.& * eſt communis ſententia teſte Alexan.in l.naturaliter.§.nihil commune.num.25.de acquiren. poſſeſ. & ibi Aquen. nume.23.quam firmat Rota deciſ.2. fuit dubitatum.de reſtit.ſpol.in nou.in princ.iunc. addi.in ver.ceſſante ergo.& eod.tit.deciſ.16. ſi.A. conferatur.& deciſ.7.in nou.titu.de probat. incip. ſi quis.in prin.Butr.in d.c.in literis.colum.11.verſ. ex his deciditur.Felyn.in Rubr.de excep.colum.2. in fi.verſi.ſicut agens.Bellam. deciſ.17. & 49.Abb. in diſput.incip.Titius clericus.quæ eſt quęſt. 4.ſub num.7.verſicu.ſed dubium eſt.& in c.ſi conſtiterit. de accuſ.colum.2.verſic.oppo. contra tex.& ibi Felyn.num.5.vbi de communi. licet ſufficere probare antiquiorem poſſeſſionem tradiderint Inno. & Docto.in c.ſæpe. de reſtit.ſpol. Lap.alleg.51.Lætatus ſum.& in c.cum ad ſedem.car.penul.de reſtit.ſpol. Alexan.conſ.6.circa proceſſum.volum.3.cum alijs cumul. per ſcrib. in l.rem quæ nobis . de acquiren. poſſ.& per Deci.conſi.57. & pro tenui. nume.6.& conſi.252.agitur cauſa.colum.2.couſi.302. nume. 22.Alex.alibi conſ.117.viſo proceſſu.lib.2.vbi plura de remedio.c.reintegranda.3.quæſt.1. Quid autem obſtet tali agenti,vide ſupra verſic.agenti poſſeſſorio recuperandæ. Qualis autem debeat eſſe titulus,vt illo ſe tueri poſſit , vide infra verſicu. tituli probatio.

Beneficialibus,quo ad beneficiorum incompatibilitatem ratione obligationis ad reſidendum , reſidentiæ triplex ſpecies conſideranda eſt,quædam enim beneficia reſidentiam perpetuam requirunt, quædam ad tempus,quædam non ſimpliciter,ſed cauſatiue , vt quia inducant priuationem fructuum niſi reſideatur. in prima ſpecie ſecundum Innoc.in c.de multa. de præben. inducitur vacatio primi ipſo facto per adeptionem ſecundi:in ſecunda non induci tur vacatio,cum poſſit deſeruire vtrique, ex quo reſidentia ad tempus requiritur,in tertia per adeptionem ſecundi non vacat primum , ſed ſatis eſt quod careat fructibus,prout habet ſtatutum ſeu conſuetudo eccleſiæ , vt dicit Hoſtien. in ſum.de cler.non reſid.§.1.& 2.Abbas in c.fin.de cler.non reſid.approbās doctr.Inno.cum modificatione tamen,Calder.illam ſequitur & declarat.& Fede.de Sen.conſ. 115.in fi.illam approbat gl. in clem. Gratiæ.de reſcrip.Old.conſi.175.Titius impetrauit.illam impugnat,quem ſequuntur Car. & Anch.in d.c.de multa.fundantes ſe ſuper ipſa conſtitu.concil.quæ ſpecialiter loquitur in curatis.& alibi Anch.conſi.8.& Lap. allega.116. verum quia iſta materia variatur pro temporum varietate, ideo vi.Abb.in d.c.fin.in fi.de cler.non reſid.& dicta ſupra verſ.beneficia curata.& in meis qq. legal. q.39.nume.30.vbi habes quinque tempora diſtincta ad cognoſcendum incompatibilitatem beneficiorum.

Beneficiatus non dicens officium tenetur reſtituere.fructus quos interim percipit ex beneficio, Calderi. in cap. primo . de celebra.miſſ. & in cap. cum tu . de vſur. verſicu. circa diuinum officium. idem tenet Bald. in l. prima . in primo not. per

illum



illum textū.C.de his qb.ut indig.ubi dicit,qđ tanquam indigni tenentur reſtituere fructus. & Anch. conſi.228.incip.Primo inquirendum eſt,& eſt tex. in.cum ex eo.de elect.in vj.Gemin.in c.fin.in fi.ubi tex.de reſcr.in vi.Iaſ.in l.pen.C.de teſta.milit.quia propter officium datur beneficium.cap.diuerſis.de cler.coniug.cum enim datur aliquid propter causā, cauſa non ſequuta repetitur. de cond.cau.da. ff. & C.ex cauſis tamen aliquibus relaxatur hæc obligatio dicendi officium, ut licet uidere in Man.Nauar. tit.de pec.cler. quo ad ord. capit.25. numero 100. & ſucceſſiue .

Beneficij acceptatio operatur , quod etiam ſi ſecundo tradatur poſſeſſio, & apprehendat , primus præferatur. nam in ſecunda collatione collator præſumitur circumuētus,Rom.conſ.298.col.1. Alc.in trac. præſump.lib.3.regu.3.præſum.11.num.11. & hoc non ſolum ſi ſecunda collatio ad partis poſtulationem,ſed etiam ſi motu proprio conceſſa eſſet.Fely. in c.cum olim.colum.3.uerſic.amplia ſecūdo . de re iudic.Bal.conſ.327.Pridie.num.4.vol.1.Deci.conſ. 292.& pro tenui.ad finem.& in l.nemo poteſt.nu. 4.de reg. iur. Gozad.conſi.63.prima facie. nu.19. Rui.conſilio 98.quia per priuilegium . nu.22. uol. 4.Gram.conſ.ciui.6.num.6. & conſi.100. in cauſa. num.98.Grat.reſp.103.in præſenti.num.15.uol.1. & reſp.26.& ſi cauſa.parte 2.Ferre.conſi.6.num.4. uol.1.niſi ſpecialiter in ſecunda collatione derogetur primæ.pro quo,vide inf.verſic. Princeps uni primo.& ueri.clauſula anteferri .

Beneficij collatio eccleſiaſtici facta periuro, eſt ipſo iure nulla, Feder. de Sen. conſi.30. incip.an collatio. allegat Hoſtien.in c.cum inter.de exceſ.pręl.ſequitur Abb.in c.quærelam.de iureiuran.& in c.cū noſtris.de conceſ.præben.in c.cum in cunctis.§.fi.col. penul.de elect.& in c.1.colum.vlt.de re iud. in c.fi. colum.vlt.de præſump.& in cap.graue.colum.3.dę præb.Card.Flor.in dicto c.quęrelam.eſt in contraria ſententia,quod immo talis collatio mero iure valeat.cum quo eſt Imo.in c.auditis.ad finem.de elec. prima uerior,ex regu.infamibus . de regu.iur.in vj. verum quia Innoc.in c.cum noſtris.de conceſ. præben.ſub num.3.uerſi.& hinc eſt, quem ad hoc citat Iaſ.in l.ſi duo patroni. §.ſi quis iurauerit. ſub nu.2. in fi.de iureiuran. uidetur adhærere ualiditati collationis, ideo ad hoc, quando ſcilicet talis collatio ſit nulla,vide eundem Innoc.in c.2.de reſcr. in c. conſtitutus. il 2.de appel.Fel.in d.c.quærelam.Boer.q. 117.num.4.circa fi.& uide inf.in uerſ.periurus .

Beneficij curati acceptatione,& apprehenſione poſſeſſionis illius , vel ſi per acceptantem ſtat quominus ipſam apprehendat , uacat primum beneficium ipſo iure.ex ſententia glo.& Doct.in c. De multa. de præben. quia habens beneficium curatum , ſi aliud ſimiliter curatum recipiat, uidetur habere primum pro derelicto,adeo quod abſq; priuatione conferri poterit. Et hoc nedū in curatis,ſed ēt in dignitatib, & perſonatibus, ſiue ſint cum cura,ſiue non,& ſiue in eadē, ſiue in diuerſis ſint eccleſijs.ut in d.gl. pro cuius dicti clara , & ampla cognitione , uide Capram in tract.regu.reg.90.inc. Acceptatione beneficij. & præſertim num.22. & ſucceſſiue, ubi ponit Reg.cum ſex ampl.& 23.fall. cum ſuis ſublimit. & declarat.& Menoc.de arbitr.iud. caſu 295. Eo magis ſtante concil.Triden.de quo ſup.uerſ. Beneficia curata plura .

Beneficij eccleſiaſtici capax ut quis ſit , neceſſe eſt qđ habeat ordinem claricalem,aut ſaltem primam tonſuram,c.cum adeo.de reſcr.c.ex literis.il 2. de trāſ. c.2.de inſtit.not.Hoſtien.Ioan.And. & Viui.in d.c. cum adeo.& Archid.12.q.1.c.nulli.ubi late de hoc, ibi refert Clem.IIII. ita dixiſſe.& idem retulit Specu.in tit.de act.ſeu pet.§. ſuper petitionibus . uerſ. Sed nunquid ſcholaris . cum qua ſententia tranſeunt Doct.in d.c.cum adeo. & in alijs ſuprad. loc. Pariſ.hunc art. diſputat , & multos caſus diſtinguit in conſilio 125.incipien.An collatio.uel 4. uide infra uerſic. Layco per indirectum. & in propoſitio. hic ſubſeq.

Beneficij eccleſiaſtici impetratio facta a puro layco aſſerente ſe clericum , cum non eſſet, nedum non ualet , ſed etiam impetrans priuatur impetratis , quia huiuſmodi impetratio eſt ſurreptitia , & obreptitia,tacita ueritate,& expreſſa falſitate obtenta.Eſt communis,ſententia Docto. in c.cum adeo . de reſcr.& in aliis locis in pręced.propoſ.citatis,ſumitur ratio ex regu.pima in vi. ubi Dyn.in 2. exēplo reg. dicit, item ſi inſtitutio fit de eo qui non eſt inſtitutionis capax, prout eſt purus laycus . & allegat dicta iura,quod ſi fieret, ſequerentur inconuenientia multa de quibus inf.uerſ.Layco per indirectum.

Beneficij impetratio facta ab intruſo & ipſum occupāte,non facta mentione ſuæ intruſionis , & occupationis præcedentis , tamquam ſubreptitia non ualet.Cald.conſ.13.de reſcr.& conſ.11.de præb.Abb. in c. cum iam dudum.col.1.in fi.uerſ.& ex iſto. de præben.Domin.in c.eum qui.§. inſuper. colum.fi. uerſ.ſed a iuuaret.de præben.in vi.Bal.in cap.in literis.uerſ.Sexto quæro.de reſt.ſpolia.Abb.in cap. qualiter.in fine.uer. & not. iſtud. de elect.in c. per inquiſitionem.colum. 2.uerſi. nota quod intruſus. de elect.& in c.quiſquis.in prin.uerſi.& ex hoc eo. tit.Mil.in uer. gratiam beneficialem impetrans tenetur facere.Caſſad.deciſ.6.de præben.nu. 1. 4.7. fol.in c.poſtulaſti.col. pen.uerſ.per dictam glo. dę reſc.Selua.de benef.p.3.q.11.uerſ. quinta qualitas. Franc.in d.c. eum qui.col.2. in prin. uerſ.in eadem glo.in fi.Gram.conſi.ciui.144.col.1.uide inf.Benecium impetrans,ſi poſſidet .

Beneficij inæqualitas ſola non eſt apta ad reſcindendam permutationem , concurrente etiam aliquali fraudis præſumptione . Anchar.conſi.279. quæſtio proponitur.ubi conſuluit,quod ſi ſenex, & debilis vult permutare beneficium ſuum opulētum, ſed curatum, cum beneficio tenui habente paruam curā , quod permutatio tenet , & Epiſcopus licite poteſt ſuam authoritatem huic permutationi impartiri.Fede.de Sen. in tract.permu.q.ult.per c.ſuper hoc.de renunc.Ioan.And.poſt Ioan.Monac.in c. 1.in fi. de rer.prrmut.in 6.per l.ſi quis donationis.de contrahen.emp.Et hoc uerum nedum in inæqualitate ratione reddituum, ſeu onerum , ſed in inæqualitate ratione ætatis permutantium , puta ſi iuuenis permutat cum ſene. Gemin.in d.c.1.uerſ. Sed quid iuuenis.Ioan.de Lign. in Clem. 1. eo. tit. niſi in permutatione, cum præſumptione fraudis adeſſent

alia

alia adminicula,coniecturæ,& circunſtantiæ,ex quibus fraus præſumatur a iure. Capra in regulis,titu. de permut.benef.reg.1.num.120.puta,ſi quis permutaret cum nepote, quia, ultra tenuitatem beneficij concurrit ſuſpitio ſanguinis, ſecundum Abb. in c.quia uerisimile. de præſump. contra Ioan.de Lig. in c.1.de cler.non reſid.Et hoc niſi alia præſumptio iſtã excluderet, ut quia ſecure morari non poterat in beneficio pingui, ut per Abb.in d.c.quia uerisimile.quem ſequitur ibi Fely. num.1. per reg.quod vna præſumptio tollit aliam. c. accedens. de crim. falſi.vide infra,uerſic.inæqualitas beneficiorum.

Beneficij patronati permutatio fieri poteſt etiam non uocato patrono, licet per uiam exceptionis poſſet poſtea annullari. Rot. in nouiſ.307. deciſ.Tholoſ. 107.iunc.apoſt.Bellam.deciſ.87.&.177.Guid.Pap. q.374.vbi ponit dubium, & declarat. Fel.in c.cum acceſſiſſent.colum.7.de conſtit. Fran.in c.nemo.colum.4.de elect.in 6.& in c.2.colum.fi. de offi.vicar. & in c.1.colum.4.de rer.permut.eo.lib.Bertr.cõſi. 193.lib.2.Caſſan. conſi.17. num.2. ubi dicit hanc * eſſe communem opinionem.refert Gabr.concl.lib. 2.de citat.concl.1.nu.491.

Beneficij permutatio non ſumit initium a conuẽtione uel facto partium,ſed ex officio ſuperioris.c.quæſitum.de rer.permu. Authoritas enim ſuperioris purgat omne uitium, & tollit præſumptionem fraudis. vt ſup. verſic. authoritas ſuperioris purgat. hinc fit ut beneficij permutatio alias inualida,authorizante ſuperiore efficiatur valida. ut ſup.verſ. Beneficij inæqualitas.De hac autem materia,quando ſcilicet beneficij permutatio dicatur facta in fraudem,vide Fely.in c.quia veriſimile.de præſump.num.2. Rot. Bilign.de rerum permut.deciſ.2.num.1.& deciſ.5. an ſola diſparitas.Dec.conſi.210.Soci.iun. conſi.1. num.91.& 92.uolum.4.Crau.conſi.82.num.3. q. 1.Barb.conſilio 60.colum.1.& 2.uolum.4.Menoc. conſ.108.nu.23.uol.2.

Beneficij poſſeſſio ex negligẽtia decem annorum perditur,& habetur pro derelicta. Abb. in c.cum uenissent.de reſtit.ſpol.in c. capitulum. de reſcri.& in c. contingit.colum.3.uerſ.ſecundo ex dicto gl.de dolo & contum. Gomeſ. in regu.de non tol.iu.quæſi. q.5.num.13.ubi dicit ita tenuiſſe Rotam.Bart.autem in l.ſolent.§.fi.colum.fi.de offic.proconſ.dicit quod ius competens ſuper beneficio nunquam neglig ẽtia perditur,niſi in caſibus a iure expreſſis.per quam doctrinam Gomeſ.ubi ſup. dixit Rot. Rom. ita dupliciter iudicaſſe.De impedimento autem,an ſcilicet & quando poſſeſſio beneficii propter impedimentum alio modo quàm per corporalem inductionem quæri poſſit,uide Rip.in tract.de peſt.priuil.19.& nota quod ſicut perditur, ita etiam tanto tempore poſſidens præſumitur illud authoritate ſufficienti & legitima inſtitutione præcedenti poſſidere.ut copioſe proſequitur Gabr.concl.lib.1.de præſump.concl.1.nu.10.

Beneficij reſeruatio expirat per collationem, & acceptationem de eo factam,etiam ante apprehenſionẽ poſſeſſionis,quia in iuribus incorporalibus ius quæritur non apprehenſa poſſeſſione corporali, c.fi.cũ ibi not.de conceſ.præbend.in ſex.notatur per Inn. in c.inter cætera,in glo.mag. verſic, immo plus uidetur.de præbend.Ioan.And.in nouel. in c.quodã. de præben.in ſexto.Ex quo enim reſeruatio habuit effectum per collationem,expirat,& non reconualeſcit,ſiue noua uoluntate collatoris,l.qui res. §. aream.de ſolut.iunc.l.pen.in fi. C.de conſul. lib.12. quam ſententiam tenuit etiam alibi Inno. in c.1.& in c.ex parte.de conceſ.præbend.Oldr.conſi.136. quod ex productis.Lap.alleg.127.Calder.conſ.10. tit.de præben. Gemin.conſi.93. videtur primo. & * eſt communis opinio, ut teſtatur Gomeſ. ſuper regu.cancel.de trien.concluſ.30. huius propoſitionis effectus eſt,quia,vbi Papa prouidet de beneficio reſeruato, ſi antequam prouiſus habeat poſſeſſionem corporalem moriatur, ordinarius in partibus prouidere poteſt,quia reſeruatio ſemel aſſecuta eſt ſuum effectum per prouiſionẽ, licet corporalis poſſeſſio apprehenſa non fuiſſet.Rota deciſ.24.ſub titulo de præbend.in ant. & incip. Nota quod ubi Papa.pro declaratione, uide infra. verſiculo, expectans qui acceptauit.

Beneficio collato & acceptato, etiam ſi ſecundo tradatur poſſeſſio,& apprehendat,primus præfertur. nã in ſecunda collatione collator præſumitur circumuentus.Rom.conſilio 298.col.1.Alci.de præſump. lib.3.reg.3.præſump.11.num.11. & hoc nõ ſolum ſi ſecunda collatio ad partis poſtulationem,ſed etiã ſi motu proprio conceſsa eſset.Fely.in c.cum olim. colum.3.uerſic.amplia ſecundo.de re iud. Bal.cõſi. 327.Pridie.num.4. uolum.1. quem ſequitur Deci. conſ. 292.& pro tenui.ad finem. & in l.nemo põt. num.4.de reg.iur.Gozad. conſilio 63.prima facie. num.19.Rui.conſilio 96.quia per priuilegium.nu. 22.uolum.4.Grammat.conſi.ciui.6.num.6.& conſilio 100.in cauſa. nu.98.Grat.reſpon.103.in præſenti.num.15. uolum.1.& reſp.26.& ſi cauſa. parte 2.Ferret.conſilio 6.nu.4.uolum.1. ad hoc faciũt dicta inf.uerſ.princeps uni primo. plura ad hoc cumulat Gabr.concluſ.libro tertio. de empt.& uend. concluſ.2.num.33.

Beneficio ius acquiritur per ſolam canonicam collationem,abſque traditione poſseſſionis,eiuſque apprehenſione.c.vlt.& ibi Anchar.de conceſ.præben. * in ſexto.& eſt communis opinio cum glo. in c.pen. in uer.collatio.de præbend.in ſexto.vbi Gemin.ex Ioan.And. ibi notat hoc, dicens in fine d. c.uerſic. quæro an ſola collatio,quod ille tex. ſecundum Io. And.facit ad hanc propoſitionem,cũ ponderat tantum collationem præcedere reuocatoriam, non faciens mentionem de poſseſſione.& allegat dictũ. c. ultimũ.& not.de conſuet.c.2.eod.lib.ubi idẽ Ioan. And. & hæc etiam fuit ſentẽtia Dyni in reg.prima. in ſexto.num.8.vbi dicit, quod per inſtitutionem, ſeu beneficii collationem,quæritur ius proprietatis illi in quem beneficium cõfertur,ita quod poſt collationem factam primo,collatio facta ſecundo nihil operatur,c.ſi tibi abſenti. de præbend. in ſexto.& alibi, idem Dy.in reg.qui prior.in prin.ex illo tex. notat,quod ſi unus primò impetrauit in Eccleſia beneficiũ,alius ſecundò,& ſecundus primò literas præſentauerit,primus tamẽ debet eſse potior, quia qui prior eſt tẽpore impetrationis, potior eſt in iure beneficii cõſequendi.c.ſi pro te.& c.tibi qui. de reſcr. in ſexto.uide inf.uerſi.collatione canonica.

Bene-

Beneficium deſtinatum & ordinatum per Epiſcopum, & capitulum,non comprehenditur in gratia,niſi actualiter creatum fuerit.Card.in clemen fi. q.9.de reſcri. Rota Bilig.17.de præbend.& in antiq.545. Fely.in c.cum adeo.colum.3.uerſ. pro quo vi.Rot. de reſcrip.Aen.de Falc.in tract.reſeru.ſub num.26. verſ.beneficia creata.Rebuf.in trac.nomin.fol.mihi.118. colum.2. verſ. imo etiam ſi tempore.Io.de Sel.de benef.parte 3.quæſt.6.verſic.& pro iſta parte.Mando.ſen.ſuper regu.2.num.21. uerſic.immo etiam.& ſuper reg.16.q.19. num.4. Fely.conſ.45. colum.1.in fi.uerſ. fortifico hæc. pro ratione, uide inf.uerſ. deſtinatio non habetur.

Beneficium eccleſiaſticum,a laico mero impetratũ aſſerente ſe ſcholarem,nulla de clericatu mentione facta,licet aĩo deſtinauerit clericare, non tenet, & impetrans priuatur impetratis, quaſi ſit incapax. eſt * magis communis Doct.ſententia in c.cum adeo. de reſcr.& etiam magis cõmunem teſtatur Pariſi.conſilio 125.an collatio.num.3.uolum.4.& ita cõcludunt Innoc.Ioan.And.& alij Doct.in c.1. de inſtit. Abb.poſt alios in d.c.cum adeo. Archid. 12.quæſt. 1.c.nulli.colum.pen.ubi inquit Bonifacium VIII. ita ſeruaſſe in perſona nepotis ſui. facit gloſ.in l. ſi. nondum. C.de furt.cum ſimil. ut tradunt Socin. & Felyn.in dicto c.cum adeo.& glo.fi. in c.ex literis. de tranſac.cum not.ibi per Innoc. & Imol.poſt Hoſtien.nec ualidaretur impetratio per ſuperuenientẽ clericatum,ſecundum gloſ. in dicto c.cum adeo. & Archid.in dicto c.nulli.& facit text.in c.Religioſo. de ſenten.excom. in ſexto.vbi quis ante facta probationem nõ poteſt dici religioſus,licet ſit infra annum probationis.verum quia multi uoluerunt talẽ laicum uideri capacem beneficij eccleſiaſtici, per glo.ſuper uer.tales.in c.2.de inſtitut. ideo vide inf. verſ. clericus non præſumitur. & verſic. laicus purus quando.

Beneficium eccleſiaſticum a Papa commendatum, ita remanet affectum, quod ad electionem noui Prælati per capitulum procedi non poteſt. Compoſt. in c.cum nobis olim.de elec.ſequitur Archid. & Ioan. And.in nouel.in addi.quam facit ad gloſ. penul. in c.is cui.de elect.in ſexto.& hoc operatur appoſitio manus Papæ. Put.deciſ.180.in cauſa Cæſarauguſt. num.3. Rom. conſilio 350. in caſu.num.11.& 12. Mil.in ver.beneficium uacans reſeruatum.in fi.Pauin.de off.& pot.cap.ſede uacan. parte 2.quæſt.3. colum.3.uerſ.ſed aduerte.Aene.de Falco.in trac.reſerua.q.3.uer. c.ratio eſt.Caſſad.deciſ.5.commendauerat Papa.num.7.de priuil. & ſuper regu.deciſ. 32.Paſcaſ. num.5. & de reſeruat. deciſ.4. mentalis reſeruatio.colum.5.uerſ.& idem eſt. obſeruat Mandoſ.iun.ad d.conſi.Rom.ſuper uerſ.affecta,ubi hoc uerum dicit in commenda temporali: ſecus in perpetua, ut per eum ibi. vide ſupra uerſic. appoſitio manus Papæ.

Beneficium impetrãs,licet vere non eſſet clericus tũc, ſed tonſuratus, non per Abbatem, vel Epiſcopum, iux.c.Abbatem.in fi.de priuil.in ſexto.ſed per aliũ ſuum in monaſterio ſuperiorem,a quo fuerat receptus ad habitum ut religioſus,& pro religioſo ſe habebat,& reputabatur,non repellitur,ſed tenet impetratio, & ualent literæ, etiam ſi in eis aſſeruit ſe clericum.Compoſt.in c.cum adeo.de reſcrip.verſ. Item quid ſi tonſuratus. quia non eſt mentitus ſe clericum, tonſuratus enim clericus eſt, ſaltem late ſumpto uocabulo,ideſt in ſortem electus. 21.diſtin. c.cleros.12.q.1.c.clericus.& inf. verſ. clericus licet in habitu.& deſtinatio cum tonſura ſufficit ad hoc, ut impetrãs ſit capax. gl.ord.in c.2.de inſtit. & ita per hoc cõcludit Cõpoſt.vbi ſup.quod ſatis eſt quis capax beneficij ex quo eſt tonſuratus, & habilis ad ordines ſuſcipiendos.Staphil. de liter. grat. fol.mihi.59.Pariſ.conſ.125. an collatio.uolum.4. Gig.de penſ.q.22.per totum.

Beneficium impetrans,ſi poſſidet aliud tãquam intruſus,nõ tenetur de eo in quo eſt intruſus facere mentionem,Anchar.in clemen.ſi Romanus.de præben. colum.2.uerſ.vltra Doct.hic.& ibi Card.in fi.uerſ. quinto quæro.Fel.in c.poſtulaſti. colum. penult.in fine.& ſeq.verſ. ſed aduerte. de reſcri.Bertr.conſil. 24.colum.penult.in fi.uerſ.& quia idem. uol.2.in nou. vide ſup.in uerſ. beneficii impetratio facta ab intruſo.& inf.uerſ. diſpenſatio ſuper beneficiorum pluralitate.

Beneficium non curatum obtinens, ſi ſecundum curatum recipiat,non ob id uacat primum ipſo facto,ẽt quod primum requirat reſidẽtiam, ita Abb.in c.de multa.de præben.in 3.not.per illum tex.& in c.fi. de cleri. non reſiden. per tex. in dicto c. de multa. quod requirit quod primum beneficium ſit curatũ, ſicut ſecundũ,ad hoc ut per adeptionẽ ſecũdi uacet primum.& hãc propoſ.dicit magis communẽ Abb. ubi ſup.per tex.in argum.in c.qualis.25. diſtinc.& in l.cum prætor.de iudic. & ſe remittit ad dicta per ſe plene in dicto c.fin.in gloſ.2.in fi.ubi gloſ. uidetur uelle,quod conuenit ut beneficium ſit curatum ad effectum, ut per adeptionem ſecundi uacet primum.& ibi Abb.ex mente Innoc. diſtinguit, quod aut beneficia non expoſcunt reſidentiam,aut ſic.ut primo caſu per adeptionem ſecundi non uacet primum: ſecundo caſu diſtinguit tres caſus in materia reſidentiæ,de quibus vide ſup.uerſic.beneficialibus quo ad beneficiorũ.& uerſi.beneficia curata plura.

Beneficium obligat beneficiatum ad dicẽdum horas. Card.in clemen.2.de celebr.miſ. Clauaſ.in Sum.in uer.hora canonica.num.3.uerſ.primum genus.per c.fin.92.diſtin. quia ad hoc a laicis dati ſunt redditus clericis, ut ipſi in officio uices laicorũ ſuppleãt. & ob id beneficiati tenẽtur ad horas non ſolum ex ſtatuto,ſed etiam ex obligatione iuſtitiæ.quam ſententiam tenet etiam Sylueſ.in Sum.ver.hora.num. 3.ubi ex author.S.Thomæ in quodlib.6.& in 4.ſenten.diſtin.15.concludit ut ſupra.& ex Abb.in c.1. de celebr.miſ.& Card. ubi ſup.dicit omnes Doc.ita tenere. Etiam ſi beneficium ſit ita exiguum, ut inde non percipiat neceſſaria. Et hoc in quolibet beneficiato, licet etiam exiſtat in minoribus, & licet non exiſtat in ſacris, ut ibi per eũ.& ſequitur Sum. Armil.in uer.hora.§.1.ubi idem concludit ex mente.S.Thom. & §.3. dicit beneficiatum teneri etiam dicere officium mortuorum, ex S. Thom. quodlib. 1.q.7.art.1.quodlib.6.q.5.num.2. quæ obligatio afficit etiam habentem penſionem, ſed diuerſo reſpectu,nam beneficiatus tenetur propter ordinem, Penſionarius propter reditum. Abb.in dicto cap.1.

Card.

Gard.in clemen.2.de decim. facit.c.cum ſecũdum. de præben.vide inf.uerſ. Horas canonicas. Et effectum qui ex hoc ſequitur, vide ſupra in uerſ. beneficiatus non dicens officium.

Beneficium poſſidēs licet ex diuturnitate temporis iuſtum titulum habere præſumatur,& canonicum: tamen ſi conſtaret de vitioſo ingreſſu, inde poſſeſſor amoueri debet.Hoſtien.in c.illud.colum.3. in fi.de preſump.vbi etiam Abb.colum.3.in fi.Domin.in c.ordinarij.§.quod ſi forte.colum.3.de offi.ord. in 6. Ioan.And.Card.& Abb. in c.licet Hely. de ſimon. in fi.& Abb.in c.dilecto.colum.2. de præben. quia iſta eſt preſumptio iuris tantum,quæ admittit probationē in cõtrarium.Cyn.in l.ſi certis annis.q.11. C.de pact.Ioan.And. in c.fi. de cau.poſ.& propric. Bald.in l.2.circa fi.C.de do.promiſ.Alexand. conſ. 11.colum.fin.uolum.4.Archid.in c.ſeruitium.circa fi.18.quæſt.2.Butr.in c.peruenit.colum.18.de cenſi.Fely.in c.ſicut.col.17. de re iudic.

Beneficium uacare dicitur ex eo quod quis ſit priuatus titulo beneficij, nec ad illud perdendum requiritur eiectio de poſſeſſione uel quaſi. iux.not. per Innoc.in c.cum noſtris. de conceſ.præben.Anchar. conſilio 34.in hac cauſa.poſt prin.Rom. conſ.350. in caſu propoſitæ.in ſecundo dubio.in princ.& nu. 17.Iaſ.late in l.traditionibus.nu.20.C.de pact.Ripa in c.ſæpe.colum.1.uerſ. Quartum commodum. de reſtit.ſpoliat.Afflic.in c.1.num.28.qui ſucceſ.tenean.in uſib.feud.

Beneficium uiuentis impetrans intentare non poteſt ſpolium.Rota deciſ.439. in nou.non enim licet uiuentis beneficium impetrare.c.1.& ibi Doc. de cõceſ.præben.Oldr.conſi.304. num.7. ubi etiam ponit quo modo talis impetrans excuſetur.Anch.conſilio 397.Gemi.conſilio 131.Deci.conſi.298.in cauſa.& hoc ne detur uotum captandæ mortis.c.2. de conceſ.præben.Gig.conſ.14.num.2. ubi dicit ita loqui regulam cancellariæ.& gl. ibi de impetr. benef. uiuen.ubi Gomeſ.nu.3.& Rot.ſupra alleg. Ad hāc propoſ.uide ſuprad. conſi.Decij, quod totum circa hoc uerſatur,& ibi multipliciter diſtinguit de ſcientia,& ignorantia,ad inculpandum uel excuſandum impetrantem.& habetur per Gomeſ.ſuper reg. cancel.de ueris.noti.q.3.

Beneficium uolens obtinere,debet facere mentionem de tribus qualitatibus, ſcilicet, dignitatis, curæ, & continuæ reſidentiæ, non autem de qualitate ordinis beneficio annexi.c.ei cui. de præbend.in ſexto. Anto.de Butr.in c.in noſtra.colum.8.de reſcri.Nic. Mil.in reper.fol.8.68.in princ. & fol.77. ad finem, ibi,Gratiam beneficij.Fely. in c. ad aures.colum.2. de reſcr. Nam beneficium curatum nunquam includitur in gratia, niſi de ipſo facta ſit ſpecialis mentio in reſcripto.Domin.in c.cum illis. per illum tex.de præben.in ſexto.Cardin.conſilio 30.in hac. ad declarationem,vide Deci.in c.ad aures. de reſcr.nu.4. Ad hoc autem ut dicatur curatum, non attenditur illud quod ex accidenti competit, ſed eius natura conſideratur,ſecundum Domin. in cap.ſuper eo.de præben.Oldr.conſi.102. Et hæc omnia fiunt ad fugiendam incompatibilitatem, quæ ex præmiſſis inducitur,ſecus in ſimplicibus,iſta enim de conſuetudine generali non requirunt reſidentiam.c. gratia. de reſcr. in ſexto.In præmiſſis tamen habemus formam traditam per Concil.Triden. de quo ſupr.verſic.Beneficia curata plura. Nota tamē quod de qualitatibus, quę inſunt beneficio de iure communi nõ eſt opus facere mentionem. Rota deciſ.609.ſub tit. de reſcr.incip.Dominus Vrbanus. in antiq.Roma. ſingul. 37. in fi. Nec etiam eſt neceſſaria expræſſio qualitatum ſuperfluarum, non enim earum nocet falſitas ſi exprimantur.Rota deciſ.10. de reſcrip.in nou.aliàs 84.incip.ſi quis narrat. Felyn.in c.2.& in c.ad aures.de reſcri.Cald.conſilio 10.ſub tit. de reſcrip.& conſi.1.ſub tit. de fil.præſb. ubi quòd taciturnitas qualitatum non nocet,quando ſunt qualitates de quibus exprimendis iure non cauetur. per glo.5.in clemen.1.de præben. Feder.de Sen.conſil. 80.factum.colum.fi. ubi quod habere baptiſmum, & chriſma, nõ faciunt quod beneficium ſit curatũ. ſequitur Deci.in c.ad aures.de reſcr. hinc etiam eſt, quod taciturnitas ordinum ſacrorum requiſitorum non inducit ſubreptionem in literis beneficialibus, niſi expreſſe id diſponatur. c. ſi pro clericis pauperibus.de præben.in ſexto.& ibi Domini. in 3. not. per textum,in cap.nemo deinceps.de elec.in ſexto. Abb.in cap.cum in cunctis. §. inferiora. colum.penult.de elect.

¶ Bigami ab ordinibus ſacris excluduntur pluribus rationibus, & præſertim quatuor, quas ponit glo. in ſum. 26. diſtinct. & text.in c.quando.31.quæſt.1. prima ſumitur ex c.debitum.de bigam.ubi glo. recepta,uer.ſacramentum. id late declarat. Secunda eſt ob excellentiam ſacramenti ordinis. c. vna. 26. diſtinct. Tertia quia bigami præſumuntur incontinentes,c.propoſuiſti. 82.diſtin.quarta, ex eo quod ex eorum incontinentia non habent frontem hortandi ad uiduitatem, & perdunt audaciam perſuadendi ad caſtitatem.d.c.vna. & uide inf. uerſ. bigamus etiam tonſuratus.

Bigamiæ ſtatus triplex eſt, ſcilicet, vera, interpretatiua,ſimilitudinaria.Rebuf.in trac. de pacific.poſſeſ. nu.193. Sum. Ang. in ver.Bigamia.quæ ueræ bigamiæ attribuit ſolum caſum de quo inf.uerſic. Bigamus uere.ex Ricard. in quarto ſenten.art.4.q.1. & gloſ.in c.2.de bigam. Bigamiæ autem interpretatiuæ attribuit caſum de quo infra. uerſi. contrahens cum uidua.& caſum de quo inf. verſ. vxorem ſuam propriam. Similitudinariæ uero attribuit caſum, quādo quis diuerſis temporibus habuit plures uxores,unam de iure, & alteram de facto, & ambas cognouit. c.nuper. de bigam. & hoc caſu contrahitur bigamia,non propter defectum ſacramenti,ſed propter intentionis affectum cum opere ſubſequuto, & Sum.Ang.ubi ſup. ſub num.7.uerſ. ſecundus caſus.aliàs uerſ. tertius ſi ſimul.Item quando quis cognouit corruptam de facto.c.quomodo.31.q.1. & c.gaudemus. de diuor. necnon caſum, quando aliquis in ordine ſacro conſtitutus contrahit de facto, licet de iure non poſſit.c.nuper.c.ſuper eo.& c.vlt. de bigam.& 27.q.1.c.quotquot.

Bigamus etiam tonſuratus, eſt incapax & inhabilis ad obtinendum beneficia eccleſiaſtica. cap.primo. de bigam.in ſexto.Innocen.I. in Sum.ſuor.decre.in 3. epiſt.cap.2.& habetur Leu.cap.21.& apud Apoſt. ad Timot.1.c.3.& ad Tit.c.1.& in decr.Hylar. Papæ





pæ.p.46. Anno Domini.485.ubi in 2. decreto ſtatuit,ut bigamus uiduę,aut corruptę maritus,ad gradus eccleſiaſticos non accedat, ut in decretis diſtin. 34. c.curandum eſt. rationem vide infra, Bigamus reputatur.

Bigamus ordinatus licet nõ recipiat ordinis executionem,recipit tamen caracterem, S.Thom. in quarto ſenten.diſtin.27.quæſt.9.Abb.in c.2. de bigam.colum.2.uerſ.& ex hoc not.iunc.addi.ibid.in uer.ordinum executionem.ubi pro concor.adducitur deciſ.Rot.in nou.452.quæ incip.quodam factũ. alias 447.& eſt.1.ſub tit.de bigam.in fi. vbi hoc expreſſe dicit. Specul.in tit. de bigam.in libel.Bertach. in tract.de Epiſc.in prin.1.par.Archid.in c.rector.34. diſtin. & cap.quiſquis.33. diſtin. & Card.in clem. 2.in 1.oppoſ. de æta.& qual.

Bigamus prohibetur habere beneficium eccleſiaſticũ, ut ſup.verſ. Bigamus etiam tonſuratus. quia reputatur merè laicus.c.1.de bigam.in ſexto.c.1.de cleri.coniug.eod.lib.& ideo non poteſt ordinari,ut in rubr.de bigam.non ordin.cap.1.& per to.tit. & ſic nec beneficium habere. gloſ. in c.de his. diſtin.38.

* cum qua eſt communis,& vera opinio. Immo ſi fuerit diſpenſatus ad tonſuram, non cēſetur ob id etiā ad ſimplex beneficium diſpenſatus. arg.c.1.de fil. præſb.in ſexto. & ita Pariſijs in ſenatu Regio concluſum dicit Rebuf.in tract.de pacif.poſſeſ.nu.193. per rationem tex.in c.cum ſecundum. de præbend. nam cum altari ſeruire non poſſit, ideo nec beneficium habere.c.fin.de reſcrip.in ſexto. prærogatiua enim ſacerdotali exutus eſt. capitulo,vna tantum. 26.diſtinct.

Bigamus uere dicitur ille qui ſucceſſiue, & diuerſis tēporibus duas uxores legitimas habuit, & actualiter cognouit.cap.aperiant.31.queſt.prima. etiā ſi ambas,uel alteram tantum duxiſſet ante baptiſmum. c.deinde.& c.acutius.26.diſtin.argum. c.debitum. de bigam.Gemin.in c.1.eodem tit.in ſexto. Angel. in Sum. in uer.Bigamia. num.1. & hoc tenent omnes in c.unius.& in d.c.acutius.ubi gl.dicit quod in hac materia male ſentit B.Hieron. & quod eum correxit.B.Auguſ.& idem quòd.B.Auguſt.dicit B.Ambroſ.in lib.de offic.reſidens cum hac propoſ.& Angel.vbi ſup.num.6.ubi reprehēdit Ioan.And. quod contrarium & male dixerit,quia irregularitas, quæ contrahitur per hanc bigamiam nõ tollitur per baptiſmum.ut dixi infra, in uerſic. irregularitas, quæ contrahitur.

¶ Biruarij miſſi ad domum alicuius debitoris in decē, ad pignora auferēda, ſi uoluerint auferre ſummam pignorum,quæ debitum excedat, poterunt a debitore de facto,& impune repelli. ſecundum Barto.in l.penult. per illum textum. C. de execut. & exact. lib.12.ſed ſi parent iudici pro executione ſentētiæ, uel eius præcepto,licet faciant iniuſtitiam, propter mandatum excuſantur.Dyn.in regu.quod qs mandato.in ſexto.Alexand.conſilio 1.num.8.& 9.uol. 4.an autem quando uolunt capere aliquem reſiſtētem poſſint illũ impune occidere,ponunt late Ang. & Arim.ad eum in tract.maleſ. in uerſ. fama publica.num.54. in his ego ſemper pro executoribus biruarijs ſenſi ob honorem curiæ, quando aliter reſiſtentem capere non poſſunt. Tales tamen ſunt infames.Bal.in l.etiam.C.de teſti.nec ſunt integri.Burſat.alios citans,conſ.65.num.12. Bero.q.famil.84. num.1. & 2. Deciſ.Luc.1. apud Ioſ.Lud. num.3.& 4.& ad prin.propoſ. vide inf.uerſic. officiali iniuſte exequenti.

¶ Bladum vel ſal ad ciuitatem portare, & conducere prohibitus ſub certa pœna,non tenetur ſi hæc conducat, ut alio transferat. Iac.de Are. & Cyn.in l. ſi quis poſt hac,per illum textum.cum glo. C.de ædi.priua.Ioan.And.ad Spec.de conſti.§.1. addi.incip. Gui.de Suz.Bar.& Ang.in l.cætera. §.ſed & ſi quis. de lega.1.Anch.& Imo.in c.1.de cler. non reſiden. Rom.conſi.510.ſub num.24.uerſ. ſecundo quia licet.citat Hyppol.in rep.rub.de fideiuſ.nu.443.pro ratione uide inf.uerſ. factum non dicitur.

¶ Blaſphemans conſuetudinarius magis punitur, quā is qui ſemel uel bis lubrico linguæ blaſphemauit. Ioan.de Anan.in c.2.de maledi. colum.9. ubi uult, quod qui ex conſuetudine hoc facit, puniatur pœna Authen.ut non lux.contra nat.§.fi.ſcilicet mortis. ille uero qui ſemel tantum, puniatur pœna torturæ, uel alia pecuniaria, ſequitur Boer.q.301.nu. 11.uerſ.quare non ita.Iaſ.in l.ait prætor. §. iurari. num.13.&14. de iureiuran. ubi quod poteſt etiam poni ad catenā arbitrio iudicis, & latius in l. ſi duo patroni. eod.tit.in §. ſi quis iurauerit. ubi plene de materia blaſphemiæ,periurij,& pœnis horum delictorum. & quod reiteratio blaſphemiæ acrius puniatur,tenet Fran.Marc.q.509.num.8. in hoc dicit Hoſt.in Sum. de maled. quod pro ſimplici blaſphemia imponitur etiam clerico pœna. dicto c.ſecũdo. non autem poteſt deponi,niſi ſæpius ſit conſuetus, & quod hoc caſu non ſufficit probare, quod bis uel ter blaſphemauerit ad hoc, ut dicatur cõſuetus blaſphemare.Cyn.in l.2.C.de reb.cre.& in l.2.C.quæ ſit lon.conſuet.Anto.de Butr.in c.licet ex quadam. de teſti.Bald. in l.de quibus.de legib. Alexan.conſ. 72.inſpecto.num.8.uolum. 1.communiter tamē ſtatuta locorum contra hos blaſphemos prouident pęnas ſtatuendo,& hæc ſeruantur.Boer.ubi ſup.num. 15.vide inf.in uerſ.periurus.

Blaſphemare non dicitur is qui dicit uerba nõ tribuentia Deo,aut Sanctis,quod uerum non eſt,niſi appareat id in contumeliam dixiſſe, ut ſi quis iurat per membra pudibunda Chriſti, vel Sanctorum, quia tunc talia uerba in contemptum eorum protuliſſe uidetur.Ioan.de Anan.in cap.ſecundo.colum.9. de maledic.Sum.Silueſ.in ver.Blaſphemia.Boer.quæſ. 301.per totum.Mandoſ.ſen.in tract.de ingrat.cap. 62.ingrat.108. Et ideo ſi quis iurat per corpus, per caput,uel per membra Dei punitur. in Authent.ut non lux.contra nat.& ibi Bart. & in c.ſi quis per capillum.22.quæſt.prima.Ioan.de Anan.ubi ſup. uerſic.Eſt ergo ſciendum, quia Deus nõ habet corpus, aut membra.Archid.in dicto c.ſi quis per capillum. & Anan. ubi ſup. in fi. gloſ.1. & hoc uerum ſi talia uerba proferens intelligat de Deo, ideſt de Diuina natura.Archid.ubi ſup.ſed ſi intelligat de Deo, hoc eſt de Chriſto homine, eſt iurare, non blaſphemare.Apoſtil.ad Abb.in dicto c.2. Socin.conſi.102.li. 1.& conſilio 119.lib.4.S.Thom.2.2.quæſt.13.articulo 3.cap.4.

Blaſphemia non dicitur quando quis dicit iurando,vel

aliquid affirmando, ad corpus Chriſti. Hoſtien. in Sum.de maledi.§.fin.in prin.Ioan.de Anan.in c.2. eod.tit.in gloſſ.1. in fi.Sylueſt. in ver. Blaſphemia, Addi.ad Abb.in d.c.2.ſecus ſi talia verba quis dicat in contemptum. Boer.deciſ.301. nu.14.ut ſi iurat per membra pudibunda Chriſti,quia tunc eſſet blaſphemia. Anan. ubi ſup. Sum.Syluеſ.ubi ſup.Boer. ubi ſup.verſic.5. vel ſi iurat in actu illicito,ut in ludo,& cum ira.Syluеſt.ubi ſup.vel etiam extra actũ illicitum, ſed ſine propoſito iurat, & irreuerenter. Boer.ubi ſup.d.num.14. ubi uult quod tunc ſit blaſphemia,ac ſi diceretur,ad corpus Dei, quæ ipſe pacificat:& quod talia verba ſonent in blaſphemiam, tenet Ioan.de Anan.in c.in nonnullis.de Iudæis,colum.penult.verum quia extant ſtatuta in multis locis diſponentia circa ſenſum talium uerborũ,& punientia mitius & grauius prout ſtatuentibus uiſum eſt,conſiderata qualitate proferẽtium talia uerba, ideo ſtatuta ipſa attendenda ſunt, uel loci conſuetudo,Boer.ubi ſup.ſub num.11.uerſic.quare non ita. & num.16. &17. Franc.Marc.q.509. Foſſan.deciſ. 241.num.4.& vide conſilio 48. & 49. inter conſil. crim.diuerſ.quæ materiam blaſphemiæ copioſe tractant. Et an ſtatutum puniens blaſphemantẽ Deũ, comprehendat maledicẽtem,vide copioſe apud Socin.ſen.conſ.102.103.& 104.volum.1.& in d.c.2. poſt S.Tho.2.2.q.14.art.1.

Blaſphemiæ cognitio contra Iudæum ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum ex ſententia Calder. conſ.2.ſub tit.de Iudæis.Aret.conſilio 158.colum.2.& per totum conſi.ubi copioſe tractat a quo ueniat puniendus Iudæus delinquens.Bald.tamen conſi.100.ſi Iudæus.in prin.lib.2.tenet hanc cognitionem ad iudicem Eccleſiaſticum ſpectare. Socin. conſi.119.li.4. ubi multis rationibus hanc ſententiam firmat.idem tenet Ioan.de Anan.in c.2.de maledi.colum.vndecima.verſic.circa prædicta.Hoſtien.de Iudæis.§. Et in quibus.verſic.cum autem Iudæus,& in c.poſtulaſti.in ver.tuæ iuriſdictionis.& in c.in nonnullis. de Iudæ.§.fin.Glo.in clement.1.in ver.Principibus.eodem tit.& ibi Card.num.3. & Imo. nu.7. & Anch. in 2.not. Hanc cognitionem eſſe mixti fori, & eſſe locum preuentioni,dixit Fely.in dicto c.poſtulaſti. num.4.Ioan.de Anan. columna fin. circa fin.Cald. dicto conſilio 2. Præpoſ. in c.gaudemus. de diuor. num.quinto,& ſucceſſiue. quo caſu punitus per iudicem præuenientem,etiam minori pœna, non poterit per alium puniri.Calder.ubi ſupra, verſic. ubi enim.in quo tamen Anchar.cõtrarium tenuit conſ. 15.in fi. ne delictum remaneat ſua condigna pœna impunitum,& ita deciſum refert Foſſan.deciſ.241. num.7.in fi.dixi inf.verſ.condemnatus a iudice Eccleſiaſtico, & uerſ. crimen mixti fori.

¶Bona adiecta Comitatui,& Marchionatui,ad eũ pertinent ad quem ſpectat ipſe Comitatus, ſiue Marchionatus.Bar.in l.ſi conuenerit,la 2.§.ſi nuda.verſic.breuiter.de pignorat.act. & in tract. Tyber.tit. de inſula.colum.3.verſ.ſed quæro.Bald.in l. ex hoc iure.uerſ.& nota quod in terris. de iuſt.& iu.Ang. in l.damni infecti.§.ſi is.de dam.inf.Cyn.Bal. & Saly.in l.non modus.C.de ſeruit.& aq.Barb.conſi.4. lib.1. Guid.Pap.q.489. Rom.conſi.218. colum.2. Alexand.l.1.colum.quinta.de legatis primo, conſilio 151.col.2.lib.2.& 114.in fi.lib.4. Curt.conſi. 56.num.10.14.& per totum. Curt.iun.conſi.110. num.12. Rip. lib.1. reſpon.c.21.Affl.tit.hic finit. lex feud.§.vaſallos.num.8.Crot.in c.1.colum.3.de conſt. Alcia.in c.quod ſedem.num.92. de of.ordin. ex reg.acceſſoria.de qua ſup. verſ. acceſſoriũ & ſi. & ex regu.de augmento.de qua ſupra, verſic. augmentum dotis.

Bona alienans in fraudem fiſci,nõ poteſt poſtea ea reuocare.ita Bart.in l.poſt contractum.nu.6.de don. quem ſequitur Aret.conſilio 159.num.12.late Socin.ſen.conſi.264.colum.4.uolum.2. Deci.conſilio 587.num.10.verſic. Secundo reſpondetur. Gozad. conſilio 94.nu.55.Tiraq.de retr.conſang.§.1.gloſ. 2.num.15.& glo.18.num.20.& 24.Menoc.de præſum.lib.3.præſum.12.nu.32.

Bona clerici licet capi,& ſequeſtrari poſſint per iudicẽ laicum,quando periculum eſt in mora.Abb.in cap. cum non ab homine.de iudic.& in c.lator. de pign. Rebuf.in commen.tomo 1.artic.6.gloſ.3.num.75. & 76.verſic.quinto amplia.ſub tit.de liter.oblig.tamen ad creditum conſequendum agendum eſt per creditorem coram iudice eccleſiaſtico, & nõ coram ſeculari, aliàs ſequeſtrum eſſet nullum, & creditor ipſo iure incideret in excommunicationem, iuxta bul.Pontif.in cœna Domini. & in c.ſi quiſquam clericus.11.quæſt.1.Doc.in c.ſi diligenti.& in c.quod clericus.& ibi gloſ.de foro compet.Plot.in l.ſi quando.num.738. C.vn.vi. Alexand.de Neuo. conſi.7. num.10.& 11.Rolan.conſilio quarto.num.6.& 7. uolum.primo.conſilio 16.num.13.uolum.4. Grat. reſpon.138.num.1.& 2. lib.2. Rip. lib.1.reſp.13. de legi.Clar.in pract.crim.§.fin.q.36.niſi in cõtrarium eſſet priuilegium Pontificis.Euer.conſi.42.numero 30. Roland.conſi.23.lib.2.Miſing.conſi.47. num.25.& 26.Deciſ.fiuiz.3.num.26.& 27. ubi ex doct. dat clerico remedium inhibitionis contra laicum eum conuenientem coram non ſuo iudice.

Bona creditori data in ſolutum,ſi plus ualerent,quàm ſit ſumma,& quãtitas pro qua in ſolutum data fuerunt,talis datio redderetur nulla in totum. l.ſi non ſortem.§.ſi centum.& ibi Bart.expreſſe.de cond.in deb.circa medium,quia datio inſolutum eſt interloquutoria.C.de temp.appel.l.fin.§.illud.quæ ex falſa cauſa interpoſita nullius eſt momenti. l.1.§. hæc verba,ne uis fiat ei. l.cum vero.§.ſubuentum.de fideic.liber.l.Fulcinius.§.ſi quis poſſederit. ex quib. cau.in poſſ.eat.Fulg.conſi.137.quia ex facto.uerſi. Circa primum quæſitum. refert & ſequitur Pariſi. conſi.81.conſultus quale ſit.num.24.& 36.uolum. 2.Iacob.Nouel.de iure protom.nu.79.Fab.de Monte,de emp.& uend.quæſt.2.prin.nu.31.ubi de materia dationis in ſolutum practicata ſecundum uarietatem locorum. vide inf.uerſic. bona data creditori ex ſecundo decreto.

Bona dans alicui cum facultate alienãdi, & ad libitum diſponendi, cenſetur in eum tranſtuliſſe etiam dominium.l.Proculus.de vſufruct. l.Diuus.in prin. de vſu & habit.Bar.in l.donationes.§.ſpecies. de don. Bald.dicta l.Proculus.quem ſequitur Rom.dicto §. ſpecies.& conſil.206.colum.1. Cum. conſilio 120. Aret.l.in pupillari.columna 2. de uulg.& pupil. & in l.quod in rerum. §.1. de legatis primo. Alex.l.ſi conſtante.



conſtante.in princ.colum.2.ſol.matrim.Barb.conſilio 64.colum.vlt.uolum.2.& conſi.20.col.3.uol. 4.Sadole.in l.3.in fi.de leg.1.Socin.conſi.10.num. 12.& 13.uolum.1.Ruin.conſilio 133.num.13.uolum.2.Marſil.ſing.561. Iaſ.conſi.4. num.3. uol.1. Pariſ.conſi.71.num.2.uol.2. Ferra.caut.2. Duran. de arte teſtan.tit.6.caut.43.Duen.reg.319.num.1. Ceph.conſi.687.nu.20.

Bona data creditori ex ſecũdo decreto in ſolutum efficiuntur ipſius creditoris irreuocabiliter, nec per debitorem poſſunt amplius recuperari. ex ſentẽtia * Alexand.quam dicit veriorem, & magis communẽ in l.ſi finita.§.Iulianus.de dam. infec. nam datio in ſolutum reuocari nõ poteſt de iure communi.l.ſucceſſores.C.de ſolut.venditioni enim ſimilis eſt.l.fi. ex quib.cauſ. in poſ.eat. l. ſi prædium. C.de euict. Deci.conſilio 558.in cauſa Magnifici.in princ.poſt Aret.conſi.159.longa eſt.colum.5.in prin.verſ.venio ad quartum. ubi late diſcurrit quomodo datio in ſolutum inducat emptionem,& uenditionem, & vide inf.uerſic. ſtatutum loquens de redimenda. & uerſi.uenditio,& datio in ſolutum, & uerſic. creditor cui bona debitoris.& uerſic. bona creditori data in ſolutum.

Bona ex prouiſione teſtatoris prohiberi poſſunt ne tranſeant in fiſcum.l.Imperator.in princ.de fideic. liber.cum aliis,quæ cumulat Alexand. conſilio 23. uolum.1.Curt.iun.in l.filiusfam.§.Diui. de lega.1. & conſi.120.num.10.vbi de communi.& fuit dictũ Bart.in l.iura libertorum.ff.de iure patro.in l.1.C. de bon.liber.in l.eum qui.in prin. de interd. & releg.Rom.conſi.73.in prin.& conſi.93.colum.2. late Merz. in epito.ad mat.fideicom.quæſtio.47.ubi format. q.an ualeat expreſſa prouiſio, quod bona non tranſeant in fiſcum.dixi copioſe in meis. qq.legalib.q.47.nu.13.18.& 20.

Bona exiſtentia in diuerſis territorijs cõfiſcata ex alicuius delicto,debent,ut exiſtunt,unicuique ciuitati applicari.Bart.in l.1.colum.fin. C. de ſum.Trin. Ioan.And.in c.cum ſecundum. de hæret. in ſexto. Ang.de Maleſ.in uerſ.& eius bona publicamus.uerſic.quæro,bona expreſſe.Rom. in l.1. num.24. C. quan.nõ peten.par.ut in ſimili ſunt. l.iuriſperitos. §.cum oriundus. de excuſat.tutor. & l. pupillo. de tutor.& curat.dat.ab his.ex quibus iur.Rom.conſ. 250.horum bonorum.num.2.concludit, bona relicta diſtribuenda inter pauperes, non dato executore,ſi fuerint in diuerſis diœceſibus, diſtribui debere per Epiſcopos ſingulos in ſuis diœceſibus, quod tene menti.Et ad propoſitionẽ pro ratione nota,quia bona ſita in territorio alicuius, præſumuntur eſſe Domini illius territorij.Socin.in l.1. in princ. num. 27.in fi.verſ.ex quibus infertur.de acq.poſſeſ. conſilio 166.ſub nu.3.verſic.tertia concluſ.lib.2. 127. num.5.lib.1.Ruin.53. nu.4. lib.4. maxime quo ad iuriſdictionem,ut plures referens dicit Ceph.conſi. 458.num.59.

Bona fide præſcribens, licet poſt præſcriptionem completam mala fides ſuperueniat, uidetur tutus etiam in foro conſcientiæ,ita ut nihil reſtituere teneatur. glo.in c.fin.in uer.temporis.de præſcri. & ibi Abb. * colum.7.& Imo. colum.15. qui communem dicit. Bart.in extrauag.ad reprim.in uer.videbitur. in fi. Bald.in c.de cauſis.colum.3.de off.deleg. & in l.cũ quis.colum.7.C.de iur.& fac.ignor. Ang. in repet. l.1.C.de iud.Ioan.Fab.in §.1.col.2.Inſti.de vſucap. Rom.in l.filiusfam.de donat.& conſi.149.num.2. Anchar.conſi.170.colum.2.Aret.conſi.92. colum. 2.Iaſ.in l.ſi poſt diuiſionem.col.2.C.de iur.& fact. ignor.Deci.in Authen.præterea. colum.6. C. unde vir & vx.Corn.conſi.177.col.2.lib.2.Tiraq. copioſe in reg.ceſſ.cau.lim.12.nu.16.

Bona fideicommiſſi alienari,ita demum in cauſam dotis poſſunt,ſi aliæ res liberæ non extent. Iaſ.in Authen.Res quæ.C.com.de lega. nu.32. cum quo idẽ ſenſerunt Rube.Alex.conſi.124.num.3.Alci. reſp. 640.Menoc.conſi.88.num.49.& 55. parte prima. conſilio 81.num.48.ubi multos in hanc ſententiam citat.& conſilio 95.num.42.p.ea.conſi.183. in multis num.parte 2.& conſi.231. num.14. p.3. vide in verſ.ſeq.& inf.uerſ.obligatus ex diſpoſitione. Materiam alienationis bonorum fideicommiſſo ſubiectorum copioſe per plura capita cumulat Gabr.cõcluſ.li.5.de præſcr.concl.13.ubi tractat, an & quando talia bona præſcribi,uel uſucapi poſſint. & uide inf.uerſ.ſequen.& ad propoſitionem eſt tex. clarus in dicta Authent. Res quæ. cuius materiam conſulendo explicat Rolan.à Val.conſilio 19.numero 6. &.7.& conſilio 20. num.1. & ſucceſſiue. lib.4. vide apud ipſum.

Bona fideicommiſſi alienari poſſunt pro legitima, & trebellianica alienantis.l.Marcellus. §. res quæ. ad trebel.Alexand.conſi.184.viſo themate. nu.6.uol. 2.Corn.conſ.124.num.27.146.num.24. uolum.2. & 303.num.14.uolum.4.Iaſ.in l.ult. §.ſed quia.colum. fin. limita.7. & in dicto §.res quæ. ad trebel. Socin.iun.in l.in quartam.num.88. ad legem Falc. Ceph.conſilio 624.inſignis. num.6.vide inf.verſic. filius non poteſt deducere.Et nota quod talia bona poſſunt etiam in cauſam dotis alienari, ſi legitima & trebellianica non ſufficiunt. Caſtr.conſilio 80.de quo copioſe dixi.q.45.num.68.& in alijs num. ubi habes materiam alienationis bonorum prohibitorum.vide in verſ. præcedenti, & infra, verſic. filius alienans aliqua.& verſic.mulieres deſcendentes.

Bona immobilia æſtimata in dotem data obligant maritum ad precii, non autem corporum reſtitutionẽ. l.quotiens.C. de iure dot.Socin.conſi.57.ſub num. 8.lib.1.ubi poſt alios quos citat,inquit fuiſſe cõſultum, quod ſi res detur in dotem pro æſtimatione facienda per duos homines communi cõſenſu eligendos,quamuis nunquam fuerit æſtimata, tamen ſoluto matrimonio res non venit reſtituenda,ſed eius æſtimatio,habita ratione ad valorem temporis dotis datæ, quo tempore intelligitur facta æſtimatio per legem,quæ tunc erat certa,& ueram dotem cõſiſtere in æſtimatione,dicit Bald.in dicta l.quotiẽs. Socin.conſi.60. ſub num.5.verſic. dico quod.lib.3. Couuar.pract.q.c.28.num.1. æſtimatio enim uera uenditio eſt.l.plerunque.poſt medium. de iure dotium.Doct.in l.ſi æſtimatis.& in l. æſtimatæ. ſoluto matrim.Ceph.conſi.618.nu.13.& 14.

Bona ingredientium religionem minorum, licet non applicentur eorum monaſterijs,ut inf.verſic.fratres ordinis minorum ſunt incapaces. & verſic. hæreditas patris profeſſi: ſecus tamen eſt in alijs mendicantibus,

cantibus, quorum ordinem ingrediẽtium bona eorum monaſterijs applicantur, ut inf. verſic. fratres mendicantes, & ita dicit Spec. in tit. de ſtatu monac. in prin. q. 3. & 4. Archid. in c. quia ingredientibus. 19. q. 3. Abb. in c. in præſentia. num. 62. de probat. Dom. in c. 1. §. confirmatos. colum. 2. de relig. domi. in 6. Alexand. conſi. 88. num. 4. vol. 2. ubi dicit communem. Imo. in l. 1. de teſtam. in fi. Calder. conſi. 46. tit. de teſtam. Deci. in d. c. præſentia, num.
* 69. ubi etiam communem dicit, quod procedit, ut dixi in ſuprad. uerſ. non de iure, ſed de conſuetudine, ut etiam dicunt Bald. in Authen. ſi qua mulier. colum. 3. C. de ſacroſan. eccl. Authen. conſi. 56. in fi. Caſtren. in Authen. ingreſſi, colum. 1. & 2. C. de ſacroſan. eccl. vel eitam ex priuilegio, ex quibus capitibus alij mendicantes capiunt, ut retineant. Bal. in Authen. niſi rogati. colum. 1. ad Trebel. & conſilio 479. uol. 2. Bart. loquens de fratr. prædica. in tract. minor. columna 3. & in l. 1. §. filio. ad Tertul. Pariſ. conſi. 22. col. 1. uol. 3.

Bona minoris licet non obligentur, ſine decreto iudicis. l. lex, q̃ tutores. circa princ. C. de admin. tut. ta-
* men ipſo iure ſunt hypothecata pro dote. Eſt communis opinio contra Bart. ſecundum Alexan. in l. ſi conſtante, in princ. colum. 12. ſoluto matrim. & ibi etiam Iaſ. id firmat. & Curt. iun. conſilio 168. ſub num. 20. verſ. nec obſtat. de qua per Tiraq. de legi. connub. gloſ. 6. num. 195. Rol. de lucro dot. q. 45. vbi multos citat, & late in hoc diſcurrit. Menoc. de arbitr. iudi. lib. 2. centu. 2. caſu 171. num. 48. Pariſ. conſi. 101. num. 27. uol. 1. Gozad. conſilio 78. num. 11. Rol. conſi. 76. nu. 18. & 19. uolum. 1. Ceph. qui multa allegat, in conſilio 115. num. 1. & 14. & conſilio 207. num. 18. vbi ponit regulam in terminis. d. l. lex, quæ tutores. & poſt multa num. 25. & 26. dat fallentias, & declarat quomodo debeant intelligi caſus fallentiarum. & Natta conſi. 631. num. 36. an autem, & quando bona minorum uendi poſſint, ſine authoritate curatoris, & alijs ſolemnitatibus, ſcribit Natta conſilio 542, num. 12. vide inf. uerſic. Minor curatorem habens.

Bona nouitij morientis, infra annum probationis non ſunt monaſterij, ex ſententia Abb. in c. in præſentia. de probat. num. 68. verſic. Item eſt dubium, quã etiam tenent Iaſ. in Authen. ſi qua mulier. col. fin. verſic. extra gloſſ. quærit Bar. C. de ſacroſan. eccleſ. Anchar. in c. Beneficium, colum. penult. verſi. iſta faciunt ad q. de reg. iur. in 6. Barb. in c. 2. colum. 1. & 2. uerſic. & ſubdit hic. de teſtam. & ibi Imo. colum. 3. uerſic. tangit ulterius. Cap. conſ. 165. colum. 1. verſic. vnde ſi interim. Immo etiam in dicto capitulo, in præſentia. in fin. uerſic. Adde etiam. & ibi Barbat. in apoſtil. ad Abb. ubi ſup. Immo quod monaſterio remaneant, tenent Bart. in dicta Authen. ſi qua mulier. in fi. uerſic. vltimo quæro. Cyn. in Authen. ingreſſi. ſub num. 2. uerſic. quid ergo erit. eod. tit. But. in d. c. in præſentia. colum. 16. uerſ. quæro an ſi monachus. & ibi Deci. num. 73. uerſic. 9. quæritur, dicit
* hanc communem. Dic tamẽ quod prima eſt uerior, & in practica ſeruatur, & pro ratione vide inf. verſ. deſtinatio non habetur pro facto. & applica dict. infra, verſic. Monaſterium. M. intrat. & uerſic. deſtinatus ad clericatum.

Bona omnia ſunt obligata pro taleis, & oneribus ad quæ quis tenetur. l. 1. C. in quib. cauſ. pign. tacite contrah. l. 1. C. ſi prop. publ. penſit. Rom. conſ. 111. viſo puncto. num. 1. Socin. conſi. 243. in præſenti. ante fin. verſic. præterea uidetur. p. 2. Iaſ. in l. apud Iulianum. §. hæres. de leg. 1. ubi citat concor. Curt. iun. conſ. 185. ſub num. 3. in fi. Neguſ. de pign. p. 2. Memb. 4. num. 125. Dec. conſilio 285. num. 5. Bald. cõſilio 434. num. 2. uol. 3. Moder. Mutin. de collec. p. 2. c. 3. num. 11. vide inf. uerſ. Eccleſia collectis. Et ſi talia bona fuerint cataſtrata, licet tranſeunt in Eccleſiam, ſubiacent oneribus iuxta cataſtrum. Bald. conſilio 280. uerſic. nec obſtat, lib. 2. Anchar. conſilio 303. uerſic. & confirmatur. Natta conſilio 515. nu. 14. Belo. conſ. 40. nu. 5. & ita iudicatum ſcribit Foſſan. deciſ. 234. num. 9. & vi. infra verſ. Eccleſia in quam bona. & uerſ. Cataſtratio bonorum.

Bonã fidẽ habere nõ præſumitur is qui cõtra iura mercatur. cap. qui contra iura. de regulis iur. in ſexto. l. quemadmodum. C. de agric. & cenſi. lib. vndecimo. Et hoc ſi lex expreſſe reſiſtit. Bart. in l. ſed ſi lege. §. ſcire. de petit. hæred. ſecus ſi non aſſiſtit, ſeu expreſſe non reprobat titulum, quia tunc non habet locũ propoſitio. Abb. in c. conſultationib. cir. fin. de iure patron. Cald. conſ. 2. ſub rub. de præſcr. Fran. Bal. in trac. præſcr. in 2. par. 3. princ. col. 2. & in l. Celſus. ſub num. 6. verſ. Et tradit ibi Bart. de vſucap. ubi ad hoc allegat conſ. & quotas multas. Materiam bonæ fidei cumulat Gabr. lib. 7. de malef. concl. 2. nu. 27. & ſucceſſiue.

Bonis feudalibus ſucceſſionem fieri in capita, non in ſtirpes, dixit Bald. in aut. ceſſante. in 1. & 2. colum. C. de fideicom. ex ea ratione, quia cum ſeruitium diuidatur in capita, ita & ſucceſſio diuidi debet. argu. ſumpto a proportione cõmodi, & incommodi. iux. reg. qui ſentit onus. de reg. iur. in 6. hanc ſentẽtiam ſequitur Crau. conſi. 303. quæritur. in fine. Fortun. Gar. in l. Gallus. §. idem credendum. cum §. ſeq. de lib. & poſth. Pariſ. tamen conſi. 25. vidi. num. 9. uol.
* 2. dicit communem opinionem eſſe, quod in bonis feudalib. ſuccedatur in ſtirpes, non in capita. & fuit ſententia eiuſdem Bal. conſ. 398. uol. 1. & in c. 1. ubi Aluar. de ſucceſ. feu. Gui. Pap. deciſ. 134. Corn. in d. Auth. ceſſante. Dec. in l. 3. C. vn. leg. Iac. de S. Geor. in tract. feud. verſ. preſen. & recip. Cur. iun. eo. trac. p. 3. nu. 53. Bertr. conſ. 2. viſa cõſulta. li. 1. Alex. cõſ. 55. proſpectis. num. 4. uol. 4. Brun. conſ. 73. in caſu. pro qua materia, vide Prac. Pap. in forma libelli pro hæred. ab inteſt. gl. inci. nullius. nu. 38. Alex. conſi. 29. col. 1. vol. 5. Bal. conſ. 199. ad euidentiam. uol. 3. conſi. 193. primò dicam. uol. 2. Alex. conſi. 166. uol. 5. & uide Iaſ. conſi. 78. nu. 3. uolum. 1. vide ſup. ver. agnationis ius.

¶ Bonorum confiſcatione non uenit feudũ nobile, ẽt ſi vaſallus cõmiſerit crimen læſæ maieſtatis, qui. n. nõ põt alienare, non põt ẽt ex ſuo delicto facere, ut ſequatur alienatio, nã ex ea fieret præiudiciũ agnatis. Cep. cõſ. 58. inter cõſ. ciu. in 2. dub. poſt Bar. ĩ l. ſi finita, §. ſi de vectigalib. de dã. inf. n. 3. ubi ẽt Alex. nu. 30. Arim. ad Ang. in trac. malef. in uer. præſente Caio, nu. 40. Rui. cõſ. 23. nu. 32. uol. 5. Cur. iun. q dicit hãc ſntam magis cõem, cõſ. 4. nu. 20. Rub. Alex. conſ. 154. nu. 3. Boer. deciſ. 264. nu. 3. ſecus in feudo

trans-



tranſmiſſibili ad extraneos, nam illud tranſit etiam in fiſcum cum confiſcatione bonorũ. Cur. iun. ubi ſup. & Boer. nu. 8. quale aũt feudum ſit alienabile, uel non, vide inf. feudum utrum alienari poſſit.

Bonorum confiſcatione non ueniunt iura alienari prohibita, per l. Imperator. in prin. de fideic. libert. in primis uer. quã ad hoc ponderat Bar. ibi. Alex. cõſ. 23. opportune. uol. 1. Gabriel. con. 123. nu. 5. & ſucceſſiue. uol. 1. nã fiſcus habetur loco extranei hæredis, in quem bona prohibita nõ tranſeunt. Bar. in l. iura libertorum. de iu. pat. in l. 1. C. de bon. liber. in l. eũ qui. in princ. de interd. & releg. Ang. in l. eorũ. ad l. Iul. maieſt. Ro. conſ. 73. cir. primũ. in prin. 93. viſis. col. 2. Dec. 442. n. 27. Et licet Rub. Alex. citando alios arguat in cõtrariũ. conſ. 154. col. 2. uerſ. cir-
* ca aliud dubium. Tñ propoſitionem oẽs Doc. cõiſſime tenent in l. filiusf. §. Diui. de leg. 1. ubi Iaſ. lec. 2. no. 6. & ibi Soc. iun. no. 8. Cur. iun. conſ. 120. Soci. iun. cõſ. 49. uerſ. ſed licet. uol. 3. Pariſ. 101. bona. col. 5. verſ. prout ẽt. uol. 1. Ang. de malef. ver. & eius bona publicamus. ibi, & nota qđ facta. Marſ. ſing. 314. Goz. cõſ. 103. col. pen. verſ. nono ſtatutũ. Grat. cõſ. 21. col. 6. uerſ. his nõ obſtan. li. 2. Gabriel. ſub tit. de malef. concl. 24. Menoc. conſ. 75. nu. 32. p. 3. pro cognitione ueritatis huiꝰ ꝓpoſitionis ego 1 qq. legal. q. 47. n. 19. & ſucceſſiue, diſtinguo tres caſus. vi. ibi.

Bonorum confiſcatione nõ ueniũt iura futura. l. ſi tibi mandauero. §. is cuius bonis. ff. mand. Alex. in l. ex facto. §. Iulius Longinus. de vulg. & pup. Curt. iun. conſi. 182. nu. 6. Boſ. in prac. crim. tit. de bon. pub. nu. 34. & 35. ubi etiam ſub nu. 18. ponit an ueniat fideicommiſſum ſub conditione, & generaliter, an bona futura. Sed quia hodie cõiter per decreta principum eſt prouiſum in ſpecie ẽt de bonis futuris, vi. ipſum Boſ. ubi ſup. nu. 30. uerſ. ſed contra. ubi dat cautelam per uiam exhæredationis: & refert fuiſſe iudicatum, quando delictum iam erat commiſſum. Soc. iun. conſ. 51. uol. 1. Ferret. conſ. 169. Dec. conſ. 438. Pariſ. conſ. 155. in fi. uol. 4. Syluan. cõſ. 79. nu. 7. Hyp. in prac. crim. §. aggredior. nu. 89. Rui. conſ. 123. uol. 4. Cot. ĩ memor. uerſ. bãnitus ex crimine. & ver. teſtamẽtum in quo pater. ubi tractat de cautelis contra fiſcũ. & Rimin. conſ. 136. per tot. vi. inf. verſ. legatum uel fideicommiſſum conditionale.

Bonorum Eccleſię alienatio preſumitur ſolẽniter facta ob tpis diuturnitatẽ, & quaſi poſſeſſionem. Bal. cõſ. 511. quidam prælatus. col. 2. uol. 2. qđ & in alienatione bonorum minoris reſpondit Corn. conſ. 109. in fi. li. 3. Alex. conſ. 219. nu. 26. uerſ. non obſtat ẽt. li. 6. in quo reſponſo ob tpis diuturnitatẽ, & quaſi poſſeſſionẽ, defendit ſolẽniter factã fuiſſe unionem quorundã eccleſiarũ, & fidẽ eſſe adhibendã uerbis enuntiatiuis, & narratiuis illius ſolemnitatis, refert & ſequitur Menoc. conſ. 90. nu. 30. & 44. lib. 1. Ad quam propoſitionem faciunt dicta inf. uerſ. ſolemnitas præſumitur ex diuturnitate.

Bonorum immobilium alienatio debitoris forẽſis, uel extra territoriũ exiſtẽtis, põt per iudicẽ interdici, ſi de tali alienatione dubitaretur, ad hoc ut creditori conſulatur, ſicut poſſent bona mobilia ſequeſtrari, ita dicit in practica notandũ Cur. ſen. in trac. de ſequeſt. q. 22. Rebuf. in cõm. to. 1. de lit. oblig. art. 6. gl. 3. nu. 48. & ſi eſſent bona mobilia tpe peritura, ut fructus, poterit iudex ordinare, ut uendantur, & pecunia in ſequeſtro ponatur, aliàs periculo ipſius ſequeſtrantis cederet. Cur. ubi ſup. q. 23. Alex. cõſ. 45. uol. 1. Bar. in l. mandatis. §. intra annum. de requir. reis. deciſ. Fiurz. 3. num. 39. & 40.

Bonorum omnium præſentium, & futurorũ donatio non ualet, quia liberam teſtandi aufert facultatem. Doct. omnes in l. fin. C. de pact. & l. ſtipulatio hoc modo concepta. de uerborum obligationib. a qua
* ſententia tanquam communi non eſſe recedendum dicit Curt. iun. conſilio 25. numero primo. & conſi. 120. nu. 6. Card. conſilio 21. ante finem. Corn. conſilio 176. in præſenti. nu. 16. uol. 2. Soci. conſi. 126. nu. 8. par. 3. Deci. conſ. 655. num. 3. & 7. & in d. l. fi. nu. 30. Gozad. conſilio 87. prima facie. nu. 2. & 10. Ripa reſpon. 14. nume. 1. lib. 3. vnde ſi donans ſibi aliquid reſeruauerit pro teſtando, ualet talis donatio, quia ceſſat ratio inualiditatis, & ita ſeruatur. Gemin. conſilio 139. poſt num. 4. uerſic. non enim dicitur. Alexand. conſilio 59. viſo themate. numero 3. uolum. quinto. Corn. conſi. 15. num. 1. parte 1. Rui. conſilio 172. num. 10. uolum. 1. Dec. conſ. 225. num. 3. conſilio 293. num. 5. conſilio 516. num. 17. Bertran. conſi. 88. colum. fin. uerſic. nec obſtat, uol. 2. Soc. iun. conſi. 65. ſub num. 46. uol. 1. Boer. deciſ. 304. præſuppono. ante num. 46. Mantua conſi. 54. num. 13. Socin. conſilio 101. poſt princ. uolum. 3. Grat. reſp. 70. numero 4. uolumine 1. Socin. iun. cõſilio 143. numero 31. 39. & 40. uolumine 1. & conſilio 21. num. 8. uolumine 2. Quid autem ſi fiat Eccleſiæ? dic quod ualet fauore Eccleſiæ, & eſt commu-
* nis opinio ſecundum Dec. in c. in præſentia. col. 3. in pri. uerſic. opinio tamen. de probat. Alexand. in dicta l. ſtipulatio. columna 14. Deci. conſilio 488. col. 1. uerſic. Secundo reſpondetur. Bald. in Auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccleſ. Abb. in c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt. in c. ſecundo. de conceſſ. præbend. & in c. vt priuilegia. de priuil. valet etiam cum ſperatur donantem in futurum alia lucrari, ex quibus teſtari poſſit. Calder. conſilio ſecundo. ſub tit. de donat. Abb. conſi. 18. circa medium. parte prima. Gui. Pap. in tract. præſump. ſub num. 63. uerſi. pone ille qui recipit. Corn. conſilio 178. numero 26. uolum. 2. Socin. regu. 108. Deci. conſilio 225. in cauſa. col. 3. uerſic. primus poteſt. Bertran. conſilio 40. numero 3. uolumine 3. in antiq. Quod ego uerum arbitror, ſi ſint donata bona præſentia, quia cum bona ſperata huic actui non ſubiaceant, poterit is de illis teſtari; ſecus ſi iuxta tenorem propoſitionis, quia cum & illa cedant donationi, & nihil ſibi remaneat de quo teſtari poſſit, uidetur quod ualere non debeat: cogita, & uide infra, in uerſic. Donatio omnium bonorum. Quid autem ſi ipſi actui ſit appoſitum iuramentum. vide Corn. conſilio 228. uolumine primo. Pariſi. conſilio decimoſexto. numero 119. uolumine ſecundo. vide inf. verſ. donatio uallata iuramento. Quid autem ſi facta ſit reſeruato tantũ uſufructu? dic quod uerior opinio eſt quod non. Ripa libro tertio reſponſ. capitulo decimoquarto. columna prima. uerſic. circa tertium. & ita tenuit Caſtren. conſilio 101. notandum eſt. & in lege fin. C. de pactis. Corn. conſilio 176. in præſenti. colum. penul. uolum. 2. Deci. conſi. 30. col. 2. & conſil. 251.

D in

in cauſa magnificæ. Licet contrarium tenuerint Alexand.& Iaſ.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.de uerbor.oblig.& late proſequitur Couuar.variarum reſolut.libro 3.c.12.per totum.& ad rubr.de teſta. par.2.nu.4.& ui.inf.uer.donatio omnium bonorū.

Bonorum pignori datorum,cum promiſſione præſtandi laudatorem,& ipſa bona redimendi, pertinēt ad eum qui fuit in mora præſtandi promiſſa, iux.tex. in c.1.§.1.ext.de com.glo.& Doct.in l.1.in uer.conuenit.C.depoſ.l.quod te.ubi etiam Doct.ſi certum pet.Deci.in l.contractus.nu.42.uerſic. Primo enim limitatur. de regu.iur.Socin.in l.ſi Titius. in tertio not.de cond.& demon.late Affl.deciſ.150. Rimin. iun.conſi.210.nu.35.poſt Crau.conſ.202. num.4. licet non ſit adhibitum tempus ad promiſſa faciendum,ſubintelligitur enim tempus decem dierum. l. ſi promiſſor.la 1.§.1.ubi etiam Bar.in prin. & in fi. ff.de conſt.pecu.Ceph.conſi.640.num.34. applica dictis inf.uerſ.cuſtos rei ſibi pignoratæ.

¶ Bonus quilibet præſumitur, niſi malus probetur. c. 1.de ſcrut.in or.fac. c.fin.de præſump. l. omnimodo.C.de inofficioſo teſtam.ponit Specul. in titu.de teſt.§.1.uerſic. ſed quid ſi dicatur.& de probat.§.1. uerſ.reſtat.gl.in l. cum quidam ita.de leg.2. in uer. qui non offenderint.in fin.glo.in c.ſuper literis. de reſcr.& ibi Hoſtien.col.1.uerſ.priori modo.Innoc. in c.2.col.3.uerſ. Item no.quod licet.de in integ.reſtit.& ibi Io.And.col.4.uer.& quamuis.Hyp.conſ. 2.nu.9.& 10.Socin.iun.conſ.82.nu.2.lib.2.Barbat. conſ.77.in prin.vol.4.Alc.de præſump.reg.3.præſump.2.Et ad hunc effectū aliquo modo uerba impropriantur.gl.1.prope fi. in c.ne quis arbitretur. 22.q.2.Hyp.ſub d.nu.9.uerſ.& adduci pōt. Et hoc niſi de alterius præiudicio ageretur.Fel.in c.cum iu iure.col.1.de off.deleg.Dec.in c.ſuper literis. nu.8. de reſcr.Goz.cōſ.66.col.2.Alci.de preſum.ubi ſup. vel etiam fauore animæ.Hyp.ſing.151. Fel.in c.auditis.col.18.de præſcr.& in c.fi.uerſ. fallit tertio.de præſum.Et idem caſu quo talis præſumptio induceret aliquod damnum illi pro quo præſumitur.Alci. ubi ſup.Et pro hac propoſitione famoſa, ui. Fel.in d.c.fi.col.2.& 3.ubi eam multipliciter declarat. An autem iſta qualitas bonitatis preſumatur,ſine probatione,quando requiritur rigore alicuius diſpoſitionis,ponit Crau.de antiq.temp.par.1.nu.168.& 169. vide inf. uerſ. delictum in conſcientiæ foro, & in uerſ.delictum nunquam præſumitur.

¶ Brachium ſeculare poteſt implorari per iudicem delegatum ſedis Apoſtolicæ, pro executione ſententiæ, quamuis expreſſe in ſua commiſſione hoc ſibi non cōcedatur,ut per Archid.in c.adminiſtratores. 23.q.5.Oldr.conſ.89.Epiſcopus.in fi. poſt Hoſt.in c.1.de of.deleg.idem Oldr.conſ.319.in fi. poſt Bernar.in cap.ſtatuimus.de of.deleg.Feder.conſi.163. Bal.& Saly.in l.in criminali.C.de iuriſ.om.iud.Caſtren.in l.epiſcopale.C.de epiſc.aud. & in conſ.39. ſecundum anti.impreſ.Card.in clem.1.q.10.de of. deleg.Inn.Abb.Fel.& alij in c.poſtulaſti. de of.deleg.ubi Dec.dicit hanc eſſe communem, quam etiā firmat in c.ſignificaſti.de homici. col.2.uerſ. extra gloſ.quæritur. poſt Inn.Hoſt. Io.And.Card.Anch. Abb.& Fel. ibi. quam etiā amplectitur Abb. in c.ſi quis contra clericum.col.pen. de foro comp.reprobata opinione Arch.in c.ut officium.de hæret.in 6. Fed.conſi.251.Alb.in d.l.epale. & Calca.cōſi.119. qui uoluerunt, eum non poſſe ſeculare brachium inuocare, niſi ſi cōceſſione hoc ſibi pmittatur.& ita curiam ſeruare dicit Abb.antiq. in c.ſignificaſti. de of.deleg.refert Roland.conſilio 37.omiſſo.num. 1. par.1.Quid autē fit in epiſcopo, an ſcilicet pro executione iuſtitiæ debeat implorare auxilium brachij huiuſmodi. pendet hoc ab illa. q. an ſcilicet epiſcopus qui iuriſd. ordinariā habet, poſſit habere officiales armatos pro executione ſuæ iuriſd. de qua Abb.in dicto c.ſignificaſti. de off. deleg. ſuper qua remitto ad Gundiſal. de hæret.q.11.num.16.& 17. Illud inuocandi talem credit formam Ant.Maſ. Galeſ. ad formam camer. oblig. ſuper uerſ. reliqua de proceſſu. numero 53. Tales parochiani mei ſunt mihi rebelles,excommunicaui eos, ſententiam contemnunt, non habeo ultra quid faciam, recurro ad uos, ipſos diſtringatis, & mihi ſatisfacere cōpellatis.ex Hoſtien.in c. poſtulaſti.de homici.in glo. ſuper uer.ſimpliciter. Eius tamen inuocatio facienda non eſt ubi non eſt neceſſaria, quoniam iura de ea loquentia ſemper vtuntur uerbis,ſi neceſſe fuerit,ſi opus fuerit,ut declarat Oldr.d.conſ.89.in fi. Tunc autem proprie fieri dicitur,cum inuocatur ad adiuuādum iudicem eccleſiaſticum, ſi fortè timet de rei potentia, uel ne fugiat, aut quid ſimile, ut declarat Abb.in c.quoniam.in fi.de offic.ordin.per c.1.eod. tit.& c.ut famę.de ſenten. excommunic.Ad illudq; ut dixi recurrendum eſt in opportunitatibus. c. 2. in fi.de cler.excommunic.miniſt.cum concor.ibi.& per Ioan.a Capiſt.in Specu.conſc.num.208. nec tamen paſſim & indiſtincte cōcedi debet, ſed in caſu, quando ſcilicet iudex eccleſiaſticus fecit quod potuit,& non habet ultra quid faciat. c.cum nō ab homine.de iudici.& c.2.de malef. ibi.ſi neceſſe fuerit, ut & ſup.dixi, idque aſſerit Staphil. ſuper commiſ. & lit.iuſt.uerſ.primo ſciendum. nu.20. Læli.Iord. de Rom.ſedis orig.c.8.nu.42.& 43.ubi de materia de qua ſupra.uer.quid autem ſit in Epiſcopo.Et poteſt implorari contra detinentes decimas,ſi detinētes compelli non poſſunt per cēſuras eccleſiaſticas. Hoſtien.Ioan.And. & alij in c.in aliquibus. de decim.argum. dict.c.poſtulaſti. de homic. Rebuf. de decim. q. ult. num.18. Et ad dicta ſup. in uerſ.eius tamen inuocatio, vide tex.in c.ut officium. §.denique. ibi, ſi opus fuerit inuocato &c. de hæret. in ſexto.& in capitulo primo. §.& quoniam.ibi,inuocato ad hoc &c. de ſta.regul. in ſexto. ad quæ etiā facit text. & ibi Barto. Bald. & Caſtren. in l. ſi quis in hoc. C. de epiſcopis & clericis. facit etiam text. in capitulo ſecundo. ibi,& epiſcopus minime. & c. de cler.excommun.miniſtr. & tex. in c.2. uerſ. per temporalem. ibi, ſi neceſſe fuerit. de maled.quem ad hoc citat Oldr.dicto conſilio 89.quod etiam dixit Bald.poſt Iac.Butrig. in lege ſecunda, in uerſic. ſin autem.C.de his qui latro.occul. Feder.dicto conſilio 251.Staphil.de lit.gra.rubr. de ſignat. lit.iuſt. numero quinto.verſ.ubi quis pet. exec. proc. Quo utendum,dixi ſuperius,quando eccleſiaſticus fecit, quod potuit, & non habet ulterius quid faciat, & ſic præmiſſo prius ſpirituali, capitulo penultimo. de hæret.d.c.poſtulaſti. de homic. & ibi Ab. 2.not. clem.

clem.2.in ver.remedijs.de relig.dom. Alberi.in d.l. epiſcopale.colum.2.num.4.uerſic.& dic quod talis inuocatio.Ang.in l.qui reſtituere.colum.2.num.5. uerſic.in eadem gloſa,niſi in ſubſidium.de rei uendic.Franc.in c.dilecto.de ſent.exc. in ſexto. 2.not. & in d.c.poſtulaſti.de homi.Card.poſt Laud.in clement.1.q.10.in fi.de off.deleg.Impertiendum tamē eſſe ubi iuſte petatur: ſecus ubi iniuſte, dixit Oldr. d.conſi.89.col.2.per rationem tex.in c.1. de off. ordin.ibi;Et,cum opus fuerit,publicum conuocēt auxilium,non ad præiudicandū,ſed potius ad ea,quæ Deo ſint placita proſequendum.& ibi Inn.Bald.& Abb. qui infert ad quæſtionē de Epiſcopo uolente uiſitare quendam Prælatum inferiorem,qui aſſerebat ſe exemptum,& ideo appellauit ad Sum.Pont. quem Epiſcopus excōicauit,cui, quia petebat iniuſte,fuit denegatum brachium ſeculare,quod ēt ante Abb.tenuit ibi Io.And.hancq; ſententiam cōem aſſerit ibi Abb.col.4.uerſ.& per hoc deciditur. late Albe.in d.l.epiſcopale. Alex.cōſ.130.col.2. in prin. vol.4.uerſ. præterea vbi dicit, quod ubi brachium alterius inuocatur non eſt denegandum,niſi euidēter conſtat id iniuſte implorari. Quid autem ſit, ſi eccleſiaſticus implorat brachium ſeculare,an iudex ſecularis debeat illud impartiri, cauſa a ſe in diſcuſſa,uel eam prius diſcutere debeat, magna eſt controuerſia,propter tex. in Auct. de ſanctis. epiſc.col lat.9.in §.ſi uero crimen. ibi, ſecundum leges litem examinans,cauſæ finem imponat. cuius diſcuſſione pro nunc omiſſa, pro ſummaria reſolutione diſtinguendi ſunt tres caſus. Primus,quādo agitur de crimine mere eccleſiaſtico.Secundus,quando de crimine non mere eccleſiaſtico.Tertius,quando de crimine mixto. Primo caſu nullæ ſunt partes iudicis ſecularis, niſi in impartiendo brachium eccleſiaſtico ad eius requiſitionem. exemplum ponunt Doc.in crimine hereſis,quod,cum ſit mere eccleſiaſticum,c.vt inquiſitionis.§.prohibemus.de hær.in vj. nullo modo poteſt de eo ſecularis cognoſcere,ſed ſimpliciter exequi ex iuris diſpoſitione tenetur. d. §.prohibemus.c.præſidentes.eo.tit. & ita ex tex.in d.§. prohibemus, tenet Bal. in Auth.clericus.C.de epiſc.& cler.dum dicit in fine, ſi uero crimen ſit eccleſiaſticum,epiſcopalis erit examinatio & caſtigatio.Ang. in l.Diuus.col. fi.uerſ.& dixit Bart.de cuſto.reor.& in l.1.C.de exhib.reis.Saly.in l.ea quidem. col.6.q. 10.C.de accuſ.Iaſ.in l.magiſtratib.col.fi.n. 10.verſ. vltimo quęrit Bar.de iuriſd.om.iud.quod & oēs ibi tenent,reprobata Bar.ſententia,ut per Dec.ibi.nu. 13.uerſ.ultimo Bar.pro quo vi.Boer.q.90.nu.4.Siman.de hær.tit.66.qui alios refert. Purp.in d.l.magiſtratib.col.vlt.Royas ſing.107.n.4. ubi alios adducit,& nedum in hoc, ſed in quolibet alio merè eccleſiaſtico,ut ait Dec.ubi ſup.& in c.at ſi clerici.col. 7.verſ.ſed hoc idem eſſet.de iudic.nu.100. poſt Ab. in c.1.col.1. de off.ord. Secundo caſu Ab.in c.nouimus. de uer.ſig.dicit,non oportere iudicem ſecularem de ipſius punitione tractare, niſi fiat ſibi fides de proceſſu,quia ille de iudicis ſecularis foro efficitur,eumque,non ut merus executor, ſed ut iudex, & ut ſibi ſubditum iudicare debet,vt in §.ſi vero crimen. in Auct.de Sanctis. epiſc.vbi uero non traderetur ſeculari, ut ſit de eius foro, ſed eccleſiaſticus peteret ut ſecularis exequeretur, tunc ſeculare exequi teneri, licet non fiat ſibi fides de proceſſu, ait Abb.in dicto capitulo primo. de offi.ordin. ex tex. in capitulo primo.de except. in ſexto. poſt Innoc. ibi.huius caſus datur exemplū in degradatione clerici,iux.tex. in c.degradatio. de pœn.in ſexto. in executione enim iuſtitiæ inferior uidetur iudex ſecularis.c.princeps. & in c.adminiſtratores. 23.q.5. Hoc tamen intellige, niſi iudex ſecularis ſciret ſententiam eccleſiaſtici iniuſtam: quo caſu non teneri illam exequi,ſaltem in cauſa criminali, ait Abb. in dicto capitulo primo. cum non debeat eſſe executor ad malum contra conſcientiam. ſequitur Ang. in l.1.C.de exhib.reis. ex Innocent.in capitul. paſtoralis.in uerſic.iniuſtam. de offic.deleg. & in cap. cum in iure.columna prima. uerſic. ſi autem unus. eod.tit. Tertio caſu,quando ſcilicet agitur de crimine mixto, ut de ſacrilegio, & ſimil.de quib.gloſ.& Doct.in c.cum ſit generale.de foro comp.tunc ſecularis non tenetur ſtare proceſſui facto ab eccleſiaſtico.dicto §.ſi uero crimen. quem ita magis communiter intelligunt Doc.in dicta l.magiſtratibus. nam in huiuſmodi caſibus uterque iudex cognoſcere poteſt.dicto capitulo, cum ſit generale.

Et ſic remiſſus reperitur de foro iudicis ſecularis, & iudicari debet,ut ſubditus.Abb.in d.c.1.colum.penult.Alexand.Deci. & alij in dicta l.magiſtratib.& Dec.in d.c.at ſi clerici.nu.100. quia hoc caſu delinquens duas perſonas offendere uidetur: iudicem.ſ. ſecularem & eccleſiaſticum. Bal. in l.placet.colum. vlt. C. de ſacroſan.eccl. Hoc tamen caſu habet locū præuentio, argum. l.1.de offi.conſul.faciunt text. in l.ubi acceptum. & in l. ſi quis poſtea. de iudic.

Et ideo ſi eccleſiaſticus cognouit,& iudicauit, & pro faciliori executione committat executionem ſeculari,uidetur quod ſecularis debeat exequi commiſſionem ſimpliciter, in re de qua cognitum fuit: & hoc,niſi iudex ſecularis uellet nouū proceſſum inchoare ad alium finem, tunc.n.punitus in foro canonico,poteſt etiam puniri in foro ſeculari. ut not. Bal.in d.l.placet.cir.fin.in uerſ.ſic ergo.ubi inquit, quod pœna ſpiritualis non tollit temporalem, nec econtra.& no.Ab.in c.tuæ.col.pen.de procurat.& probatur in c.felicis.§.per hoc quoque. de pœn.in ſexto.cum ſim.ut tradit Fely.in c.de his. col.fin.de accuſat.Dec.in d.l.magiſtratibus. in fi.Boer. deciſ. 289.quæritur an cōdemnatus. de qua materia late ſcripſi in qq.meis.q.17. Verum quia omnia præmiſſa uidentur habere locum in iudice ordinario, pro complemento dictorum ſupra in principio, de delegato,& pro practica ibi allegata ex Abb.antiq. uide text.in dicto c.ut officium.in §.denique. de hæret.in ſexto,& ipſius Abbatis dictū ſequitur Guiel. de Mon.Laud.in c.1.de off.deleg.in ſexto.Collect. in c.1.prope fin.eod.tit.in ant. pro quo vide Fel.in d.c.ſignificaſti.de offic.deleg.& Card.in clemen.1. eod. tit. Quare autem Eccleſia inuocet brachium ſeculare,cum habeat & ipſa gladij poteſtatem,proſequi omitto,remittoque ad Gam.in extrauag. Iulij Secundi,de ſimon. Papæ elect. nu.195.& ſeq.

# C.

CADAVERIBVS non eſt deneganda ſepultura, c. in eccleſiaſtico. 13. q. 2. & c. qui diuina. ius enim ſepulchri nec diuino, nec naturali iure prohibetur. Gen. c. 23. Tob. c. 1. 2. & 12. Eccleſ. c. 7. & 38. 2. Reg. c. 2. ubi patēt exempla de iure diuino. De iure autem naturali apud oēs gētes communi, patet in multis exemplis a ſcriptoribus etiam ethnicis traditis, quę exacte colligit Couuar. lib. 2. var. reſol. c. 1. ſub nu. 10. uerſ. nam ſecundum naturam. Ang. in Aut. ut defu. ſeu fun. eor. in prin. uerſ. item per hanc legem. loquens in creditore ex inſtrumento guarētigiæ, dixit eum impedire poſſe ſepulturam cadaueris debitoris, donec ſibi uigore dicti inſtrumenti ſatisfiat, cuius dictum refert Fely. in c. ſicut Iudæi. col. 1. poſt med. de Iudæ. Marſ. ſup l. fi. de qq. n. 64. & ſing. 199. per tot. cuius Ang. ſententia de rigore locū habere poſſe dicit Fel. ibi. poſt Dom. in c. non ſolum. in fi. de appel. in vj. qđ ēt dixit Hoſt. in c. cum liberum. de ſepul. relatus a Rota dicif. 301. quæ eſt. 1. ſub tit. de cau. poſ. & propr. in ant. inc. not. ꝙ per traditionem. uerſ. Itē no. gl. Inn. ſecus tamē de æquitate, ut ibi. & deciſ. 853. quæ eſt vlt. ſub tit. vt li. pend. in ant. & incipit. cum partes litigarent, quæ æquitas hoc caſu attendenda eſt, ēt in cadauere Iudæi, ut dicit Fel. ubi ſup. nu. 2. ꝑ tex. ibi, in verſ. corpora humana. vide inf. verſ. ſepultura non eſt impedienda. & verſ. creditor non poteſt impedire. & uerſ. debitor ex ſententia.

¶ Calculatores librorum officialis poſſunt cōtra ipſū officialem non citatum ſecundum formam librorū pronunciare. Bar. in l. 2. §. quod de frumentaria. de admin. rer. ad ciuit. pert. Card. in c. cum olim. de re iud. Alex. ad Bar. in d. §. quod de frumētaria. Iaſ. in l. 2. §. ubi decretū. col. 8. de off. proconſ. & cōſ. 200. col. pen. li. 2. Gabr. cōcl. li. de citat. concl. 1. nu. 455.

¶ Canonis, reintegranda. 3. q. 1. remedium datur etiā cōtra titulo poſſidētem, & bona fide, & cōtra ſingularem ſucceſſorem, ēt ſi bonæ fidei poſſeſſor titulū a non uitioſo authore habeat. ita poſt multos quos in hanc ſnīam citat, dicit Gabr. de reſtit. ſpol. concl. 5. nu. 31. & 73. dicens hodie hanc ſnīam eſſe magis

* cōem: quam & antea vſq; ad ampliationem ſequuti ſunt Rip. in c. ſæpe. de reſtit. ſpol. nu. 28. Afſl. deciſ. 361. nu. 33. Caſſad. deciſ. 7. de reſti. ſpol. Propoſ. cum ampliat. probat Oſaſ. deciſ. 93. Purp. conſ. 374. nu. 15. & 16. lib. 1. Hier. Gabr. conſ. 36. nu. 2. Ceph. conſ. 289. nu. 21. & 22. quam ſententiam uti ueriorem, & in iudiciis ſemper ſeruādam dicit Alex. in l. rem quæ nobis. de acq. poſ. pro qua ſemper iudicatum fuiſſe in Senatu Pedemon. dicunt Foſſan. deciſ. 29. nu. 1. cui autem non competat hoc remediū. vi. inf. verſ. remedium, reintegrāda. Materiā huius can. copioſe ꝓſequitur Gab. cōcl. li. 5. de reſ. ſpo. cōcl. 5.

¶ Canoniſta purus in beneficijs obtinendis præferri debet puro theologo, niſi Eccleſia magis theologo indigeat, ut quia ſit hæreticis uicina. ita Hoſt. & Io. And. in c. 1. de cōſan. & affi. quos ad hoc citat Rom. conſi. 333. quo ad primum. nu. 11. cir. med. Staphil. in tract. de lit. & grat. & iuſt. p. 1. ſub tit. de vi & ef. clau. uerſic. videndum eſt. Bal. in capit. cum in cunctis. in princ. uerſi. ſed nūquid ſufficit. de elec. dicit contra, quod theologus præfertur canoniſtæ, licet non ſtuduerit iuri canonico. pro qua materia uide Boer. ī trac. de aut. mag. cōſ. n. 88. & deciſ. 225. n. 2. Dic tñ qđ prima ſnīa eſt verior fori exercitio cōſiderato, ſecunda cōſiderato ſubiecto ſciētiæ, & neceſſitate defenſionis fidei, licet ēt ius canonicū cēſeatur eſſe diuinū. ut in c. nimis. de iureiu. & in c. qualiter, & qñ. il 2. de accuſ. hoc tamen, ut & reliquā beneficialia, reſidet in pectore ſummi Pont.

¶ Conuenticula & congregatio differunt, quia conuenticula eſt adunatio gentium ad malum finem in modum conſilij,ſectæ,vel fęderis, & fieri nõ poteſt, ſine permiſſu ſuperioris, congregatio eſt adunatio ad bonum finem facta,ſecundum Corn. conſi.216. colum.2. volum.3. ubi ponit ſpecies licitæ congregationis. & Crau. conſil.4. vbi loquitur in materia congregationis,an ſcilicet ſit licita, & quibus caſib. quæ autem requirantur in congregatione particularium perſonarum prohibita ex domini decreto, ut non dicatur delictum enorme, & graue, vi. Bald.

conſi.

conſi.261.decretum domini. lib.2. & dicit idē Bal. conſi.319.decreto domini,quod quando congregatio iuſto modo ab aliquibus uocata eſt, licet ex ea ſequatur poſtea malum, non tamen congregantes tenentur,quia ſatis eſt quod initium fuerit licitum, & ob cauſam bonam. ſequitur Crau.dicto conſilio 4.num.88.

¶ Conuentio inter duos, quod vno eorum decedente ſine liberis, ſuperſtes, vel eius liberi habeant certas res de bonis prædefuncti,non eſt a iure improbata: quia non eſt conuentio vniuerſalis, ſed particularis de certis rebus tantum, & quia prouenit ex præſenti contractu poſt illius mortem. iux. l. vnica.C.ut action.ab hær. & con.hær. & quia non eſt proprie donatio,ſed honeſta prouiſio, quam iura nō improbant. ita Oldr. conſilio 139. per tot.Ioan.And.ad Specul.tit.de inſtrum.edit.§.porrò.colum.vlt.uerſ. fuit etiam alia quæſtio.Alberi.Salyc. & Iaſ.in l.fin. C.de pac.Ang.in l.hereditarium.de bon.auth.iud. poſ.ff.& in l.ſancimus.C.de donat.Imo.& Ro.in l. Aquilius.ff.eo. Alex. conſilio 83.viſa. colum.3.ad finem,uolum.2.& conſ.28.ponderatis.colum.2. & fin.uolum.3.Iaſ.conſi.211.num.21. uolum.2. & in l.ſtipulatio hoc modo concepta.de verb.oblig. nu. 18.Socin.iun.conſilio 142.nume.27. uolum.1.Tiraq.de iure primog.quæſt.6.num.5.ubi alios adducit.Menoc.conſil.1.numero 161.Ceph.conſilio 44. num.24.vide inf.verſ.donatio reciproca. Pariſ. conſilio 26.ex tenore. nume.84.uolum.2.& conſi.72. num.18.& 19.uolum.quarto.Natta conſilio 474.de anno. n.8,& vide inf.uer.promiſſio ex cauſa donationis.& vide inf.in materia pactorū.& Gabr.concluſ.lib.3.de pact.& conuent.ubi materiam pactorum,& conuentionum huiuſmodi, & ſimilium tribus concl.cumulat.

Conuentio ſuper certis bonis non eſt improbata a iure,quia in illis non conſiſtit vniuerſalis ſucceſſio,& quia non aufert liberam teſtandi facultatē, ex quo de aliis bonis poteſt libere teſtamentum facere. ita tenent communiter ſcrib. in l. ſtipulatio hoc modo concepta.de verborum oblig.& in l.fin. C.de pact. Alexand.conſilio 29.perſpectis.in quarto dub.uolum.5.Bart.conſilio 71. ex facto proponitur. Paul. conſilio 146.ſuper ſecundo puncto. in princ. Ang. conſilio 5.Andræas.Alexand.conſilio 59. viſo themate,ſuper primo dubio.uolum.5.Iaſ. in dicta l.ſtipulatio. dicit hoc verbum eſſe ſingulare in practica. pro quo vide Rom.conſilio 26.colum.2. Corn. conſilio 15.in princ.uolum.1.Socin.conſilio 101. colum.1.uolum.3.Deci. conſilio 30.& 216. colum.1. 203.colum.1.251.colum.2.516.colum.4. 655.colum.2.Iaſ. conſilio 5.colum.4.60.colum.2.137. colum.5.169.colum.1.lib.4.Rol.conſilio 39. in prin. uolum.1.Socin.iun.conſilio 142.num.39. uolum.1. quem refert, & ſequitur Clar. libro quarto ſent.§. donatio. quæſt.19. verſ. ſecundo principaliter.

¶ Conuentionem etiam iuratam non tenetur ſeruare ille,cui ab eo cum quo conuenit non ſeruatur.l.quæro.§.inter locatorem.& ibi Bar.not.ff.loca. c.quēadmodum,& c.peruenit, il 2. & c. ſicut, & ubique hoc not.Abb.de iureiuran.Iaſ.conſilio 209.nu.11. & 216.in prin.uolum.2.Rolan. conſi.53. num.28. uolum.1. Fran.Beci. conſ.45. num.6. adeo quod ſi vnus contrahentium deficiat etiam in uno minimo capitulo, licitum eſt alteri non ſeruare conuentionem.Bal. in l.pacta conuenta. de contrahen.empt. quam legit in l. iuriſgentium. in princ.de pact.Iaſ. conſi.41.columna prima,uol.3. quælibet enim conuentio habet tacitam conditionem, ſi ſibi fides ſeruetur.d.c.peruenit.& l.cum proponas. C. de pact. & dicit Corn.cōſilio 343.colum.2. uolum.1. quod qui uult agere contra aliquem ad pœnam, debet ipſe adimpleuiſſe conuēta.Bar.ubi ſup. ſequitur Dec. conſi.386.in prin.quod probat Alexan. in addi.ad Bart.ibi.& conſ.173.in fi.volum.6. etiam ſi pars de non implemento non opponat, ſed eſt citra dubiū ſi exceptio non implenti oppoſita fuerit per partē. Corn.conſilio 106.colum.2.uolum.1.Alex. in l.filiæ licet.C.de collat.Fely.in c.in tantum. colum.fi. de ſimon.Iaſ.in §.actionum.num.24. Inſtit. de act. verſ. an autem.vide ſup.verſ. contractus ad hoc, ut annulletur.& quam ſit efficax iſta exceptio, vi.inf. verſic.exceptio implementi.& verſic.donans pacto adiecto.

Conuentionem ſimoniacam non præſumi ex eo ſolo quod actus incontinenti factus fuerit, ſentit Feder. de Sen.conſilio 258.vbi perpendit diſpoſ. c.officij. de elect.pro Feder.ſententia facit tex.in c.ſicut Epiſcopum. 1. q.2. ubi poſt ordinationē poteſt aliquid etiam incontinenti recipi à ſponte offerente. & ibi hoc firmat Card.Alex.in vlt.not. idem voluit gloſ. in c.tua nos,in uer.conſentiant. de ſimon. quæ expreſſe loquitur quando tempore ingreſſus quis aliquid donat Monaſterio,aut capitulo.& ibi Abb. ſuper gloſ.in verſ.pure,& Anch.in 3.not. Card. in 5. not.& Feli.in gloſ.2.& fin.Bal.in c.in præſentia.de prob.num.32.verſ.oppono quod non poſſit. Abb. in c.ad audientiam,il 2.col.2.in fin. uerſ. & ob hoc forte.de reſcr.Deci.conſi.118.uerſ. ſecundo reſpondetur. vbi copioſe de hac materia loquitur, & uoluit gloſ.in c.conſtitutus.in verſ. repræſentationē. de relig.domi.quę tenet, quod etiam poſt acceptū ſpirituale incontinenti dari poſſit temporale, quia ad euitandum delictum præſumitur in ſignum ſubiectionis dari.Caſſad.deciſ.2. nu.5. & 6. de ſimon. & hoc dummodo quid ſine pactione detur,aliàs ſecus.Bald.in l.1.colum.penultima. quæſt.10.C.pro ſocio.Ruin.conſilio 103.colum.4.verſic. & ideo in propoſito.lib.1.

¶ Conuerſus ad fidem per baptiſmum non poteſt amplius moleſtari ob delictum ante baptiſmum commiſſum.gloſ.in c.1.49.diſtinct.ſuper uerſ.ſi adhuc. gloſ.in c.quicunque.26.quæſt.1.in ver. ſatisfactio. gl.in c.in ſcripturis.in ver.purgatum. 8.q.1. & 46. diſtin.c.clericus,il 3.gloſ. fin. in c.quod autem.32. q.1.tex.in c.2.in fi.de conſecr.diſtin.4.& ibi glo.in ver.totum. Baptiſmus enim liberat baptizatum ab omni crimine,& hanc ſententiam tenuerunt Cald. Butr.Imo.Anan.& Feli.in c.de his.de accuſ. uerſic. ſecundo fallit.& Barb.ad clem.1.uerſic. nos igitur. colum.penul.de ſum.trin.& ita iudicatum fuiſſe Paduæ teſtatur Thom. Ferret. caut.24. quæritur. ſubnum.4.uerſ. tu autem iudex.in cauſa Iudæi qui cōmiſſerat vnum enorme furtum, quo commiſſo fecit ſe Chriſtianum,in qua cauſa,cum pro & contra interuenerint ſolēniores Doctores totius gymnaſij,

tandem



tandem fuit liberatus ab omni pœna corporali,eūque defendit Rui. ut patet ex eius conſi. 13. caſus de quo.volum.1.& refert Tiraq.de pœn.cauſa.25. contrarium tamen, vide ſupra verſ. Baptiſmus non liberat baptizatum, & declara ut ibi.& in verſ.Baptiſmus quantum eſt de ſe.

¶ Copula carnalis arguit matrimonium,præſumptione iuris,& de iure,intantū, quod licet ſponſus proteſtetur ſe nolle per copulam conſentire matrimonio,non tollitur tamen matrimonium,ſed per copulam videtur a proteſtatione receſſiſſe, c.ſuper eo.c. per tuas.& c.de illis.de cond.appoſ. & eſt propoſi-
* tio communis ſecūdum Rip.in c.cum M.Ferrarienſis.num.95.de conſtit. quam notat Aret. conſi.142. colum.7.Rub.Alex.conſi.60. circa caſum. num.4. ubi citat concor.De hac per Doct. in c. veniens. de ſponſal.quæ copula adeo neceſſaria eſt in matrimonio,ut tentatio,& conatus non ſufficit, etiam ſi nixus inter habiles ad matrimonium contingeret. c. vlt.vbi tex.clarus.& ibi Abb.de ſponſal.quam ſententiam dicit communem Præpoſ.ibi. Aret. ubi ſupra, columna quinta, & Alcia.de præſump.reg.3. præſump.38.

Copula,&c,inducit repetitionem qualitatū præcedentium ſub vniformi terminorum qualitate, ſeu paritate.l.Seiæ.§.Caio.de fun.inſtr. gloſ. in l.2.de opt. lega.Cur.iun.conſi.70.num.5.115.num.14. & 16. ubi declarat.& 164.num.3.Iaſ.conſi.228.num.12. uolum.2.Ripa in l.cum filiofamilias.nu.57. de leg. 1.& in c.2.num.39.& 40.de reſcr.& in c.1. nu.71. de iudic.Crau.conſi.9.num.3.Ceph.conſi.16.num. 20.cuius originalis natura licet ſit,ut requirat concurſum copulatorum,l.ſi hęredi plures.de cond.inſtit.Curt.iun.conſilio 3.num.5. quandoque tamen reſoluitur in diſiunctiuam, vt per Curt.iun.d.conſ. 115.num.16.pro quo vide copioſe apud Ioan. Bologn.in repet.l.re coniuncti.de lega.3. nu.88. cum pluri.ſeq.de cuius copulæ natura, & effectu ſcripſi ad Curt.iun.conſ.5.in ver.copula,&c.

¶ Correctio iuris communis facienda eſt minus quàm poſſit.iux.not.in c.cum dilectus.de conſuet. in l.fi. §.in computatione.C.de iure deliberan.in l.præcipimus.in fi.ubi Bar.& cæteri.C.de appel.Alexand. conſilio 15.lib.2.Iaſ.in l.1.col.3. C. de ſucceſ. edic. glo.in l.vltima.ff.fin.regun.quæ dicit,quod nō debemus ſic prompte legem corrigere, nec etiam ex maioritate rationis.gloſ.in Authen. quas actiones. ubi Barto.& alij.C.de ſacroſan.eccl.Caſtr.Alexan. & cæteri in l.illam.C.de collat.Cur.iun.conſilio 6. num.13.Iaſ.in dicta Authen.quas actiones. colum. 6.verſic.ſit ergo firma regula,& in l.fratres.colum. 3.verſic.ſi uelis tenere oppoſitum. C. de inoffic.teſtamen.& in Authen.non licet. colum.2.C. de lib. præter.Imo.conſilio 64.Aret.conſilio 27.colum.2. poſt medium.ver.non ob.quòd melior,Corn.conſ. 271.colum.4.poſt medium.lib.4.Dec. in l.non debet cui.de reg.iur. num.4. quicquid aliter uoluerit idem Deci.ſibi contrarius,conſi.333.colum.3.circa princ.verſ.& ad idem facit.poſt Imo. in l.ſi uero.§. de viro.ſoluto matrim.Ceph.conſi.616.num.87.& conſilio 623.num.1. & ſucceſſiue. vbi plura de hac materia.

Correllatiua cenſentur eiuſdem iuris.l.matrem. C.de probat. vnde ſtatutum loquens in uno, etiam ſi ſit
* correctorium iuris cōmunis,habet locum & in alio; eſt communis opinio cum Bart.in l.fin.C.de ind.uidui.tollen.l.1.& ibi Barto.C. de cupreſ.li.11. idem Bart.in l.fi.per illum textum.de acceptil. ubi dicit, quod ſi ſtatutum aliquid diſponat de muliere, intelligitur etiam diſponere de viro. & idem Bart.in l.1. per illum textum, quod met.cau.dicit rationem,cū uxor non poſſit eſſe ſine viro. vnde dixit Bald. in l. nemo martyres. C.de ſacroſan.eccleſ. quod in correllatiuis ſi vnum prohibetur, reliquum etiam prohiberi videtur,quod etiam dixit gloſ.in c.1. de confeſ.in ſexto.& in l.per interuallum. de iudici. dum vult,quod pœna impoſita Actori,reo etiam impoſita cenſetur,& contra,quia ſunt correllatiui, & hāc propoſitionem eſſe communem, authoritatib.pluribus comprobat Feli.in proœm.decretal.ubi ample tractat materiam correllatiuorum.& Curt.iun.conſilio 6.circa has.num.1. & num.12. vbi declarat, & ibi dico in addi.in verſ.maritum.& in verſ. diſpoſitum in alio. & in ver.poſſe reprobari. vbi plura dico de hac materia correllatiuorum, tam in contractibus quàm in ſtatutis.

Corrumpens virginē, de iure canonico eam de bonis ſuis dotare tenetur.c.1.de adult. & ita veteri lege cauebatur. Exo.& Deuter.c.22.quod procedit etiam ſi corrumpens negaret illam eſſe virginem. Abb.in dicto c.primo.quia pręſumitur virgo,vt ex commu-
* ni dicit Clar.lib.5.ſent.§.ſtuprum.verſ.ſed pone,niſi corrumpens probauerit eam tūc fuiſſe corruptā. Ioan.de Anan.in dicto c.1.num.3.quo caſu, in dubio,ſtabitur dicto ipſius puellæ,ut dicunt omnes.in dicto c.1.niſi adſint coniecturæ, & præſumptiones in contrarium. Pariſ.conſilio 160.num.28. uolum. 4.& hoc verum,niſi dotis remiſſionem a corrupta, eiuſque parentibus ſponte & libere, non vi, dolo, metuve obtinuerit. Chouer.de pub.concub.ſub rubrica, de ſtupro.num.4.quantitas autem dotis aſſignatur conſiderato ſtatu vtriuſque.Oſaſ.deciſ.107. quam ſic arbitrio iudicis moderādam dicit Foſsan. deciſ.3. nume.ſecundo. & vide inf. verſic. ſtuprans virginem.

¶ Crediti & debiti nomen ſumitur potius ex fine quā ex principio, & ſic potius ex tempore quo dies uenit,quàm quo ceſſit, quia actus denominatur ab hora in qua finitur.Cagn. plura allegans in l. ſi librarius.num.72.de regu.iur.denominatio enim fit potius a perfectione actus quàm ab inchoatione. Inn. in c.conſuluit.de offi.deleg.Rip.in l.1.in princ. nu. 67.de verborum obliga. perfectio enim eſt dignior inchoatione.l.1.§.omnia.C.de vet.iu.enucl.Ceph. conſilio 626.num.46. quod facit ad materiam crediti,vel debiti conditionalis,ſiue in diem, ut non dicatur proprie creditum uel debitum, niſi die, conditioneve adueniente. iux.l.debitor. de verbor.ſign. ut infra verſ.debitor eſt ille. Et ad materiam.l.ſi ita ſcripſiſſet. de lega. 2. vbi relictum creditorum non intelligitur de relictis in diem,nec de creditis conditionalibus,ſed de puris tantum,quæ tunc exigi poterant.Hyppo.in l.1.§.ſi ſeruus.colum.2. ad finem. uerſ.& dixit.de quæſtion.

Creditor computare in ſortem tenetur fructus quos percepit ex re ſibi pignorata, ex quo dominiū non habet.

habet.l.1.& 2.C.de pignorat.act.not.in c.conqueſtus.de vſur.Bar.in l.diuortio.§.ob donationes,ſol. matr.facit text.in l.epiſtola,§.1.de pact.& ſi aliter faceret eſſet vſura, quia perciperet lucrum ex pecunia,ut not.in c.conqueſtus.de vſur.14.q.3.c.plerique.not.Hoſtien.rationem aſſignans,in Sum.tit.de vſur.§.1.uerſ.& eſt ratio.cum verſ.ſequen.ſequitur Iaſ.alijs id comprobans.ad l.2.§.mutui datio. ſi certum pet.uerſi.vltra ſcribentes,xiiij,fallit.& in conſ. 117.num.7.uolum.1.pro limit.uide Rom. in dicto §.ob donationes,& ſing.325.creditor.& ſing.536. regula.Corn.conſi,94.colum.penult.uolum.2. Socin.reg.3.Alexand.in materia conſi. 121.viſo. vol. 4.& conſi. 141.viſo.num. 12. uolum.5.Socin.conſi. 170.colum.vlt.uer.ſecundum principale.uolum.2. quem ſequitur Curt.iun.conſi.82.in controuerſia. nu.8.Cagnol.in l.2.quæſt.21.C.de pact.int.empt. Pariſ.late conſi.60.conſului. uolum.1, & conſi.75. omnis difficultas,uolum.4.Ruin.conſi.47.in cauſa. num,5.uolum.4. vide infra verſ.emēs fundum mandato alterius.

Creditor, cui bona debitoris ſunt data in ſolutum, licet efficiatur dominus,ut ſupra verſ.bona data creditori, tamen ſi debitor veniens infra biennium velit debitum ſoluere,audietur.per l.fi. C.de iu.dom. imp.quod & Bal.tenere uidetur in l.2, §. ſi abſens. col.1.verſic.ex hoc habes. ſi ex nox. cau, agat. ubi dicit hoc procedere,niſi aliter per ſtatuta terrarum ſit prouiſum, nam tunc ſtatuta ſeruari debent, per gloſ.in dicta l.fin.in ver.recuperare, quæ nedum loquitur in biennio,ſed in quadriennio,quod facit ad ſtatutum Venetum in Auth.in conſul,Maior. conſ. Anni 1413.29.Decemb.incip.cum multæ fraudes. verſ.vadit pars,vbi recuperare uolēti aſſignatur terminus annorum quinque,precio reſtituto, & fabricis intra illud tempus factis, ſolutis.

Creditor cui conceſſa eſt res loco pignoris, ut ipſe tutus magis eſſet donec ſibi per debitorem præſtaretur fideiuſſor,nō tenetur pro cuſtodia dicti pignoris,& eius occaſione,niſi de culpa leui.l.ſi ut certo. §.nunc videndum.ver.ſed vbi vtriuſque.ff.commo. l.ſi cum venderet.§.venit.de pignor.act. l. contractus.poſt prin.de reg.iur.Bar.in d.§,nunc videndū. &in dicto §.venit.& in l.quod Nerua,num,30.depoſ.Aret.& alij Inſt,quib.mod. re contr. oblig. per tex.ibi.in fi.Igne.in dicta l.contractus.n.30. verſic. & ſic adde.ubi citat,l.ſi ſeruos. & l.ſi neceſſarias.in princ.de pigno.act.Menoc.conſilio 118.ubi plures in hanc ſententiam citat, quia pignus contrahitur gratia vtriuſque, quo caſu non venit, niſi culpa leuis.dicto §.nunc uidendum. Aret.vbi ſup.in not.4. Ceph,conſilio 640. nume.16.vide infra verſic.culpa leuis.

Creditor cui fuerunt hypothecæ loco obligatæ plures res, poteſt aduerſus quemlibet ex pluribus earum poſſeſſoribus inſolidum agere ad integram debiti ſolutionem, nec poteſt cogi cōtra omnes actionem hypothecariam, aut contra eorum quemlibet pro rata deducere in iudicium,gl.& Bart. in l.Moſchis. de iure fiſci. amplia etiam ſi hi poſſeſſores non ſint hæredes,nec ſucceſſores illius qui actione perſonali tenebatur. Corn.conſilio 135.uolum.1.& eſt vera, * & communis opinio. Affl.ad conſt.regni lib,1.rubr. 17. nu. 26. ubi tamen dicit ſententiam contrariam æquiorem,& in regno ſeruari. de hac late Couuar. lib.3.var.reſol,c.7.nu,7.

Creditor debitorem ſuum de fuga ſuſpectū iurare nō poteſt durante eadem conditione, quæ erat tempore contractus. Bald.conſilio 285. libro 1.Doct.in §. 1.Inſtit.de action.& in l.2.in princ.ſoluto matrim. in glo.ſuſpectum.Roland.conſilio 65.num.8. & 9. libro 3.Deci.in l.qui cum alio.de reg.iur.Corn.cōſ. 136,lit.D.libro 4.Menoc.de arbitr.iud.lib.2. cent. 1.caſu.87.Alexand.conſi.19. uolum.3. Nat.conſi. 430.uolum.2. niſi ipſe creditor conditionem debitoris a principio ignoraſſet.Bart. in l. quæſitum.in fi.de pignor.& in l.fin.C.de ſponſal.Pariſ.conſ.99. num,26.& 27.uolum.3.Gig.conſilio 96.ſub nu.10. quæ tamen ignorantia non præſumitur, ut per Purpur,cōſilio 282.num.27. & 28.uolum.1. & per adden.ad Bar.in l.qui bona fide.§.de illo.de dam.inf. & ibi Alex.in §.qui damni.nu.3. Alexan. & Crot. in dicta l. 2. in princ. poteſt tamen iſta ignorantia probari per iuramentum,niſi ſit ſupina.Pariſ.ubi ſupra,num.28.Bero.conſi.10.num.quinto,uolum.3. Caraui.ritu 169.num.2.& 3. Menoc.vbi ſup.num. 16.& 17.Curt.ſen.in tract.de ſequeſt.q.9.deciſ.Fiuiz.1.nu.21. de qua materia probationis ignorantiæ,vide inf.verſ.ignorantia præſumitur. cum duobus verſ.ſequen.

Creditor in executiuis, non obſtante exceptione litis pendentiæ,poteſt variare,& facere tranſitū de principali ad fideiuſſorem, & de vna re ad aliam, ac de re ad perſonam.Neguſ.de pignor. par.8. memb.3. ſub num.27.verſ.poſtremo.Iaſ.conſilio 28.ſub nu. 3.verſ.non obſtat vltimum.uolum.1. Corn. cōſilio 108.lit.F.p.4.Ang.conſilio 8.num.6.& 9.Iaſ.in l.1. num.22.& 23.ſi quis iuſdi.non obtemp.Siluan.cōſilio 23.num.6. Amanel. ſing.185. Nota qualiter. Bero.conſilio 107.uolum.3.Deciſ.Fiuiz.1.num.15. & ſucceſ.ubi copioſe tractat & declarat.

Creditor non poteſt detineri facere ſuum debitorem, niſi credito ſuo liquidato, aliàs captura erit nulla. Neuiz.conſilio 52. num.13. uerſ. ſecundo requiritur, nec ſufficeret poſtea probari creditum ad conualidandam capturam. Nat.conſilio 430.num.26. Caccialup.de debit.ſuſp.quæſt.6.prin. nu.9. & 12. & q.14.num.2.& 3.& ſi detineri fecerit,erit ſimpliciter ſine cautione relaxandus.Soci,conſilio 59.nu. 2.& conſilio 113.colum.fi.lib,3. niſi creditor iurauerit eum ſuſpectum de fuga.Caccia.dicta quæſt.6. num.17.Rolan.conſilio 75.num.1. nam tūc poteſt cum etiam propria authoritate capere.l.ait pretor. §.ſi debitor.de his,quæ in frau.cred.ergo multo magis cum authoritate iudicis detinebit, donec ſaltem ſibi cautio præſtetur.l.ſi fideiuſſor. §.fin. qui ſatiſdare cogan.

Creditor non poteſt impedire appellando,ne cadauer ſui debitoris ſepeliatur donec ſibi ſatisfiat, eiuſque appellatio hoc caſu recipienda non eſt, ſecundum gloſ. & Ioan.And,in c.ex parte,il primo.de ſepult. Arch,in c.ſunt quorum.verſ. ſi quis etiam auſus. 2. quæſt. 6. quos in hanc ſententiam citat Bellenc. de Charit.ſubſ.q.55.nu.5. quod eſt verum, ut firmat Remig.de Gon.in ſim.tract.q.68.num.5.Spec. tit. de appel.§.in quib.uerſ.8. quia cadaueris humatio

res



res eſt non percipiens dilationem,quo caſu non recipitur appellatio.l.fin.de appel:recip. Fel. in c.ſicut Iudæi.de Iudæ,ſub num. 2.verſ.vnde dixit Specul.Gram.deciſ.82.nu.2. p l.ſunt perſonæ,l.ſi quis ſepulchrū.& in l.ne corpora.de relig. & ſump.fun. idem probatur in glo.quam Doct. communiter tenent in dicto c.ex parte,& in l.fin.cum Auth.Item. C.de ſepul.viol. ad hoc vide omnino Abb. in dicto c.ex parte,& Gram.d.deci.82,inc.incidit ſermo inter fratres.vbi cōcludit curiam ſemper reieciſſe creditores iſta petentes,etiam ſi habeant inſtrumētum guarentigiatum.& vide infra ver. ſepultura non eſt impedienda. & verſi.debitor ex ſententia.

Creditor qui non poteſt conſequi ſuum creditum a debitore, ſi pro conſecutione ſui crediti aliquid ei ſurripiat,excuſatur,nec tenetur furti. Glo.in c.ius gentium.i.d.Innoc.in c.olim,il primo,num.8.de reſtit. ſpol.Alexan.conſi.135.num.1.uol.1.Feli.in c.quoniam.num.13.de ſimon.& in c.2.num.36. de ſponſal.Mariil.ſing.187.Boſſi.in tit.de fur.n.6.Couuar. var.reſol.lib.1.c.2.poſt nu.15.uer.quarto. Clar.in §.furtum.verſ.excuſatur.Burſ.conſi.3.num.4. uol. 1.Gram.conſilio 50.num.5.& 6.Plot.in l.ſi quādo. C.vnde vi.verſ.53.num.8.Card.Alban. ad Bart. in Aut.ſed nouo iure.num.2. C. de ſeru.fug. vide inf. verſ. fur non dicitur.

Creditor receptione illius, quod ſibi debetur videtur liberaſſe debitorem a contrauentionibus, & inobſeruantiis,ſi quæ præceſſiſſent.l.poſt diem.de le.cōmiſ.per quem tex.Cagnol.poſt Parpal. in l. ſi quis maior.C.de tranſ.num.198. dicit quod per ſecundam tranſactionem in qua omnia ſoluenda integraliter fuerunt ſolum, omnia pœnalia appoſita in prima fuerunt remiſſa, & ibi multos alios ad hoc allegat.& ad hoc eſt tex.in l.quamuis.la 2. C. de uſur. ubi dicitur, quod ſi de uſuris minoribus erat cōuentum,& caſu quo tali tempore non ſoluerentur, pro pœna maiores fuerunt promiſſæ ſi, poſtquam ex mora maiores deberi cœperunt, creditor minores recepit,cenſetur maiores remiſiſſe. & ibi illum tex. ad hoc multum not.Bal.facit etiam.l. Aemilius. & quod ibi tradit Bar.de min. per quæ iura aperte ita concludit Ruin. conſi.58. num.9. uolum.1. Crau. alios referens conſi.106.col.2.uerſ. ad idem Ceph. alios citans,conſ.24.nu.21.

Creditor ſecundus habens iura ceſſa ab anteriori creditore mediato uel immediato,uirtute iuris ſibi ceſſi præfertur cuicumque creditori poſteriori, l.2.C. de pignor.Neguſ.de pignor.par.5. memb.3. nu.3. 4.13.16.facit tex.in l.ſi priores.& ibi glo.fin.C.de his qui in prio.lo.ſuc.Rui.conſi.146. num.4. uol.4. Ang. conſi.37.ſub num.5.Crau.conſi.191.num.2. ante eum Alex. conſi.69.uolum.3. Crot.conſi.83. lib.1.Pariſ.conſ.19. col. fin.lib.3. Anguſ. conſ.137. num.9.& 10.lib.1.deciſ.Fiuiz.3.num.36. uide ſup. uerſic.arreſtum.

Creditori inuito licet aliud pro alio ſolui non poſſit. l.2.§.1.ſi cer.pet.l. eum a quo. & l.manifeſti.C. de ſolut.adeo ut dicamus,debitorem rem meliorē pro debito inuito creditori ſoluere uolentem liberationem conſequi non poſſe.l. fin. de uſu & habit.l. cū quid,in glo.ſi cer.pet.§.præterea.Inſt.de actio.Tamen creditor in pecunia cogitur mobilia accipere, quando debitor in ea ſoluendo non eſt.Auth. Hoc niſi.C.de ſolut. & in corpore unde ſumitur. Rom. conſi.163. conſtitutio. cir.prin. Deci.in l.2.§. Mutui.in nouiſ.lect.num.25.ſi cer.petat. ubi hoc inducit pro fal. ad d.reg. ipſamque fal. declarat, ut per eum ibi.& ibi etiam Cur.iun. nu.35. & Loſ. conſi. 14.ante num.74.uide inf. uerſ. Debitor eſt ille, & ad materiam, an & quando creditori inuito aliud pro alio ſolui poſſit, ui.copioſe Iaſ. in d. §. mutui. nu. 3.& 9.vſque in finem.

Creditoris iuramento, debito probato, ſtatur ſuper quantitate. ita Ray.de Forl.in l.1.de lit. iur. quem refert & ſequitur Cepo. caut. 210. Deci. in l. certi condictio.§.quoniam.nu.8.ſi certum pet.& in c.1. num.33.uerſ.tertiò accedat.de prob.conſi.146.columna 5.in fi.& conſ.536.num.12. Hyp.ſing.322. Crau.conſilio 198.nu.9.ubi poſt Bart. & alios quos citat, dicit, quando ex teſtibus uel alio modo conſtat de ſubſtantia debiti, tunc ſuper quantitate poteſt deferri iuramentum ſuppletiuum. Oſaſ. d.96. numero 3.

¶ Creditum & debitum,cum ſint contraria,non poſſunt ſimul ſtare in eodem ſubiecto, ideo confuſione extinguuntur,ut ſi creditor ſuccedat debitori, aditione confunditur creditum.l.Stichum. §.aditio.de ſolu.l.Vranius.de fideiuſ.l.1.§.ſi debitor. ad legem Falcidiam,l.debitori tuo.vbi eſt locus ſuus.C. de pactis.gloſ.Bart. & Doct. in l. frater a fratre.de cond. indeb.Alexand.conſilio 149.viſo proceſſu,num.3. uolumine ſecundo.Iaſ.conſilio 148. numero trigeſimo,30.uol.2.Pariſ.conſilio 121.nu.2.uol.1. Soci. iun.conſilio 175.numero nono,volumine ſecundo. Affl. deciſ. 237. quod dictum declarat idem Socin. iun.conſilio octauo,numero vigeſimonono, & conſilio 170. numero quinto, uolumine 2.Porti. Imol. conſi.92.nu.93.

¶ Credulitas & cauſa quælibet iniuſta, & fatua licet excuſet a dolo,& a pœna doli,ſecundum gl. ordin. in l.plagii.la 2.C.de plagi. per tex.in l. igitur. §. 1. de liber. cau. & dixi copioſe ſup. in uerſ. cauſa etiā fatua. Tamen illa fatua credulitas uel iniuſta cauſa numquam in deliquente præſumitur, niſi uehemētibus coniecturis & præſumptionibus probetur.ita not.declarat Bar. in l.inter omnes. §. recte. de fur. Ang.in l.ſed etſi.§.ſcire.de pet.hær.Aret.conſ.8.ſicut decet. uerſ.pro his facit.conſ.col.Piſ.104. inter conſilio crim.diuerſ.numero 7. vide infra, uerſ.rumor etiam uanus.

¶ Crimen falſum ſibi imponens metu mortis uel tormentorum peccat,ac ſi alteri illud impingeret. Archid.in c.non eſt.23.q.5. Abb.in c. ex parte.de ſepult.& in c.1.vbi Fely.col.2. de teſti. cog. Io.Lup. in repet.Rubr.de donat.int.uir. & vxo.§.70.num. 4.Sylueſ.in Sum.in uerſ.detract.q.3.Caiet.in Sum. in eo.ver.& 2.2.q.73.art.2.& eſt perinde ac ſi ſeipſum occideret.33.q.5.ſi non licet. quod ita prohibitum eſt,ſicut alium occidere. vt ibi, & S. Tho.2. 2.q.64.art.5.quod no. pro ijs qui tormentorū metu fatentur, quæ non commiſerunt. & applica dictis ſupra ver.confeſſio rei torti.

Crimen læſæ maieſtatis non committitur,niſi quando Principis maieſtas principaliter & directe offenditur, ſecundum Bal.in l.1.cir.fin. C.de priua. carcer.

& Brun.

& Brun.conſi.69.col.2.cir.med. Vnde prodens patriam, non odio principaliter Principis, ut ſcilicet ei ciuitas auferatur, ſed ob alium finem, non incidit in hoc crimẽ. Saly.in l.ſallaciter.C.de abolit. Crau. poſt alios conſi. 6. num. 79. Et interficiens conſiliarium Principis odio ipſius conſiliarij, non odio ipſius Principis principaliter, non committit hoc crimen. And. de Iſer.in tit. quæ ſint rega. uerſ. bona committentium crimen maieſtatis.colum.9.ibi. aduertendum eſt, & Bellam. conſi.15.col.5.

Crimẽ mixti fori, ita cognoſci poteſt a iudice laico ſicut ab eccleſiaſtico, ita quod punitus, & abſolutus ab vno, poteſt ab alio repeti, c.fęlicis.§. per hoc. de pœn.in vj.hinc dicebat Bal. in l. cunctos populos. C.de ſum.trin.colum.quinta, verſ. modo circa hoc. quod ſi iudex eccleſiaſticus puniuerit aliquem pœna inceſtus, quod tamen eo non obſtante iudex ſęcularis poterit etiam reum punire. pro quo dicit eſſe caſum in ſui ratione in l.2. C. de ſportul. & licet ibi ipſe Bal.non determinet, quia caſus pendebat de facto, tamen in l.placet.C.de ſacroſan.eccleſ. verſ. quærit hic Guiel. concludit, quod in crimine mixti fori poteſt accuſatus puniri ab utroque iudice, facit.l.ſi quid erit.de offi.proconſ.& lega.& l.fi. de off.præf.vig.& dicit Ang.de Peruſ. in l.ſi vacantia.C.de bon.vac.lib.10. ſe obtinuiſſe in facto per l.nullum.C.de teſti.Ioan.Monac. in c.1.de vſur. in 6. ponit caſum in uſurario, quem refert Domin.ibi colum.2.uerſ. quæro an punitus. & ibi Franc. poſt Ioan.And. vide ſupra verſic. condemnatus a iudice eccleſiaſtico.

Crimen omnino occultum ex natura ſua, & intra mẽtem ipſam latens, poteſt per humanam conſtitutionem puniri.gloſ.in clem.1.§.verum. in verſ. eo ipſo incurrant.de hæret. quæ tota verſatur circa hãc materiam, ponit contraria, ſoluit & diſtinguit, ut per eam. Abb.in c.2.de off.ord.colum.3.& in extirpandæ.§.quia vero.colum.8.de præben. Felin.in c.porrò. colum.1. de ſenten. excom. Arelat. in tracta. de
* hære.q.9. quam ſentẽtiam communem dicit Hadr. quodl.8. art.1. eamque veriorem cenſet. Campen. lib.6.de eccleſ.Hierar. c.16. hanc diſcutit Couuar. & contrarium firmat, & demum utranque ſaluat in reg.peccatum. de reg.iur.in 6. in initio. p.2. nu.7. vide illum.

Crimen Sodomiæ morte puniendum eſt, nedum iure diuino.Leuit.c.20.Roman. c.1. ſed & iure ciuili.l. cum vir.C.de adult. in Authen.ut non luxur.hom. con. nat. in princ. & ſecundum canones eſt grauius adulterio.c.vſus.32.quæſt.7. & illud committẽs fit infamis, & inteſtabilis ipſo iure etiam ante accuſationem.Deci.in l.1.num.7.C.de ſecun.nupt.& incapax officiorum & dignitatum, nec valet ſtatutũ pro eo pœnam pecuniariam imponens, ut in homicidio dicit Deci.in l.1.colum.2.quod quiſq.iur.licet contrarium in hoc crimine ſcripſerit, & male, conſi. 90.per tot.cum iſtud ſit delictum enorme, & improbentur ſtatuta pro his pœnam pecuniariam imponentia, vt inf.uerſ.ſtatutum imponens pęnam.vide Sum.Tab.uer.luxurioſus.§.7.& 8.& Nauar. in Manuali.c.27. num.249. vbi refert Bullam Pij Quinti in hoc crimine, illamque examinat, & vide inf.verſ. delinquendi occaſio.

¶ Culpa lata nunquam morte punitur. Bart.in l.1.§.1.ſi quis teſt.lib. iuſ. fuer. & culpa lata a dolo non differt, niſi quia dolus committẽdo, culpa verò ommittendo committitur.l.tutor qui repertorium. de admin.tut. & conſequenter dolus voluntatem poſitiuã arguit, culpa verò permiſſiuam. l.Metrodorus. de pœn.l.Iulianus.in prin.iunc.l.ſi ſterilis.§.cũ per venditorem.de actio.emp.glo.in ver.non etiam. de in lit.iur.l.in actionibus. Ang.de malef. late, & ibi Arim.in verſ.ſcienter.verſ.1.Deci.conſi.482.pro reſolutione.colum.2. uolum.3. vbi conſiderat multa in hac materia doli, uel culpæ.& Ioan.Mil.in pract. crim.verſic.ſi autem omnes. & car.par.110.nu.13. & 14. vide infra uerſic. delictum commiſſum in faciendo.

Culpa leuis dicitur deſidia, & negligentia, gloſ. in §. præterea.in uer.debet.cir.med.Inſtit.quib.mod.re contr.oblig. vel adhibitio minoris diligentiæ in rebus alienis quàm in propriis. l. quod Nerua. in fi. depoſ.& ibi Bar.col.3.uerſ.ſecundo oppono. text. in l.ſi ut certo.§.quod uero.iunc.gl.in uerſ.ſaluas. ff.commod.l.ſi cum uenderet. §.fina. cum l.ſeq.de pignor.act.l.ſi putator.uerſ.culpam autem. ad leg. Aquil.Bar.in d.l.quod Nerua. q.6.verſ.ad primum dico.Maynerius in l.contractus.num. 16. & 17. de regu.iur.Menoc.conſi.118.num.11. ubi alios citat, uel etiam leuis culpa eſt, facere quod diligens non faceret, uel omittere quod non omitteret, & ad hos habetur ratio in materia leuis culpæ, non ad diligentiſſimos, ad quos reſpicitur in culpa leuiſſima, non in leui, ſecundum Bal.in l.quæ fortuitis.col.4. uerſ.nunc uenio.C.de pignor.act.Menoch. d.conſ. nu.12.Barb.in c.1.num.16. de commod. dicit leuẽ culpam eſſe dimittere rem in camera oſtio aperto ſine cuſtodia, quod deuiare a diligentia uocat.Cur. conſi.256.num.9.& 10.lib.3. Ceph. copioſe conſ. 640.num.18. & applica dictis inf. uerſic. cuſtos rei ſibi pignoratæ.

Culpa quando præcedit caſum, tenetur quis etiam de caſu. ca.1.de commo.c.bona fides. de depoſi. l.ſi ut certo. §.interdum.cõmod.l.pen.ſol.ma.l.ſi merces. §.culpę.loca.l.cũ res.ad fi.de leg.1.l.ſi uehẽda.§.1. & fi.ad.l.Rhod.de iac. l.qui petitorio.de rei uendi. Ro.conſ.395.ut res clarior.ſub.nu.2.uer. ubi enim culpa.Corn.conſilio 108.videtur. nu.1. uolu.1. & conſi.28.in hac.poſt prin.uol.3. ſequitur Pariſ.cõſ. 156.vidi proceſſum.num.6.uol.4. obſeruat Mand. iun.ad d.conſ.Ro.ſuper verſ.de caſu. etiam ſi caſus ſit fortuitus, & de eo aliàs nõ teneretur. l.in rebus. poſt prin.cõm.verſ.quod autem.glo.in l.1.in uerſic. quærit.C.depoſ.Rom. conſi.413.nu.9. Aret. in §. item is.nu.4.Inſtit.quib.mo. re contrah.obl. Deci. plura adducens in l.contractus.ſub nu.42.verſi. ſecundo fallit.de reg.iur.& conſi.473. num.5. verſic. præterea dico. Oſaſ.deciſ.104. nu.5. quia non cenſetur proprie caſus fortuitus, quando culpa præcedit. Caſtr.d.l.in reb.in prin. Cagn. d.l.contractus. nu.117.Rimi.iun.conſ.210.n.39.Ceph.conſ.640. num.8. vi.inf. verſ. incendium.& verſ.faciens illud quod fieri.

¶ Curatum beneficium obtinens licet teneatur infra annum ſe promoueri facere ad ſacros præsbyteratus ordines, & ſi id non fecerit, ſit priuatus ipſo iure





eccleſia curata, c.licet canon. §.fin.de elect.in 6.tamen eſt neceſſaria ſententia declaratoria incurſionis pœnæ, & priuationis.c.cum ſecũdum.de hæret, in 6.& ibi Doct. & poſito quod declaratoria nõ requireretur in caſu.d.c.licet canon, vt videtur tenere gloſ.in c.commiſſa.in ver.iuſto impedimento.de elect.& Dom.in d.c.commiſſa.§.1. in fi.quẽ ſequitur Feli.in c.Rodulphus.in verſ. ſed declaratoria, & col.2.in fi.verſ. & hoc declarat. de reſcr. tamen videtur requiri monitio ad excuſandum factum, & ſi fuiſſet notorium, ut declarat Domin.in d.c.cum ſecundum.§.1.in 2.not.& ibi Fran.& alij.refert Gig. conſi.13.num.2.

¶ Curiæ ſtilus habetur pro lege, & in cauſis ſeruãdus eſt.c.quam graui. de crim. falſi.c. ex literis.de conſtit.c.in cauſis.de re iudic. c.per tuas.de ſenten.excommunic. l. ſacri affatus. C. de diuerſ.reſcr.Oldr. conſilio 332.ad idem.columna prima.in prin.verſ. & ſi diceres.& conſilio 254.quia tota.col.pen.poſt med.Lap.alleg.33.an frater minor. verſ. an credatur.Oldr.alibi.conſ.328.ad idem primo. col.1.ver. pręterea.idem de vſu longæuo, qui in cauſis allegari poteſt pro iure, dicit tex.in clem.ſæpe.§.& quia. de verb.ſign.ſiue ſit circa acta ordinatoria, ſiue circa deciſoria, ut in c.cum veniſſent. de eo qui mit.in poſ. Hinc videmus, quod ſi literæ emanant contra conſuetudinem cauſarum, præſumuntur erroneæ, nec eis creditur.l.fi. C.de cano.largi.trib. lib.10.& ibi not.Ang. quod eis non debet credi tanquam falſis. vide inf.verſ.ſtilus iudiciorum.& ad hanc materiam obſeruantiæ, & ſtili fori, vide copioſe Borgni. deciſ.Fiuiz 5.nu.19.& ſucceſſiue.

¶ Curſus longæui temporis titulum extare probat. l. hoc iure.§.ductus aquę.de aq.quot.æſtiua.ubi glo. & Bar.Abb.in c.quęrelam.nu.9. de elect.vbi in ſpecie loquitur de titulo iuris eligendi, & præſentãdi. Lambert.in tract.de iure patr.p.2. li.1.art.7. 11.q. prin.Aret.conſilio 42.in fi.Alb.conſi.64.nu.59.copioſe Menoc.conſ.90. num.64.& ſucceſſiue. & cõſ. 402.num.8. & ſucceſſiue. & ibi hoc comprobat ex conſtit.Concil.Trident.ſeſ.25.c.9. de reform. ubi, quod in iure patronatus, præſertim clericorũ, immemoriale tempus titulum ſufficiẽtem tribuat. Habet enim tale tempus uim conceſſionis, & priuilegij, & operatur quod præſumatur iuſtus titulus, ita ut in contrarium non admittatur probatio. c.1.vbi gloſ. & Doct.de præſcr.in ſexto.Abb. & alij in c. peruenit.de cenſi.Abb.& Felin. in c. ſi diligenti. de præſcrip.Socin.iun.conſi.76. poſt nu.94. uolum.1.Pariſ.conſilio 27. num.33. uolum.1. Mandoſ.ſen. ad Lap.ſuper alleg.37.in lit.F.in ver.non extet memoria.vide ſupra verſ.conſuetudo cuius non eſt memoria. Quid autem ſit in conſuetudine collectandi forenſes, an requiratur curſus temporis ſupradicti, ponit Alex.conſ.52.uolum.5. conſ.78. circa fi.uol.6. Aret.conſi.132.col.3.verſ.ſecundo reſpondeo.Dec. conſi.285.circa fin.Corn.conſi.268.col.6.lib.4.copioſe Crau.de antiq.temp. p.4. §. materia iſta.nu. 31.& 32.iunge hæc dictis ſup.verſic.collectæ ex generali conſuetudine. Et infra, verſic.ſolemnitas pręſumitur. Quale autem dicatur tempus longæuum, ſiue antiquum. vide ſupra in verſicu. antiquum tempus.

¶ Cuſtodiam alicuius rei ſuſcipiens cum mercede, tenetur non ſolum de lata & leui culpa, ſed etiam de leuiſſima. lege, qui mercedem. vbi gloſ.ff. loca. Iaſ. in lege, domus. numero ſeptimo. de legatis primo. Pariſ. conſilio 123. uolumine primo. Burſ. conſilio quinquageſimotertio, numero trigeſimoquinto, volumine primo. ſecus ſi gratis tale onus in ſe ſuſcepiſſet, ut in l.ſi ut certo.§.nunc videndum. ff. com. Corn. conſilio 108. & conſilio 242. in principio, uolumine primo. Ang. de Peruſ. in tract.de ſociet. parte ſecunda, numero decimoquinto. Ioſ.Lud.deciſ. Peruſ.10. numero duodecimo, parte prima. &
* deciſ.Luca.12. numero ſeptimo. vbi dicit communem. Et nota hic, quod ſi cuſtos poſitus ſi fuerit ad cuſtodiam territorij, ne committantur furta, & robarię, & fecerit contra mandatum, dominus qui eũ poſuit tenetur, ita Barto.in l. ne quid.de incen.rui. & naufr.& in lege, prima. §. familiæ. de public. & ita iudicatum fuiſſe in contingentia facti in ciuitate Neapol.dicit Afflic.deciſ.82.dubitatur, & ibi comprobat Vrſil. in addit. refert & ſequitur Carau. ſuper ritu quadrageſimonono.numero decimoquinto. vide ſupra verſic. ciuitas tenetur. infra verſic. furtum rei commiſſæ.

¶ Cuſtos deputatus ſuper damnis, non tenetur pro damno dato de nocte, & tali tempore commiſſo, quod ei licuit ignorare, niſi ei culpa, dolus, aut negligentia imputari poſſit. l.ſi cum exceptione. §.in hac, quod met.cau.argum.lege prima.§.occiſorum. ad Syllen.Barto.in l.annus. de calumn.Bald.conſilio 203.in principio, libro primo. conſilio 274.lib. ſecundo.& in c.quoſdam.de pręſumpt. Aret.conſ. 56.nu.1.Gram.conſ.crim.22.in cauſa.nu.5.Hyp.in l.1.in prin.nu.115.& 117. de ſicar. in l.1. §.præterea.nu.131.de quęſt.conſilio 44.numero quarto, & quinto. Boſſi. in tit.de dam.da.numero ſexto. materiam hanc vide copioſe apud Rom.conſilio 7. viſis. & ibi Mandoſ.iun. ſuper ver. ignorare. ſufficit enim ſi fecit quod potuit, nil enim ei ultra imputandum eſt. de rei vendic.l.utique.§.culpa.de vſufruc. l.arboribus.§.nauis. ad legem Aquil.l.quemadmodum. §. ſi nauis. Rom.conſilio 395. ſub numero 3. uerſic. etenim qui facit. & in l. ſi mora.numero vigeſimoquarto.ſol.mat. ſequitur Crau. conſilio 89. nume.2. quid autem ſit in cuſtode carcerum, an & quando teneatur de fuga carcerati, vide Gabr.concluſ.lib.7.de malef.concl.8.nu.55.

Cuſtos rei ſibi pignoratæ, pro re furto ſubtracta non tenetur niſi de culpa leui.l.ſi vt certo.§.nunc videndum.verſic.ſed ubi utriuſque. ff.com. l.ſi cum venderet.§.venit.de pigno.act. l.contractus.poſt prin. de reg.iur.Bart. in dicto §.nunc uidendum. & in d. §.venit.& in l.quod Nerua, nume.30.depoſ. Aret. & alij per illum textum.in fi.Inſt.quib.mod.re contrah.oblig.Ioan.Igne.in d.l.contractus.nu.30.ver. & ſic adde. vbi citat. l.ſeruos. & l. ſi neceſſaria. in princ. de pignor.actio. Menoc.conſi.118.vbi alios in hanc ſententiam citat, quia pignus contrahitur gratia utriuſque, quo caſu non uenit, niſi culpa leuis.dicto §.nunc videndum. Ceph.conſilio 640.numero 16. quæ autem dicatur culpa leuis. vide ſup. uerſic.culpa leuis dicitur, & applica dictis ſup.verſ. bonorum pignori datorum.

# D.

DAMNI infecti cautio peti poteſt ab inquilino in domo ruinoſa habitante, & a procuratore,& ab alijs.l.4.§. abeſſe, de dam.infec.ſolum enim inſpicimus, quod dominus non ſit in iudicio, ubi poſſit ei denunciari,ut caueat, dicto §.abeſſe,& ibi not. Bologni.& idem alibi in l.ſi finita.§. Iulianus, columna ſexta.de dam.inf.in hac enim materia non attẽdimus dominium rei, ſed rem ipſam ruinoſam magis conſideramus, adeo quod ſi etiam eſſet aliena, & alius non dominus detinet uel poſſidet eam,poteſt ab eo hæc cautio peti,& ſi non caueat,habet locum ſecundum decretum verum in re illa aliena, & ſtatim qui petit ſibi caueri ex ſecundo decreto efficitur dominus,nec eſt opus uſucapione,vel preſcriptione aliqua.l.inter quos. §. ſi dominus. de dam. infec. ſecundum Bologni. qui illum locum not. declarat in d.§.Iulianus.col.5.uerſ.præterea.

Damnum,cum a quo datum ſit non conſtat, ab inimico datum præſumitur.l.1. §.cum aliquis. de quæſt. Specul.tit.de præſump.§.1.colum.3.circa med.Bar. in l.fin.de quæſt.Rom.conſilio 7.viſis.num.1.circa medium. Ang.de malef.in ver.quod fama.num.50. & ibi Arimi.in addi.Deci.conſi.64.& diligenter.columna fin.in prin.Calcan.conſi.65.& placet.nu.2. Grat.reſp.136.prima fronte.num.24. lib.1.Gram. conſi.22.in cauſa.nu.7.Crau.conſilio 35. ex pluribus.num. voto 34.in cauſa nobilis.

Damnum emergens non debetur etiam poſt annum vxori diuiti,& habenti unde uiuere aliunde poſſit, niſi contra ſibi debentes dotem reſtituere iudicium mouerit.Rimin.ſen.conſ.265.nu.22.26.& 27. vol. 1.194.uol.4.Rimi.iun.conſi.304. uol.3. ſecus ſi eſſet inops,& non haberet unde aliunde uiuere poſſet,quia poſt annum damnum emergẽs petere poſſet.Rim.iun. ubi ſup.nu.4. & 14. Crot.conſi.198. nu.20.& 21.lib.1.Burſ.conſi.9. nu.46. & 47. Ferrati.Garg.patroci.51.nu.3.& 4.Purpur.conſi.385. nu.4.lib. 1.Alex.134.uol.4.200.uol.6.Soci.conſi. 57.lib.4.Bal.ante eum conſ.137.nu.3.lib.5. debet tamen de tali damno clare apparere.Ceph.cõſ.133. col. fin. ubi dicit idem de lucro ceſſante in muliere ſolita negotiari.Crau.conſi.189.nu.7. Pariſ. conſi. 86. nu.14. & 15. uol.1. Rimin.iun.ubi ſup.nu.8.& 9.& conſilio 52.num.31.& 32.uol.1.Purpur.conſ. 282.num.32. & 33. volum.1.vide inf.uerſic.vxori ad exactionem dotis.

¶ Dans operam rei illicitæ in grauibus delictis, non ſolum punitur de eo quod ex propoſito deliquit, ſed etiam de delicto conſecutiuo.l.quoniam multa. C.de ui pub.l.ſi quis aliquid.§.abortionis.de pœn. l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi quis inſulã.ad l.Aquil. l. qui ſaccum.de fur.c.fin.de homic. in 6.Bar.in l. Diuus. colum.fi.de ſicar.Aret.conſilio 34. viſis.in fi.Hyp. conſilio 7.num.5.volum.1.& eſt deciſio Bart.in l.reſpiciendum.§.delinquunt.in fi.uer.de pœn.ubi dicit,quod ſi quis vult occidere Titium,& errore ductus occidat. S.pœna ordinaria homicidij puniẽdus eſt, ex eo quod dabat operam rei illicitæ. Et licet Bar.in hoc communiter reprobetur, & dicant Doc. quod eius deciſio ponit iudices maleficiorũ in magno periculo,vt copioſe de hoc ſcribens dicit Iaſ.in l.1.ff.de legi.num.18. & Royas de hæret. p.1. nu. 145.ſaluet Bart.quod non loquatur de pœna ordinaria, ego tamen in odium homicidarum cum Bar. deciſione iudicarem. vide inf.uerſ. mandans aliquẽ tantum vulnerari.& verſ.opem ſimplicem præſtãs. & ſup.verſ.amator amaſiam.& inf.verſ.rumor etiã vanus. & vide ad materiam Foſſan. quem poſt hæc ſcripta habui, deciſ.243. ubi tranſit cum communi contra Barto. & dicit ita iudicatum, ſed non bene mea ſententia. vi.inf.verſ. delictum & dolus.

¶ Datia iuſta, & ab habente authoritatem impoſita,omnes tam exteri, quàm ſubditi ſoluere tenentur,c.ſuper quibuſdam.§.præterea. de uerb.ſignif. Spec.in tit.de cau.poſ.& propr.§.primo. verſ.quid de colligentibus.Bal.in l.ſi plures.colum.pen.C.de cond.inſer.Franc.Marc.deciſ.440.Rolan. conſ.80. num.47.& 48.lib.3. ubi ait non ſoluentes incidere in commiſſum,iux.ſententiam Bar. in l.commiſſa. de publica.Ceph.conſilio 451. nu. 359. vide infra, verſi.gabellas iuſtas fraudantes.

¶ Datiarijs remiſſionem eſſe faciendam,ſi occurrat caſus inſolitus,& extraordinarius, etiam quod ſuſceperint in ſe caſum fortuitum. Barto. in tract.de gabel.parte ſecunda,queſtione vigeſimaquinta,per l. fin.C.de actio.& oblig.Socin.ſen.conſilio 123.circa præſentem.volumine quarto. quod totum eſt in hac materia: dictumque hoc multis exemplis comprobat,contrarijs reiectis, nõ enim homines ſe obligantes ad caſus,videntur de inſolitis ſenſiſſe, vt dixi ſup. verſ.conductor caſum aduerſamq; fortunã, ut & in ſtatuto puniẽte arrengantem, & proponentem quòd debeat imponi collecta, non includatur caſus guerræ uel famis, dixerunt Bald.& Ang. in l. Diuus,in princ.de petitio.hæred.Conductori enim in re conducta, qua frui non poteſt, iure communi mercedis remiſſio,ſeu exoneratio facienda eſt. l.ex conducto.§.ſi uis tempeſtatis,& §.ſed & ſi. l.ſi quis domum.§.in exuſtis.l.ſed addes. §.ſi quis cum.l.habitatores.l.ſi quis fundum.§.Imperator. loca. Imo. in l.pretia rerum.ad fin.ad legem Falcid. vide infra verſic.gabellæ dominus,& verſic.obligatum ad aliquid faciendum.

¶ Datio inſolutum & executio facta plus debito,& vltra contenta in commiſſione,eſt nulla.Bar. & com- * muniter ſcrib.in l. ſi non ſortem. de cond.indeb. in §.ſi centum. & in l.certi condictio. §.quoniam. ubi Soci.col.vlt.poſt Bal.ibi.ſi cer.pet.Alex. & Aret.in l.1.§.pen. de verb.obl. Fulg. conſilio 136. quia ex facto.in 1.dub.in prin.Deci.conſilio 403.quamuis. nu.21.Marſ.in l.fi.nu.44.de iuriſd.omn.iud.Curt. iun.conſilio 185.in prin.Rui.conſilio 136. primo. num.5.uol.1.Tiraq.de vtroq.retrac.tit.1.§.23.gloſ. 1.nu.23.Pariſ.conſilio 81.conſultius.nu.24. uol.2. Capic.deciſ.51.in cauſa.poſt prin.Rebuf.ſuper cõcor.ſub rubr. de concl.Lateran.Concil.in ver. Decretis.verſ. tertio extende.vi.inf.verſ.vtile in ſeparabilib.Aduerte tñ, quod licet talis datio in ſolutũ facta fuerit ex inordinato proceſſu, & per cõſequẽs nullo,ſi tamen talia bona erant tacite obligata creditori,poterit ea retinere loco pignoris, donec ſibi uerum debitũ perſoluatur, nec hoc caſu habẽt locũ





not.in d.§.ſi centum. ita Bal.in l. fundus qui.de reſcind. vend. cuius dictũ pro ſing. refert Crem.ſing. 94. tenuta. ſequitur Curt.iun.d.conſ.185. num.4. Burſ.conſ.73.nu.28.& 29.Menoc.de retin.poſ.reme.1.q.3.nu.34.Rimin.iun.conſi.121.num.32.& 33.uol.2.Rota Fiuiz.deciſ.3.nu.11.in fine.

¶ Debiti legitime probati quantitas creditoris iuramento probari poteſt.Rayn. de Forli. in lege 1. de in li.iur.quem cum alijs ad hoc refert Deci.in l.certi condictio.§.quoniam.numero ſeptimo.ſi certum petatur.l.in actionib.numero 13. uerſic. & ad hoc. de in lit.iur.in lege finali.numero 24.C.de eden.in c.1.columna 20.verſ.ſexto fallit.& in c.2. columna 12.verſ.ſeptimo.de probat.Marſil.in l.1.§. idẽ Cornelio.num.6. de quæſt. & ſing.689. Natta conſilio 102. ſub num.2. poteſt etiam probari coniecturis. Butr.in c.fin.de iureiuran.Alexand.conſilio 69. columna 2.verſ. confirmantur prædicta. uolumine 2. Natta vbi ſupra poſt Barto. in l. admonendi.col.9. verſi.quæro quid ſi teſtis.de iureiuran. quia facilius additur qualitas,quam inducatur ſubſtantia.glo.in l.talis ſcriptura.in verſ.vniuerſa. de legatis primo. Ang. & Alexand. in lege,ſi certis annis. C. de pac. Natta conſilio 253. numero 6. Ceph.conſilio 618. numero 17.& ſucceſſiue.

¶ Debitor alicuius eſſe quis probatur per plures teſtes deponentes de diuerſis confeſſionibus.Paul.Caſtren.conſilio 380.iudex.in fi.parte prima.& conſ. 143.viſo proceſſu.columna fi.parte ſecunda. Ioan. de Anna.conſilio 55.in ſecundo dubio. Alexan.conſilio 53.columna ſecunda.circa medium.verſi.ergo etiam præſuppoſito.uolumine primo.Calca.conſilio 19.columna 5.poſt medium.Deci.conſilio 650. col.2. poſt med. Aret. conſilio 65.in præſenti.in 2. dubio.Alexan.conſilio 18. in fi.uolum.3. & conſilio 156.columna 3.in fi. uerſic. non obſtat etiam ſi diceretur.uol.5.nu.16.

Debitor cedens bonis ignominioſe,iuxta modos traditos per Cyn.in l.fi. C.qui bon.ced.poſ. per Rolan. conſilio ſeptimo.numero decimo,& vndecimo,volumine ſecundo.per Menoc.de arbitr.libro ſecũdo, centu.ſecũda.caſu 183.numero decimoquarto. non tenetur ſuis creditoribus aliquid ſoluere, ſed in totum liberabitur, quia ex hac ignominia quam ita cedendo cõtraxit ſatis punitus videtur. Guid.Pap. deciſ.343.cedens bonis,ubi quid in hoc ſeruet conſuetudo Lugduni refert, Felin. in capitulo ad liberandum.de Iudæ.ſub numero tertio. verſic. ſed declara iſtam regulam, etiam ſi poſt deueniat ad pinguiorem fortunam. Rom.ſing.24. numero ſecũdo, & 3.Menoc. de arbitr.iud. lib.2. cent.2. caſu.183. numero 22. & 23. vbi tenet cum Guid. Pap. contra Couuar.

Debitor cogi poteſt ad ſoluendum creditori in loco commodo, licet in obligatione ſolutio deſtinata ſit in aliquo certo loco,ſi ille locus tutus non ſit creditori.C.de ſolut.l.uſuras.de offic.deleg.c.ſtatuimus. in vj.de foro compet.clem.1.Ro.ſing.72.Senenſis, vbi ponit caſum in terminis,& cõſ. 252.præſertim. nu.19. vbi loquitur in materia concilij, quod celebrari debet in loco ad quem partibus ſit tutus acceſſus.ſequitur Fel.in c.accedens,il 2.col.3.verſic. & ſi quis promiſit,ut li.non conteſ.& in c.cũ ſit.in prin. verſic.Item & alia limit. de foro comp.Deci.in c.ex parte,il 1.not.2.de appel.Hyp.ſing.261. niſi locus tutus non ſit ipſi ſua culpa,vt dixi infra verſ.terminus non currit non valenti agere. Quo autem ad locum concilij,ut ob non tutum acceſſum mutari poſſit,vide Fel.ubi ſupra.Deci.conſilio 146. col.1. circa med.copioſe Boer.deciſ.40.num.10.

Debitor creditoris ad inſtantiam captus per iudicem incompetentem, debet ante omnia relaxari. Bald. conſilio 285.libro primo. Soci.conſilio 99. libro 3. Aret.conſilio 75.Deci.conſilio 75. columna fin. & alij multi quos citat Neuiz.conſilio 52.nu.12.& 14. * ubi dicit cõmunem,& ita eſſe ante omnia ordinandum.numero 43.l.magiſterię,vbi Bald.C.de iuriſd. omnium iudic. captura enim per talem iudicem incompetentem facta eſt nulla.Rolan.conſilio 75.numero quinto, & ſexto. vbi dicit quod creditor hoc caſu amittit ſuum creditum. Vantic.de nullit.ſent. ex defec.iuriſd. numero 8. nec ualet conſuetudo in contrarium.c.ad noſtram.de conſuet. Guid.Pap.q. 325.nec hoc caſu poteſt ipſe debitor carceribus recommendari, licet recommendatio eſſet iuſta. Bar. quæſt.6.Lap.Alexan.in lege,legata inutiliter.de legatis primo.Socin.in l.1. §. Item ſi quis. numero 2. ne quis eum qui.Rip.in l.naturaliter. §. nihil commune.nu.57.de acq.poſ.Fel.in c.dilectus.col.3. de reſcr.Hyppol.in pract.§.attingam.nu.34.Brun. de ceſ.bon.quæſt.11.nu.24. & 37. Sed relaxari debet ita & taliter,quod non poſſit eo tunc iterum capi. Bart.in l.naturaliter.in prin. de acq.rerum domin. Pute.de Sindic.c.ſi iudex proceſſit,& in hoc proceditur ſummarie,etiam die feriata.Deciſ.Fiuiz 3. ex Doct.quos citat,nu.45.& 46.& 49.vi.inf.verſ. ſaluum conductum habens.

Debitor cui fructus ſunt ſequeſtrati vel pecunia, ſi ſit pauper, & non habeat vnde aliunde viuere poſſit, poterit dicto ſequeſtro impune vti, pro alimentis lite pendente.Curt.ſen.de ſequeſtr.quæſt.23.fallen. 3.verſic.circa iſtam fallentiam. Auf. ad deciſ.Tholoſ.477.columna ſecunda, in fi. Borgni.deciſ.Fiuiz 3.numero 41. & dicit Rom. conſilio 388.quod penſio reſeruata alicui pauperi clerico non eſt ſequeſtranda, quia cedit in cauſam alimentorum. ſequitur Felin.in capit.ad audientiam,il ſecondo. de reſcrip.Caccialup.de penſio.quæſtione nona. Gig.de penſio.quæſtione 51. & conſilio 130. numero primo.Rebuf.de pacif.poſ.nu.125.

Debitor debitoris tenetur manifeſtare quod debet ſuo creditori ad inſtantiam creditoris dicti ſui creditoris,ad effectum faciendi immiſſionem in ea quantitate quam debet.l.a D.Pio.§.ſic quoque. vbi Bar. & Ale.not.de re iud. Neguſ. de pign.p.3.memb.2. ſub nu.49.verſ.vndecimo dubitatur,tradit ẽt Bart. in l.2.§.ſi tabulæ.de tabul.exhib.Rebuf.in cõmen. tomo.1.de lit.oblig.art.6.glo.3.num.64.& ſic licet quis non teneatur manifeſtare res proprias, tñ res alienas ſic,ad utilitatem tertij, ut ſuper eis ius ſuum conſequi poſſit. vi.inf.verſ.obligatus rem aliquam.

Debitor eſt ille proprie a quo inuito pecunia extorqueri poteſt. lege,debitor. de verborum ſignificationibus.lege,fideiuſſor. §. fideiuſſor. de fideiuſſor. de fideiuſ. Qui vel eſt quantitatis in genere, vel eſt quantitatis reſpectu certæ ſpeciei,

Dicere quis non præſumitur,niſi quod in corde habet. l.Labeo. §.idẽ Tubero. de ſupel. lega.l.nepos Proculo.poſt med.de uer. ſign. Bal. in l.ſi is qui.per illum text.in 3. not.de teſtam. in conſ. ſciſma.poſito in rubr. C. ſi quis aliq. teſt.prohib.num.21.in l. uoluntatis.in prin.C. de fideic.in l.de quibus.in fi. de legi.& in c. 1. num. 15. de conſt.Iaſ. in l.ſi quis filium.col.1.in fi. C. de lib.præter. in l.eam quam. C.de fideic.colum.7. uerſ.& pondera diligenter.& conſ.171.colum.1.in fine.lib.2.Deci.in l.ſemper in ſtipulationibus.col.1. de reg.iur.conſ.305.cir.prin. & 306.col.1.Pariſ.32.num.62. lib.1. & 72.nu.64. lib.4.Curt.iun.169.num.1.2.3.Craue.20. num.2. 290.prope fin.& 294. col. 10.uerſ.Secundo conſidero. Ceph. conſ. 462. num.12.vi. inf. uerſ.homo non creditur uelle. & uerſ. vox eſt inſtrumentum.

Dictio(alia)eſt nota ſimilitudinis.l.ſi fugitiui.ubi Deci.num.33.C.de ſeru.fugit.idem Deci.in l.quicunque.in 2.lect.in fine. C. qui admi.Calcan.conſ.14. num.2.Ruin.conſ.73.num. 20. lib.3. Gram.deciſ. 59.num.14. Fit enim per huiuſmodi dictionem relatio & repræſentatio eiuſdem qualitatis cuius erant illa de quibus iam erat facta expreſſio. tex. iunc.gl.2.in l.quidã relegatus. in prin.de reb.dub. cum concor.ut per Afflic. in c.1.col. 4.quid autem ſi venditur.de capitan.qui iur. uend. & ultra alleg. per eum, ita firmant Rom. conſ.156.in propoſita. cir.

cir. fin. Alex. conſ. 204. conſideratis. col. 2. uol. 2. Socin. ſen. conſ. 104. quoniam præſens. colum. 2. & conſ. 110. col. 2. in fi. uol. 3. conſ. 23. circa prædicta. col. 1. & conſ. 86. viſo capitulo. col. 3. uol. 4. Socin. iun. conſ. 160. num. 13. uol. 2. poſt Corn. conſ. 97. viſa facti. col. 5. & conſ. 119. placet mihi. col. 2. uol. 1. Afflic. deciſ. 243. illuſtriſſimus. poſt prin. Curti. iun. conſ. 183. præſupponitur. in prin. Menoc. cōſ. 401. num. 72.

Dictio (aliqua, uel aliquo) eſt vniuerſals, & comprehendit omnia. Soci. conſ. 3. uerſ. vnde reſpondeo. uol. 3. & in l. ſi filius qui patri. de uulg. & pupil. ſub num. 28. Bar. conſ. ult. Gemin. conſ. 65. Abb. & Fel. in c. paſtoralis. de off. dele. Corn. conſ. 41. lit. C. & D. in 1. par. & conſ. 243. par. 3. Et in minima parte uerificatur. glo. in clem. 1. in uer. aut earum parte. de fo. comp. Bar. in l. ſi ſeruum. §. prætor ait. de acq. hæred. Deci. conſ. 456. num. 6. Tiraq. in l. ſi unquam. in uer. omnia. ſub num. 14. 15. 36. 38. de reuoc. donat. C. Rui. conſ. 117. num. 3. lib. 3. deciſ. Fiuiz. 2. num. 30. & deciſ. 3. num. 4. vi. inf. uerſ. relatiui natura eſt. & uerſ. uerba, vndecunque ſit. uerſ. ſententia lata & executio. & uerſ. Dictiones quomodolibet. & uerſ. Dictionis, aliqua.

Dictio (alius) eſt repetitiua ſimilium. glo. in l. ſi fugitiui. C. de ſeru. fugit. & in c. ſedes. de reſcr. quas ad hoc citat Alex. conſ. 204. conſideratis. num. 4. uol. 2. Iaſ. conſ. 130. num. 17. uol. 1. Deci. conſ. 182. nu. 5. conſ. 425. num. 17. in l. quicunque. in fi. C. qui adm. Ruin. conſ. 92. de duobus. num. 22. uol. 3. conſ. 68. num. 3. uol. 5. Nat. conſ. 298. viſo. num. 5. Rimin. conſ. 11. in pręſenti. nu. 38. Pariſ. conſ. 29. num. 77. conſ. 64. num. 31. uol. 2. conſ. 20. num. 74. uol. 3. Crau. reſp. pro genero. num. 75. & 86. ubi limitat

* Et illam gloſam dicit communiter approbatam Curt. iun. conſ. 183. num. 1. eamque comprobat Anchar. conſ. 361. viſa. num. 3. Socin. conſ. 23. circa prædictam. nu. 3. & conſ. 86. viſo capitulo. nu. 10. uol. 4. Bertr. conſ. 324. pro pleniori. nu. 12. uol. 3. in ant. Deci. conſ. 425. in caſu. num. 17. Socin. iun. conſ. 160. circa præſentem. nume. 13. uol. 2. de qua dictione ui. clarius Rom. cōſ. 150. in propoſita. col. 2. iux. fin. uerſ. Nota dictionem, aliis.

Dictio, ante, & poſt, quando apponitur tempori momentaneo, ſignificat tempus totum quod præcedit vel ſequitur. ita Bar. in l. 2. §. creditum. ſi cer. pet. cuius doctrinam omnes in hoc ſeruant, ut per Pet. de Baiio in ſuo direct. elect. par. 2. c. 26. ubi in hanc ſententiam Pau. & Fely. citat. & dicit glo. in l. Pomponius. §. ratihabitionis. in uer. conteſtationem. de procur. quod ſatis dicitur fieri ante, & ſi poſt incōtinenti fiat, uel etiam tunc. & ad hoc allegat cōcor. accedit Rom. conſ. 45. qui dicit quod illud quod fit incontinenti non eſt diuerſum a facto, Bal. in l. petens. C. de pact. ſub. num. 54. uerſ. dicunt glo. quod dicitur fieri incontinenti, quod fit immediate ante uel immediate poſt. glo. in l. antiqui. C. ſi pars hæreditatis pet. ſuper uer. eodem tempore. ubi dicit id fieri eodem tempore, quod ſucceſſiue fit, uel ſtatim. notat Socin. in l. ſed & in illo. §. ſed & circa. per illū tex. de reb. dub. num. 6. vi. inf. uerſ. incontinenti dicitur. & uerſ. facere aliquid actu ipſo.

Dictio (dictis) puta, dictis bonis, dictis hæredibus, reſtringit ſecundum ſuam naturam. Corn. conſi. 315. num. 10. uol. 1. Ruin. conſ. 1. 181. num. 2. lib. 2. Socin. iun. conſ. 22. num. 30. uol. 3. Crau. conſil. 98. n. 2. idem Corn. conſ. 230. quamquam in hoc. col. 9. uolum. 3. uerſ. nec poſſumus dicere. dum uult quod diſpoſitio facta per illa uerba, ſi contingat aliquem ex dictis filiis decedere, reſtringatur ad eos de quibus ſupra erat facta mentio. & idem in ſimili dicit idem Corn. propter verbum, dicta, in conſi. 9. præmittendum eſt. colum. pen. in uer. quinimo participium, dicta, uolum. 1. tradit Bart. per illum tex. in l. talis ſcriptura. prope fin. de lega. 1. dum dicit, quòd uerbum, prædicta, reſtringit diſpoſitionem ad ea quæ ſupra erant expreſſa. quod etiam placuit Soc. ſen. conſi. 112. viſo proceſſu. nu. 13. uol. 4. & conſi. 62. uiſis. nu. 1. eo. uol. Menoc. conſi. 401. ſub nu. 68. verſ. nec obſtat.

Dictio, dummodo, licet ſui natura modum importet, tamen quando adiungitur ei quod uenit implendum, antequam actus perficiatur, ſignificat conditionem, non modum. l. Thais. §. Stichus. de manumiſ. teſtam. Caſtr. conſ. 5. quicquid dicatur. col. 1. uolum. 1. & latius conſi. 292. circa primum dubium. col. 1. & 2. uol. 2. Alex. conſi. 119. ſub num. 1. uerſ. & licet. uol. 1. poſt Bar. Imo. & alios quos citat Craue. conſi. 10. nu. 14. uol. 1.

Dictio, ex, importat cauſam proximam. l. 1. §. ex incendio. de incen. rui. & nauf. l. eo ipſo. §. fin. de procur. ubi Bart. l. non dubium. C. de legi. not. Deci. in auth. ſi quis in aliquo. in prin. C. de eden. Socin. in rubr. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. nu. 80. Iaſ. in l. in bonę fidei. not. 2. C. de pact. in l. ex hoc iure. num. 23. de iuſti. & iu. Socin. in l. in teſtamento. ad fin. de cond. & dem. in l. & ſi pepercerit. poſt princ. de libe. & poſthum. in l. centurio. num. 13. de vulg. in l. cum filioſa. num. 17. de lega. 1. in l. ſi mihi & tibi. poſt princ. & ibi Iaſ. num. 11. eod. tit. idem Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. num. 30. de verb. obli. in l. Gallus. §. quid ſi is. num. 23. de libe. & poſthu. in l. 1. nume. 31. ad Trebell. Barba. in rubr. de uerb. oblig. colum. 8. in fine. verſicu. pondero. vbi habes quotas.

Dictio, hæredum, in feudis licet accipiatur pro maſculis, id tamen uerum quando fuit acceptum per maſculum, ſecus in feudo fœminino, & emptitio, tunc enim & fœminæ ſub hac dictione comprehenduntur. Zaſi. de feu. par. 8. num. 38. verſi. ſuprad. concl.

* fallit. ubi dicit communem. Cur. de feu. par. 3. uerſi. ſecundo ſingulariter limit. Clar. in §. feudum. q. 73. Rolan. conſi. 76. num. 7. lib. 3. Princeps enim inueſtiendo fœminam cenſetur reſpicere cognationem, non agnationem. Gozad. conſi. 71. num. 6. vi. infra, uerſ. feudum per fœminam.

Dictio, intra, eſt incluſiua. l. 1. §. ſi intra. dę ſucceſ. edic. quam. l. ad hoc expendit Bar. in l. 1. in prin. de offi. præfe. vr. Vnde reg. eſt, quod qui tenetur intra certum tempus quid facere, ſufficit ſi illud ultima die determinati temporis egerit. l. ſi quis ſic dixerit. de verb. ſign. quem tex. ad hoc citat Rom. conſi. 221. ſuper iſto. nu. 2. Oldr. conſi. 49. conſueuit dubitari. num. 4. & 9. Alex. in l. Gallus. §. ille caſus. colum. 4. verſic. ultimo quia Bar. de libe. & poſthum. Iaſ. in l. ex trib. in prin. C. de inoff. teſtam. Tiraq. remiſſiue

de



de utroq. retrac. tit. 1. §. 1. glo. 11. num. 71. obſeruat Mandoſ. iun. ad Rom. d. conſ. ſuper uer. ultima die. & probatur iſta propoſitio expreſſe. l. 1. & fin. C. vt intra cer. temp. l. intra. de appel. recip. Aliquando tamen eſt excluſiua. l. qui Romæ. §. 1. de uerbo. oblig. vt obſeruat Oldr. d. conſi. nu. 4. in fi. & nu. 5. ubi idem dicit de dictione, infra.

Dictio, item, eſt repetitiua præcedentium qualitatum.

* ita Bar. in l. in repetendis. de lega. 3. & ibi alii communiter. & in l. Seiæ. §. Gaio. de fun. inſtr. Alexand. conſi. 99. num. 8. volum. 7. Iaſ. conſi. 207. num. 5. uolum. 2. Gomeſ. §. æque. num. 19. Inſtit. de action. Et hoc verum niſi in ſequenti ſit ſpecialis prouiſio. Alexan. conſi. 158. colum. 2. ver. ſecundo principaliter. uolum. 6. Bero. in ſubſcrip. conſi. 1. Gerar. Maz. nu. 7. item niſi ponatur inter orationes perfectas, quia tunc facit ceſſare repetitionem. Gerar. Maz. d. conſil. 1. num. 56. Rolan. conſi. 34. num. 36. par. 4. Menoch. conſi. 86. num. 81. Cur. iun. conſi. 44. nu. 6. ubi dicit hanc dictionem inducere repetitionem præcedentis qualitatis, quando eſt perſonarum uel rerum identitas, alias ſecus. & conſi. 102. reſolui. nu. 4. vbi alia ad hoc adducit.

Dictio, nullatenus, inficit actum ipſo iure. gloſ. ſing. in Authen. ſi qua mulier. C. ad Velleia. quam extollit Clar. Flor. in c. ſuper literis. de reſcrip. refert Iaſ. conſil. 7. num. 3. lib. 1. & in l. de pupillo. §. ſi quis forte. ſub num. 3. de oper. no. nunc. conſi. 168. nume. 33. 198. num. 11. lib. 2. 128. colum. 3. uer. quarto dicitur. lib. 4. Corſe. in ſing. ver. nullatenus. Crot. de teſti. num. 270. Rom. in l. 1. de uſucap. Marſ. in l. pen. num. 70. de quæſt. Gram. conſi. crim. 3. num. 12. & 13. Deci. 310. nume. 3. negatque omnem caſum & omnem potentiam, vt & dictio, nullo modo, l. vlt. C. de teſtam. mil. Deci. conſi. 3. nume. 7. Gozad. 71. num. 4. Crauet. 201. nume. 43. Tiraquel. in l. ſi unquam. in uer. reuertatur. num. 93. C. de reuocan. dona. & nu. 95. ubi in ſpecie tradit de dictione, nullatenus. Menoch. conſi. 383. nume. 14. de qua dictione nonnulla colligit Marſil. ſingu. 675. Felyn. in c. ex parte. num. 7. de conſtitu. Rolan. conſi. 57. nume. 51. lib. 2.

Dictio, omnino, de ſua ſignificatione omnem caſum compræhendit, glo. in l. ſi cum exceptione. §. quatenus. in uer. omnino. & ibi Bart. in 4. col. ad hoc not. ff. quod met. cau. & glo. in l. græce. §. illud. ff. de fideiuſ. refert Iaſ. conſ. 4. num. 9. uol. 1. & conſ. 23. octo dubia. ſub num. 3. uerſ. circa quartum. uol. 3. Rol. conſ. 84. in pręſenti. num. 24. lib. 1. conſ. 61. reiecta. num. 37. uol. 3. conſ. ult. num. 144. uol. 4. Ceph. conſ. 153. Magnificus. num. 33. Menoc. conſ. 1. nume. 21. & conſ. 2. nume. 256. & ſeq. & habet præciſam naturam. inquit Deci. conſ. 1. num. 4. & conſ. 582. incip. pro fundamento. nu. 2. Gram. uoto 31. num. 3. 4. 7. 8. de qua dictione multa congerit Tiraq. in l. ſi unquam. in uer. reuertatur. nu. 76. & 77. C. de reuoc. donat.

Dictio, omnis, appoſita in inſtrumento tranſactionis, comprehendit quodlibet ius quod poſſet præſtare materiam litigandi, ſiue ſit illud ius purum, ſiue conditionale. l. Iulianus. de lega. 3. l. omnia. l. certi condictio. in prin. ſi cer. pet. Aret. in §. non ſolum. col. 2. in prin. Inſt. de lega. Ruin. conſ. 57. num. 1. 2. 3. uol. 1. & talem dictionem apponentes in genere uidentur cogitaſſe de quocunque caſu. Nat. conſ. 321. num. 5. & 397. num. 3. acſi omnis caſus eſſet ſpecificatus. Bar. l. 2. de nouat. cū aliis per Crau. adductis conſ. 227. num. 13. & 14. conſ. 294. col. 4. uerſ. ſed magis. & conſ. 308. ſub num. 6. uerſ. quinto. hinc dixit Bar. in l. 41. ita fuerit fideicommiſſum. de lega. 3. per illum tex. quod diſpoſitio cum hac dictione compræhendit omne tempus, & nihil intactum relinquit. Bal. conſi. 305. verba principis. lib. 1. & de huius dictionis ui, uide Ceph. conſi. 622. nu. 24. & ſucceſſiue.

Dictio, omnis, eſt ita uniuerſalis, ut nulli excludantur. l. Iulianus. de lega. 3. l. periculis. §. Labeo. de auro & argen. lega. l. a procuratore. C. mand. ſub eaque illi includundur, qui aliàs non includerentur, iux. not. per Bar. in l. generali. §. vxori. de uſuf. lega. Deci. in l. omnia. in prin. ſi cer. pet. in l. certi condictio. circa prin. eo. tit. & in l. 1. num. 29. & 38. de reg. iur. conſ. 11. num. 13. conſi. 113. per totum. maxime in fi. ubi de exemptionibus loquitur, & ſub ipſis compræhenduntur ob ſignum uniuerſale quæ eo remoto non compræhenderentur. idem Deci. conſil. 472. nu. 1. 2. & 3. & conſ. 599. nu. 2. Crau. cōſ. 209. nu. 6. & 7. 294. nu. 1. 2. 308. nu. 5. circa prin. Rube. conſi. 135. nu. 3. Nat. conſ. 160. nu. 29. 397. nu. 1. 2. 321. nu. 5. 6. Aret. ante. in §. non ſolum. colum. 2. in princ. Inſtitu. de lega. Ruin. conſi. 57. nume. 1. 2. 3. lib. 1. comprænhenditur etiam caſus improprius. Bart. in l. Marcellus. in prin. colum. 3. uerſic. ultimo. ibi, omnem falcidiam, ad Trebel. ubi ſub nomine falcidiæ, exiſtente ſigno uniuerſali, continetur etiam trebellianica, quæ improprie eſt falcidia. glo. in Authen. Vnde & ſi parens. C. de inoff. teſtam. Rolan. conſi. 54. ad fin. lib. 3. vbi énim ſubeſt hęc dictio. cenſetur cogitatum de quocunque caſu in genere qui accidere poſſet, licet, in ſpecie cogitatum non eſſet. Nat. d. conſi. 397. nu. 3. per l. qui iure militari. de mil. teſtam. & alia per eum adducta ibi. num. 4. Crau. alibi conſi. 227. num. 13. & 14. Ceph. conſi. 451. nu. 39. & ſucceſſiue. vide ſup. uerſic. clauſula, omnibus & ſingulis.

Dictio, omnis, non includit ſpecialiter prohibitos, nec exemptos. Bal. in cap. 1. poſt prin. de iuram. calum. per l. decurionibus. C. de ſilentiar. lib. 10. l. Lucius. ad Turpil. l. quoties. C. fam. erciſ. l. ab omnibus. de leg. 1. l. legatorum. §. qui plures. de lega. 2. l. omnes. C. ſine cenſ. uel rel. Bal. alibi in c. eccleſia S. Mariæ. de conſtit. num. 15. ubi dicit quod generalis locutio non tollit priuilegia ſpecialia. Soci. conſi. 74. in præſenti. col. 3. poſt prin. uerſ. primo. ubi concor. citat. uolum. 1. conſ. 153. pulchra. colum. 9. in med. uol. 2. & conſ. 209. licet nulla. col. 1. in fi. verſi. ſecundo. uol. 2. conſi. 271. in præſenti. col. 2. in fi. uerſ. confirmatur. & conſi. 299. capio primum. colum. pen. ad fin. uerſic. præterea. uol. 2. & conſ. 75. circa præſentem. nume. 14. uolum. 4. Bald. in cap. 1. colum. 3. in fi. uerſ. pone. de reſcr. in c. cum ordinem. colum. pen. in fi. verſ. ſol. illa. de proba. Oldra. conſi. 300. factum. col. 1. ad med. Rom. conſ. 436. quod indultum. col. 1. in fi. uerſic. tertio. & conſ. 498. in caſu. col. pen. in prin. uerſ. ſecunda ratio. Iaſ. in l. Gallus. §. quidam recte, num. 43. in 1. lect. de lib. & poſth.

& in

& in 2. lectu.nume.26. filiusfam.§.Diui.nume.43. de lega.1.in l.cunctos populos.num.37.C.de ſum. Trin. in l.poſtquam liti. num.16. C.de pact.in authen.res quæ.num.15.C.com.de lega.in l.ſi fideiuſſor. §.ſi ſatiſdatum, nume. 16. qui ſatiſda. cogan. & in l.quod principi.num.16.de conſt.prin.Nicon. ad c.quoniam contra.de proba. par.1. nume. 118. vi.Curt.iun.conſ.1.num.4.

Dictio, per, de ſui natura indicat continuitatem. ita Ioan.And.poſt Ioan.Mon.in c.cum contumacia.in glo.per annum.de hæret.in 6.per c.Graue.de præben.7.q.1.preſentium. Lap. alleg.46.poſt num.3. uerſ.ad hoc etiam facit. Anch.in c.1.7.not.de reg. iur.in 6. quem ſequitur Caſtr. in l.fin. §. quoties. poſt num.3.de public. Gemin. in c.1. §. qui uero. in 1.not.& ibi Apoſtil.ubi etiam Fran.col.1.ad fin. de reg.iur.in 6. Mand.ſen.ad d.alleg. Lapi.in lit.F. & in 21.q.reg.de anna.& in gloſ. facultatum. §.ac etiam.in uer.per.

Dictio,perpetuo,extenditur in infinitum.Rip. in l.filiusfam. §. Diui. de lega.1. col.21.uerſic.unde tento.allegat Cur.conſi.40.aliàs eſt conſi.Cur.iun.161. præſupponitur in facto.nu.13.ver.alio etiam ſecundo reſpectu.ubi concludit ex iſta dictione, perpetuo, induci fideicommiſſum duraturum donec erit aliquis de familia.& dicit Bar.Socin.conſi.40. inter conſi.Cur.ſen.incip.cum in præſentiarum. in fine. quod uerbum,perpetuo, intelligitur ſine præfinitione temporis, per l. eum debere columnam. de ſeruit.urb. prædio. Quod autem iſta dictio,perpetuo,reſtringatur ad annos centum, uide infra, uerſicu.hæres a quo relictum eſt. & alia de hac dictione,uide infra, uerſicu.prohibitio alienationis facta liberis, & uerſic. prohibitio alienationis facta a teſtatore.& uerſ.uerbum,perpetuo.& uerſi. legatum annuum.

Dictio,plerunque,facit regulam.glo.in l.non dubitabimus.de cond.& demon.quam gl.ibi ad hoc ponderat Imo. qui pro hoc etiam allegat. l. 3. de offic. præfec.uigil.ſequitur Alex.conſi.50.uilis & oportune.num.1. uolum.1. fuit dictum Barto. in l.1. de tut.& ration.diſtrah.quod & Ale.dixit in l.qui plures.de vulg.in l.ſi quis iniquum.in prin.nu. 3.quod quiſq.iur.& in l.cum aliquis.C.de iur.delib.Dec.in l.1.num.11.de reg.iur.Ripa in l.ex facto.nu.65.de uulg.& pupil.

Dictio,poſt,denotat tractum ſucceſſiuum in futurum. Bart.in l. 2. §. creditum.ſi cer.pet.Deci.conſi.431. Alcia.in l.Gallus.§.quidam recte.de libe. & poſth. num.35.36.38.Ruin.conſi.99.nume.10. uolum.2. Socin.conſi.12.num.15.par.3.Ruin.conſi.173. nume. 13. volum.2. Ioan. de Ana.conſi.37. in princ. Cur.iun.conſi.48.ſub num.4. vbi addo in uer.poſt eos,Franc.Marz.in epitom.ad mat.fideicom.par.2. §.& poſt eorum mortem. verſicu. duodecimo.poſt Abb.conſi.29.in primo dubio. & nu.8.de hac dict. ui.plura per Foſſan.deciſ.30.

Dictio,præter,habet uarias ſignificationes,aliquando enim includit, aliquando excludit:in fauorabilibus excludit,in odioſis includit,ut per exempla,& quotas docet Roma. conſi.328.præſens, num.1. cuius dictionis naturam ponunt Doct. in l.actione. C.de tranſ.Archid.in c.Ebron.13.q.2.de pignor.act.l.1. de adim.lega.l.fundo.Inn. & Compoſt. in c.dudū. de elect.Iac.de Are.in l.qui bona.§.ſi quis.de dam. infec.Oldra.conſi.49.conſueuit.num.8. Archid.alibi in c.quoniam. 48. diſtin. & in c.epiſcopum.61. diſtin.Gemin.in c.ſubdiaconus.in ver.præter.77.diſtin.Card.in c.dudum.§.inſuper.q.12. ubi etiā alii. de elect.Luc. de Pen.in l.eos.in uer.præter licitum. C.de fabricen.lib.11. in l.ex eo.in uer. præterquā. C.de agen.in reb.eo.lib. gloſ.pragm. ſanct.in c.ſicut.§. quod ſi aliter. in uer. præter. & ibi Prob. in addit.de elect.Iaſ.poſt Rom.in l.1.in 3.not. ſi quis caut.& in l.ſi eum.§.qui iniuriarum. nu.36.ſi quis caut.latiſſime Tiraquel.de utroq.retrat. titu.1.glo. 11.num.73.

Dictio,prout,ſtat limitatiue.Bar.in l.edita.colum.penulti. & ibi alii not. C. de eden. ſuper uer. prout. Bar.in extrauagan.ad reprimen. in uer. prout.Canon.in c.prout.de dolo & cont.Bal.in d.l.edita.colum.antepen. vbi dicit hanc dictionem poni limitatiue & reſtrictiue,quando præcedit genus, ad cuius reſtrictionem ponitur. ſequitur Iaſ. conſi. 171. nume.23.volum.2.& ante eum id firmat Alexan.conſil.23.num.5.conſi.49.num.5.& 6.uolum.7.ubi loquitur de poſitione facta per uer.prout.Deci.conſ. 374.num.4.conſi.497.num.5.alibi Alex.dicit eam denotare modum & qualitatem.in conſi. 179. nume.9. volum.5. eamq; ſimilitudinem denotantem plenarie accipi dicit Menoch.conſi.2.num.255.immo eam eſſe ſignificatiuam identitatis dicunt, Ange.conſi.11.Alex.conſi.3.col.1.uol.2. Bologn.conſil.2.col.1.verſ.nam ſecundum Ang.Pariſ.conſ.23. num.5.uolum.1.Goza. conſ.8.num.18.Socin.iun. conſil.76.nume.45. uolum.1. Grat.conſi.9.nume. 88.lib.1.

Dictio,quibuſcunque,uniuerſalis accipitur ſecundum ſubiectam materiam,& in ultimis uoluntatibus reſtringitur ad hæredes ſanguinis,& ſic ad deſcendentes,Deci.poſt Bal.& alios quos allegat,in c.in præſentia.ſub num.42. uerſ. ſed tamen in contrarium. de prob. & conſi. 170. in cauſa uenerabilium. ubi hoc firmat contra Socin.in conſi. per eum ibi alleg. num.6.idem Deci.conſi.185.in cauſa.num.4.conſ. 193.diligenter.colum.fi.uerſ.non obſtat fundamētum. Rube. Alex. conſi.110. num.9.Gozad.conſi. 26.num.33.Corn.conſ.199.ſub num.69.uerſ.licet etiam.lib.2.Ceph.conſ.2. nu.16. ubi plures adducit,& conſi.3. nu.3. de hac dictione & eius effectu, vi.Cur.iun. conſi.1.nu.4. uolum.1.& quæ ibi addo ad uer.in clem.1. de iudic. uide infra, uerſic. hæredum appellatione in materia. & uerſicu. uerbum, cuiuſcunque.

Dictio,quoſcunque, appoſita in reſcripto legitimatorio, operatur ut comes poſſit etiam infantes legitimare.ita Bal.conſi.67.ſuper 1.artic. lib.1. & conſi. 204.in prin.Soci.conſi.3.in cauſa.num.23.uolum. 3.Cur.iun.conſi.32.num.8.cuius ſententiam communem dicit Pariſ.conſi.15.num.53. uol.2.& idem Curt.conſi.183.ſub num.6.Gozad.conſi.6. prima facie.colum.6,verſic.nono.Deci.conſ.55. colum.2. verſ. ſupereſt. ubi dicit ita conſuluiſſe Alexand. & idem Deci.conſi.316.colum.2. uerſic.ſecundo non obſtat.& conſi.367.colum.penulti. Caſtren. conſi. 227.Corn.conſi.177.in 1.dubio.uol.1.Iaſ.conſ.125. in 2.



in 2.dub.uol.4. & conſi.156.in 2.quæſito. eo.uol. Ruin.conſi.72.nu.9.& conſi. 100. col.pen. uol.3. Rolan. late conſi.61. num.34.uolum.1. uide infra, in uerſic.uerbum quibuſcunque, & uerſic. uerbum cuiuſcunque.

Dictio,ſaluo,eſt modificatiua præcedentis diſpoſitionis. gloſ.in l.item Labeo.in uer.pure.fam.erciſcun. & reſtringit ſupradicta,gloſ.in l.ſi debitor.§.1.quibus mod.pign.uel hypot.ſolu.Ang. conſi.27.42.& 290.Deci.conſi.656.num.6.Corn.79.nu.36.lib.1. 248.num.9.257.num.16.lib.2.338.nu.22. lib.3. & inducit exceptionem a præcedenti regula. Deci. vbi ſupra,num.7.vt de clauſula,ſaluo iure impertinentium,&c. quæ excludit omnem controuerſiam quæ ſuper datis articulis oriri poſſet, ut ſi in cauſa recuperandæ poſſeſſionis reus excipiat de dňio & det articulos,iſta clauſula ſaluat preiudicium intentantis interdictum.Afflict.deciſ.33.in prin.Ancha.conſi.205.num.12.Caſſan.conſi.45.num.13. Bertr.conſi.142. num.9. par.1. conſi.121. num.2. par.2. & 273.nume.5.par.3.de cuius dictionis,ſaluo,effectu & ui, uide Roland. conſilio 54. numero 13.lib.4.

Dictio,ſemper, iuncta actui qui continuo fieri poteſt. denotat actum continuum.c. ſacerdotibus.31.diſt. Car. Alex.in c. ſanctimonialis.23.diſt.iuncta uero actui interpellato non importat continuitatem,ſed admittit etiam interuallum, ut ſemper dicatur fieri quod fit ex interuallo, & debito tempore.glo.1.in c.ſi quis uoluntate.50.diſt. & ibi Car.Fel.in proœm. Grego. verb. Rex pacificus. col. 3.uer. ſed & iſta & ſimilia,& eſt tex.in l.Caio.§.Imperator.de alim. & cib.lega.ibi,& tecū ſint ſemper,uolo. ubi dictio, ſemp,denotat cōtinuationem & perpetuitatē.Boe. deciſ.158.nu. 6. ubi ex doct. per d.c.ſanctimonialis. dicit, quod Monachus habitum ſemper deferre debet,etiam ſi fiat Epiſcopus. de quo inf.uerſ.Monachus factus Epiſcopus.Huius dictionis materiam vi.copioſe apud Boer.ubi ſup. & apud.Doct.in l.1. ſol.matr.

Dictio, ſeu, ſtat declaratiue, ſeu correctiue, ac etiam ampliatiue.c.1.§. porrò. & ibi Archid.de ſtatu regul.in 6.& in c.Romana. §. cum uero.de appel.in 6.& in c.1.§.fin. ubi Gemini. de cogna. ſpirit.in 6. Archid.& Gemin.in c.ſtatutum.§.cū uere.de reſcr. eo.lib.glo.in c.ego Ludouicus.63.diſt.glo.in c.bonæ.il 1.in gl.fin. & ibi Abb.de poſtul.prel.Bart.in l.ſi quis ita.de auro & arg.lega. in l. generali. C.de ſacroſ.eccl.in l.ſi is qui ducenta. §. utrum.in 7.op.poſ.de reb.dub.& in l. cum quis decedens.§.fin.de reb.dub. Canon.in c. inter cæteras.de reſcr.gl.in l. ad protegendum.C.de in lit.tut. dan. Iaſ. conſ.64. dicam.nu.10.uol.1.conſ. 216. Gabriel. num.9.uol. 2.Crau.conſ.105.caſus. num. 6.Felyn. in d.c.inter cæteras.num.3.& ibi Deci. num. 7. Alex.conſ.79. eleganter.num.3.& 4.uol. 5. Socin.conſ.276.præmiſſa.num.2.Aret.ad Rubr.Inſtit. de action.nu.2. Nat.conſ.626.præſens articulus.num.11.de hac dictione plura Mandoſ. iun. ad Rom. conſ. 179.ampliſſime. ſuper uer. regulariter. Dixi ad Curt.iun. conſ.145.n.12. & de materia huius dictionis,quod poſita in beneficijs ſeu fauorabilibus diſpoſitionibus inducat ampliationem, ponit Rom.conſ.363. num. 2. & ibi copioſe Mandoſ. iun. ſuper uer.ampliationem.

Dictio, ſicut, non inducit omnimodam ſimilitudinē, & identitatem. c.cum in eccleſia. de præben. in 6. Rom.conſ. 328. Præſens conſultatio. num. 7. ubi plura de hac dictione.inducit tamen ſimilitudinem in actu cui apponitur. c. parrochianos. de ſent.excom.De cuius natura ui.Bal. in tit.de pace conſtan. c.in cauſis.in uer.ſicut. Luc.de Pen.in l.un.in uerſ. ſicut.C.de capi. ciu. exim.lib. 11. Iaſ. in l. ſi pater. col.7. uerſ. tamen reſponde.C.de inſt.& ſubſt.Fel. in c.2.poſt num. 15. de reſcr. in c. nouit. col. pen. uerſ.ſecundo conſidera. de iudic. Deci. cōſ.527.in ciuitate.ſub nu.11. uerſ.ſecundus eſt.Tiraq.de iure primog.num.30.& ui.inf.uerſ.dictiones,iuxta.

Dictio,ſuper, iuncta in oratione certæ rei,eius cui adiungitur hypothecam inducit. l.codicillos. §.inſtituto.de lega.2. quem ad hoc ponderauit Bart. in l. fundum.de ann.lega.citat Rom.conſi.388.num.2. Crem.ſing.46. mutuaui tibi.ꝙ dictū refert & ſequitur Rip.ſuper Rubr. de pignor.nume.5. Neguſ.de pignor.in 4.memb.2.par. prin.uerſ.33. caſus. Gomeſ.ſuper regu.de trien. q.11.ante,num.7. verſ.nā clarum eſt.Iaſ.in Authen. ſacramenta puberum.nume.26.C.ſi aduer.uend.Mandoſ. ſen. ſuper reg.de ſignat.per fiat.q.9.nu.6.poſt Bellam.conſi.44.Decanus.in fine.Roma.conſi.108.nume.2.& ponitur hæc dictio aliquando pro vltra.l.pen.ibi, ſuper pretium libertatis.iunc.glo.de peric. & com.rei uend. Luc.de Pen.ſuper rubr.C.de ſuperex. lib.10.& in l. fin.in prin.C.de manc.& colon.lib.11. Tiraquel.de utr.retr.tit.1.§.1.glo.12.nu.78.

Dictio, tantum, eſt reſtrictiua, l.ſi aduerſus. C. ſi aduer.uend.l.3.§.cum Titio. de adim.lega.Deci.in l. 1.num.3.de bon.poſſ.contratab.Gozad.conſi.53. num.10.Cur.iun.conſi.352.num.5.& 6. & excludit ea quæ in oratione non ſunt expreſſa,Roma.in l.un.colum.14.C.quan.non pet. par.Bart.in l.1.ſi quis ius dic. non obtemp. in l.cum ita legatum. de cond.& demon. in l.mutus. §.pen.de procur. & in l.ſeruum quoque.§.ait prætor.eod.tit.Bal.in repe. l.cum mulier.car.penul.ſol.matr.in l.ſi qui ex conſenſu.circa princ. C.de epiſc.aud. Ang. conſi.288. Domin.in c.quamuis.cir.prin.de procur.in 6.Imo. in clem.non poteſt.de procur.Cur.iun.conſ.12.nu. 4.Ceph.conſi.649.nu.83.

Dictio, toties quoties, apponi ſolita in compromiſſis, pro libertate data arbitris ipſa prorogandi,reſtringitur ad duas uices tantum, & non plus.Specul.in tit.de arbit.§.excipitur.uerſ.ſed quid ſi fuerit actū. Bal.in l.ſi diuerſa.colum.1.C.de tranſac. in c.præſentata.colum.penult.de teſtam.in c.cum tanto.colum.10.de conſuet.in c.olim ex literis. colum.2. de reſcrip.in c.tua nobis.ad fi.de appel. & in l.1.ad fi. C.de uſur.& fruc.legat.Rom.in repet.Rubr.de arbit.colum.8.Iaſ.ad l.4.§.prætor ait.de eden.ſub nume.10.verſicu.hinc eſt. Afflict.deciſ.46.num.2.ubi videtur innuere quod hoc habeat locum in una uice tantum. tamen Gram. in addi.ad eum dicit in practica ſeruatum,quod ſeruiat pro duabus uicibus. & citat caſus.& copioſe Vrſil.in adnot. ad d.deciſ. 46.poſt Tiraq.in l.boues. §.hoc ſermone. de uerb. ſignifi.limit. 6. in prin. quod autem iſta uerba habeant

beant locum pluries.& quouſque cauſa fuerit expe dita,uide ſup.uerſ.compromiſſa ad publicam.

Dictio, tunc, eſt denotatiua extremitatis temporis.l. 4.§.1.de cond.& demon.l.pen.de teſtam.tut.gl.& doct.in l.1.C.de codicil.gloſ.in clem.cum ei quem. de conceſ.præb.& in c.pręterea.de appel.Iaſ.conſ. 13.num.16.uolum.3.Dec.in l.lecta.num.23.ſi cer. pet.conſ.63.& pro tenui.num.2.& in c.paſtoralis. num.3.de excep.Cur.ſen.conſi.42.quia inquit.nu me.25.conſi.55.ſuper proceſſu.ſub num.1. uerſic. pondero enim.Soc.conſi.5.nu.7.uol.3. Ruin.conſ. 130.viſo.ſub nu.10.uol.1. Pariſ.conſi. 31. omiſſa. nu.26.uol.1.conſi.9.olim.nu.21.conſi.92.num.9. vol.3.conſ.143.in prin.uol.4.Mand.iun. ad Rom. conſi.204.lit.G.

Dictio,tũc & eo caſu,pluribus determinabilibus adiecta, debet ea pariter & uniformiter determinare.l. in teſtamento.C.de teſtam.mil.l.quamuis.C.de im pub.l.iam hoc iure.de uulg.& pup.Rom.conſi.131. prima. & ibi Mandoſ. iun. ſuper ver.tunc, Gozad. conſi.4.num.23.in fi.& conſ.uidetur.num.35.poſt Anch.conſi.357.ex ſerie.colum.3.uerſ.hoc probat quem ẽt ad hoc notat Dec.conſ.89.viſo pũcto. nu. 3Soc.iun.conſ.190.licet.nu.9.uol.2.Crau.cõſ.89. nobilis.nu.6.Pariſ.conſ.92.prima dubitatio.nu.10. li.2.Boe.deci.38.nu. 5.& non ſe extendit,ſed reſpi cit conditiones quibus apponitur, ut adimpleãtur formaliter,ita quod non fit extenſio.Pariſ. multos referens,conſi.86.nu.34.lib.1.

Dictio vniuerſalis negatiua comprehendit omnia cuiuſcunque generis,etiam ſi in una ſpecie militet ma ior comprehenſionis ratio quam in alia.l.1.§.quod autem prætor.in fi.de aleæ luſu.l.in fraudem. in fi. de milit.teſtam.Deci.in l.omnia.& in l.certi condictio.in fi.ſi cer.pet.conſi.5.& 11.num.13.113.in fi. 472. 599. & eſt idem acſi omnia fuiſſent ſpecificata.Bar.in l.2.de nouat.cum aliis de quibus per Cra uet.copioſe conſi.294.colum.4. uerſ.ſed magis. & 308.num.6.verſi.quinto. immo etiam ad incognita trahitur.Crauet. conſi.227.num.13.& 14.109. num.8.294.nu.j.& 2.& ad priuilegiata.d.l.in frau dem.§.fi.Ceph.conſi.463.nu.27.& ſeqq.

Dictio, ut ſupra, in fine poſita,non repetit aliquid de his quæ ponuntur in fine ad præcedẽtia,ſed potius repetit ea quæ dicta ſunt in præcedentibus ad ſequentia,Gemin.poſt gloſ. & alios in c.cupientes.§. inſuper.verſ.præmiſſa.& in §.ad hæc.uer.præmitti tur.de elect.in 6. & in c.1.de cler. coniug. eod.lib. gloſ.& doct.in clem.cauſam.de elect. Bart.in l.1.§. hoc edicto.de poſtul.Aret.conſi.155. num.1. Deci. conſi.127.nu.3.Bero.q.104.nu.7.Crau.conſi.208. nu.6.par.2.Menoc.conſi.220.num.74. & ſucceſſiue.par.3.Alex.conſi.59.prope fi. uol.3.Deci.conſ. 187.nu.10.& 377.ſub nu.5.uerſ.nec obſtat.Ruin. conſi.187.nu.1. Pariſ.conſi.19.num.68. conſi.41. nu.65.conſi.48.nu.14.conſ.64.nu.31.conſ.75.nu. 11.vol.2.Ceph.cõſ.622.nu.35.& conſ.638.nu.4.

Dictiones,iuxta,ſecundum,& ſimiles, cum ponuntur in priuilegiis,intelliguntur ſtare caſualiter, c.Abba te.de uerb.ſign. & cum ponuntur in reſcriptis iuſti tiæ,intelliguntur ſtare conditionaliter.c.quoniam. Abbas.ad fin.cum glo.de offi.delega. c.examinata. & c.ſeq.de confir.uti.uel inut.c.quia aduerſitatem. de conceſ.præben.Roma.conſi.336.num.3.Felyn. in c.2.num.10.de reſcrip.Deci.conſi.168.ſub nume. 4.uerſic.ultimo non obſtat.Rip.reſpon.30.nu.10. lib.2.Curt.iun.conſi.97.num.3.Gram.deciſ.59.nu me.24.Io.Bap.Fer.conſi.86.num.5. non enim talia uerba quando ponuntur in priuilegiis ſeu conceſſionibus gratioſis,faciunt quod aliquid probandũ ſit de more præteriti temporis, ſed reſoluuntur, id eſt,quia mos præteriti temporis ſic obtinuit.ita gl. in d.c.quoniã Abbas, & Bart.in l.eum qui.§.Iulianus.de conſtit.pecun. Oldr.conſ.121.num.12.Ioa. And. ad Specul. de feu. §. 1. uerſ.porro ſi feudum. not. Caſtr. conſ. 320.in cauſa decimali.Alex.conſ. 145.num.4.uol.2.Iaſ. in l. Admonendi.col.8.de iureiur.& in repe.d.l.col.12.Boeri. multa allegans,& ſic deciſum referens,deciſ.16.Dubium fuit.& deciſ. 247.Et videtur,& in reſcriptis iuſtitiæ quod dictio, iuxta,ſtet conditionaliter, & quod denotet continuationem,denotat.l.fiſtulam.de ſeruit.urb.præd. Alberi.in tract.de præpoſ.num.28.quod æquipolleat dictioni, ſecundum,ponit Abb.in d.c. Abbate. refert Gig.conſ. 92. quod decretum.col.3.uerſ.accedat.iunge dic.ſup.uerſ.dictio,ſicut.

Dictiones, quomodolibet, quouis modo, & quoquo modo, ſunt vniuerſales, & comprægendunt quæ aliàs non venirent,l.1. verſ. quoquomodo.de teſta. mil.l.quidam teſtamento.iunc.glo.in uer.quoquo modo, de fideicommiſ. libert. ex quibus habetur, quod propter uerbum, quoquo modo, prohibitio alienationis extenditur ad alienationẽ ex cauſa neceſſitatis factam,quæ ſub ſimplici prohibitione cõprægendi non ſolet.ſequitur Rol.cõſ.5.nu.47.li.1. Rimin.iun.conſ.180. num. 21. uol. 2.Ruin.conſi. 77.num.8. uol.2.& ui. ſup.uerſ. dictio, aliqua,uel aliquo. & inf. uerſ. ſententia lata & executio. Aduerte tamen quod non extenduntur ad ea quæ nõ ſunt ex natura actus. Bal. conſ. 67. col.2.uerſ.nec ob.ſi dicatur. lib. 3. Tiraq.de retr.ligna.§.1.glo.7. num.26.uerſ.ſed hæc. Craue. conſ.256.ſub nume. 8.uerſ.eodem modo.ubi dicit,quod dictio,quoquo modo,licet ſit vniuerſalis,tamẽ reſtringitur ad modos proportionabiles materiæ idoneæ in qua exprimitur. & dicit Nat.conſ.546.num.18.quod dictio, quoquomodo,eſt ampliatiua præcedentium, ſolum quo ad ea quæ ſunt eiuſdem generis cũ pręcedentibus. Burſ. conſi.157. nume. 29.& dixerunt Domin.conſ. 131.col.fin.& Craue.conſ.144.quod huiuſmodi dictiones uniuerſales ſemper reſtringuntur ad habilia, & ſecundum naturam actus cui attribuũtur,ut ſentit etiam Ceph. conſ.351.num.35. 36. Borgn. de uſufr. mul.relic.num.105. & ſub nu. 107.& deciſ.Fiuiz.5.num.16.

Dictionis, aliqua,natura eſt impropriare uocabulum, vt intelligatur etiam de qualibet minima particula,glo.in clem.1.cir.prin.in uer.aut earum parti.de foro comp. per quam ita dixit Bal. in l.ſi unquam. per illum tex.C.de reuoc.donat. ſequitur Iaſ.conſ. 29.num.4.& conſi.53.nume.15. uol.1. Crau.conſ. 135.num.29.& conſ.221.num.7.Couar.uar. reſol. lib.2.c.16.num.4.uer. ſecundo licet,ubi dicit quod negatiua cum nomine, aliquis,uerificatur etiam in qualibet minima parte. Tiraq. in d. l. ſi unquam. uerſ.omnia uel partem aliquam.num.14. cum ſeq.

Et



Et dictionem,aliquis,dici vniuerſalẽ, & omnia com plecti dicit Socin. conſ. 3. col. 3.uerſ.unde reſpon. uol.3.Crau.conſ.308.col. 3. in prin. uerſ. ſimiliter. & adeo eſt uniuerſalis ut comprehendat etiam impropria.Corne.conſ. 33.uiſa. col. 3. uol. 4. vi.ſup. uerſ.dictio,aliqua,uel aliquo.

¶Dictum gloſæ aut Doctoris intelligendum eſt ſecũdum legem quam allegat.Bart.in l. non ſolum. §.ſi liberationis uerba. de liberat. lega.quem ad hoc citat Rom.conſ.211. allegationes.num.5.Curt.ſeni. conſ.48.Memoriæ.num.32. conſ. 40. poſt nu. 72. conſ.56.num.5.in fi.conſ.59.num.11.in fi.& conſ. 64.num.4.Corſ. in reper. ad Abbas.uerſ. probatio eſt facienda.Deci.conſ.189.Lætatus. poſt prin.Lãber.de iu.pat. lib. 2. p.1.q. 9.art.18.num.7.Mandoſ.iun.ad d. conſ. Rom. ſuper uer. allegat.ubi ad hoc Bertr.in multis conſ.citat.

Dictum teſtis ſolius licet nõ probet perfecte.c.veniẽs. il 1.in fi.cap. licet uniuerſis.ca.in omni negotio.& c.licet ex quadam.de teſti. l. ubi numerus. ff.eo.l. iuſiurandi.C.eo.cuiuſcunque fuerit authoritatis, c. cum a nobis.ubi etiam gl. ext.eo.Iaſ.in l.1. §.ſi abſens. cir. fin. ſi ex nox. cau.agat. & in l.cum filius. in prin.col.pe.de verb.obl.tñ qñ ipſe teſtis deponit de facto proprio, ſatis probat. Caſtren. conſi. 34. num.3.84.nu.6.277. ad fi. lib.1.& 109.col.1.poſt med.lib.2. Alex.conſ.197.col.ult.uerſ.quia reſpondeo.uol.7.Soci.28.nu. 4. lib.3.Gram.conſ.crimin. 13.num.17.Crot.conſi. 106.num.18.ubi dicit cõ-
* munem.Iaſ.in l. cunctos populos. col. pen.uerſ.ſecundo fallit. C. de ſum. Trin. in 1. lect. ubi uidetur ſentire quod infamis deponens de facto proprio probat.uel ſi non plene probat, ut plures uoluerũt quos recenſet Menoc. de arbitr. iud. caſu. 99. facit tamen urgentiorem probationem quam ſi de facto alieno teſtificaretur. Crau. conſ.178.nu.7.Menoc. ubi ſup. num. 11. præſertim ſi cum eius dicto concurrunt aliquæ coniecturæ, uel indicia. Socin. iun. conſ.62.nu.6. lib. 2.Blan.de compromiſ. q.8.in fi. uerſ.ad illud. & fuit dictum Bar.in l.1.§.itẽ Cornelio.de quęſtio.ubi etiam Marſi.nu.3. Crau.cõſ.35. num.6.Meno.ubi ſup.nu. 17. Ceph. conſ.452.nu. 31.vi.inf.uerſ.teſtis idoneus unus.

Dictum unius admittitur & probat, quando continet factum proprium pertinens ad utilitatem tertii. ita Paul.Caſtr.in l.iuſiurandi. in fi. C. de teſti. motus, quia ſtatur dicto ſerui in his quæ explicantur per ipſum ſeruum,quamuis pertineant ad dominum. l. ſeruos. C.de teſti. l. intertogati. C. de quæſtion.l. quæro.§.fi.de ædil.edic.l.cum probatio. de proba. Saly.in l.ſi quis decurio.num.4.per illum tex.C.de falſ.vbi dicit ſtari dicto notarii,quia dependet a facto ſuo.idem tenet alibi Pau. in l.quicunque. ad fi. C.de ſeru.fugit.& in l.ſi debitorem.ad fi. ff.de nouat.in conſ.368.uiſis actis.ad fi.& in conſi.329.viſa petitione.col.1.ad fi.aliàs in impreſſione Papienſi eſt in conſi.110.col.2.vol.1.

¶Diffamatio debet inquiſitionem præcedere, ad hoc ut contra aliquem ſuper delicto procedi poſſit. eſt
* ſententia communis Inno.But. & aliorum in c.qualiter & quando.& in cap.inquiſitionis. de accuſ.ex Bar.in l.de minore.§.tormenta. de quæſt. Ang.in l. ſi uacantia.C.de bon.uac.lib.10.Hypo.conſ.14.ad hoc ut inquiſitio. Tollitur tamen talis diffamatio probata bona fama inquiſiti.Bald.in l.fi.col.vlt.C. de proba.Alex.conſi.113.viſo.col.pen.vol.1.Catal. de ſindic.verſ.adde quæ ſæpe. ante fi. Cuma.conſi. 135.ad primum.colum.2.uerſ.amplius.Cœpo.con ſil.39.Lucius.ſub nu.42.uerſ. ſed unum aliud.Dec. conſi.89.Lætatus ſum. colum.pen. Hypol.in prac. crim.§.diligenter. num. 196. Adeo quod ſi contra reum adeſſet unum indicium maleficiis, & pro reo ſit probata bona fama, reus non poterit torqueri uigore illius indicii,ſecundum Bal.in d.l.fi.& Alex. conſ.118.nu.47.vol.1.plura ad hoc ui.inf.ver.reus contra quem.

¶Difficultas ſuperueniens excuſat a mora eum qui ex parte ſua quantum in eo fuit expleuit quod conuenit, ſeu explere conatus eſt,l.quibus diebus. in princ.de condi.& demonſtr.c.ſignificante.de pignor.Rom.conſi.435.in pręſenti.in fi.ſequitur Neguſ.de pignor. par.4. princ. ſub nume.32. uerſicu. item adde.Deci. in l.quod te.in vlt. lectu. poſt nume.51.& ibi Rip.nume.42. ſi cer.pet. Tiraquel.de vtroque retract.tit.2.§.1.gloſ.2.num.58.Et hoc in obligationibus facti. l. ſi uehenda. §.penulti.ad l. Rhod.de iac.l.1.§.iubet.uerſicu.ſi frarer. de collat. bon.rationem aſſignat Deci. ubi ſupra, nume. 52. etiam ſi interueniat iuramentum. ibi. nume.53.& idem in debitore ſpeciei. ibi nume. 54. quid autem ſit in debitore quantitatis, ibid. nume.56. ubi copioſe de hac materia,qñ difficultas excuſet vel nõ.

¶Dignior quis dicitur ratione eius a quo habuit dignitatem. c. per tuas.& ibi Fely.de maior.& obed. idem Felyn. in rubr.eiuſd.tit.num.25.gl.in c.1.eo. & ibi Ab.col. 2. uerſ. ſecundo caſu.& in c.poſtulaſti.col.3.de conc. præb. tex. & glo. in l. 2. de albo ſcrib.Socin.trac.Fal.reg.129.doctoratus. Io. Montai.de auth.& præmin.mag.conſi.nume.7.uerſ.tamen ad propoſitum.Boeri.de ordi.& præced.grad. par.2.nume.21. Card.Alex.in c.Epiſcopos.colum. 2.uerſ. aut in prædictis eſt paritas. 17. diſt. Tiraq. de nobil.c.6.nume.7. & 8.& c.37.nume.62.Ceph. conſi.615.nume.42.cum plur.ſeq.ubi exemplicat. ui.inf.uerſ.oridinatus a digniori.

Dignitas ſuperueniens non debet eſſe ad diminutionẽ priorum commoditatum, ſed potius ad ampliationem. l. Alexandrinis. in fi. C. de decur. lib.10.per quem tex. dicunt ibi Ioan.de Plat.& Barto.quod licet Doctor qui legit per uiginti annos efficiatur comes.l.1.C.de profeſ.qui in ur.Conſtan.lib.12.ſi tamen ante erat propularis, & ſic tamquam popularis poterat ex forma ſuæ ciuitatis admitti ad honores & officia, ad quæ nobiles qui populares non erãt admitti non poterant admittetur: quæ enim inducta ſunt ad augumentum non debent operari diminutionem.l.ſi mancipia.de fun.inſtr.l.per adoptionem.de adop.per quem tex.ibi Bal.dicit,quod ſi per ſtatutum nobiles fiant populares,tamen non perdunt nobilitatem generis,ſed accreſcit eis popularitatis beneficium, nũquam enim interpretandũ eſt priuilegium ut priuilegiato poſſit eſſe nociuum. l.Diuus.ibi.nec ullorũ magis intereſt, &c. & ibi ad hoc notat Ang.de teſta.mil.Alex. conſ.32.nu.5.& 6.uol.5.vi.ſup.uerſ.conceſſum alicui in fauorem.& inf.uerſ.honor ſuperueniens.

Dignitate actu conſtitutus potior eſt illo qui facultatem habet ad eam actũ quærendam, l. 1. C. de conſul. lib. 12. l. 1. & 2. C. de offi. præf. prætor. l. 1. C. de præpoſ. ſac. cub. lib. 12. per quæ iura Fel. in rubr. de maior. & obed. num. 3. dicit, Doctorem iuniorem antiquiori præferendum, ſi iunior licentiatus fuerit prius quam antiquior, licet in aſſecutione gradus fuerit poſterior, ſequitur Boe. in trac. de auth. mag. conſ. nu. 98. poſt Rom. quem citat, conſ. 333. nu. 10. Staphil. de lit. grat. & iuſt. par. 1. ſub tit. de ui & ef. clauſ. uerſi. facit ad hoc. Contrarium aſſerunt, Iaſ. in l. cum quid. in 1. lect. nu. 16. ſi cer. pet. Fel. in proem. decretal. in uer. Gregorius. nu. 17. Alci. de præſum. par. 3. reg. 1. præſump. 46. nu. 7. & 8. Rui. conſi. 19. in hac controuerſia. num. 16. uol. 1. Grat. reſp. 116. quæſtio ſatis trita. lib. 2. materiam tractat; neutrã tamen ſententiam pro conſtanti tenet, licet primã debilem & dubiam oſtendat.

Dignitatum feudis omnes æqualiter ſuccedere dicit tex. in c. 1. in fi. de alien. feudi. vbi dicitur ita hodie eſſe uſurpatum. & tradit Alexan. conſi. 2. quoniam omne datum. colum. 6. verſic. preterea. uolum. 5. Socin. conſi. 67. num. 25. uolum. 1. repetito in conſi. 165. ſub num. 16. uerſic. primo quod diſpoſitioni. & conſi. 252. colum. fin. verſic. ſecundo dico. & conſil. 278. ſub num. 1. verſicu. ſed præmiſſis. uolum. 2. poſt Ioan. And. in addi. ad Specul. in rubr. de feud. uerſicu. non omittantur, Curt. iun. in tracta. feud. par. 4. quæſt. 30. uume. 122. uerſicu. octauo poteſt colligi. vbi alios citat. Tiraquel. plura adducens in tracta. de iu. primogen. quæſt. 4. nume. 37. Cephal. conſi. 617. nume. 50. & ſucceſſiue. uide infra, uerſicu. pater non poteſt prælegare. & uerſicu. feudum dignitatis.

¶ Dilatio hominis, & dilatio iuris a pari procedunt. c. ſignificante. de appel. ubi ſicut quod fit pendente dilatione hominis eſt nullum, ita & quod fit pendente dilatione iuris, iuxta tradita in §. diſponat. in Auth. de nupt. facit tex. in l. ſiue pars. ubi gl. Bar. & Bal. C. de dilatio. Specul. de dilat. §. 1. glo. in. l. 1. §. 1. in uer. nullius. de feri. glo. in c. ubi periculum. in uer. decem. de elect. in 6. Anch. conſ. 36. num. 6.

Dilatio ſubſiſtente litis materia prorogari poteſt, licet quo ad temporalem ſui formam ſopita ſit. C. de temp. appel. l. 1. ad fi. & ibi Bal. Alex. in l. 4. poſt prin. de dam. inf. Socin. conſ. 99. num. 2. lib. 3. Deci. in c. de cauſis. col. 5. uerſ. vltimo nota. de offi. deleg. Socin. iun. conſ. 39. col. 1. uerſ. præterea, & ſecundo. * lib. 1. quam ſententiam communem dicit Rebuf. ſuper concor. ſub tit. de prorog. dilat. glo. 1. uerſ. item apparet uoluiſſe. poſt Rom. conſ. 443. nu. 11. & ibi Mand. iun. in add. de quo copioſe per Gabriel. concl. lib. 2. tit. de dilat. concl. 3. per tot. & præſertim num. 8. & 9.

Dilatione pendente nihil eſt innouandum, c. non ſolum. de appel. in 6. niſi ſimus in penitus diuerſis, vel in non repugnãtibus dilationi. l. generaliter. §. nullo. C. de rebus cred. Barto. in l. ſiue pars. C. de dilatio. & in l. 2. num. 12. de re iud. Socin. regu. 93. fal. 1. & 16. Abb. in c. ſignificante. num. 9. de appel. Pute. deciſ. 12. ſub tit. de dilatio. ubi dicit quamlibet dilationem non impedire compulſorialium decretum, & alios actus ipſi dilationi non repugnantes, & ita Rotam tenere. Vel niſi ceſſet cauſa ob quam dilatio cõceſſa fuit, vel eãdem iudex cauſa cognita reuocaſſet. Bald. in c. 2. nu. 7. de dila. Bar. in l. a filia. §. alumno. ad Trebel. & conſi. 164. num. 2. Mil. in reper. in uer. dilatio.

¶ Diligentia præſumitur in priuato in rebus propriis. l. ſi conſtãte. §. ſi maritus. ſol. mat. quem tex. ad hoc citat Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centu. 1. caſu 40. num. 10. & eſt tex. in c. ſuper. de renun. & in l. cum de indebito. de probat. ubi quod quilibet præſumitur diligens in facto ſuo. Craue. conſi. 129. nu. 6. Simon de Pret. conſi. 8. nu. 16. uol. 1. & diligẽs in vno præſumitur diligens in alio. Bar. in l. fi. C. de his qui a non dom. manum. ſunt. nec eſt veriſimile diligentem errare. d. l. cum de indebito. §. ſi uero ab initio. verſ. qui enim ſoluit. Ceph. conſi. 108. nu. 11. p. 1. ui. inf. uerſ. iactare ſuum.

¶ Diſpenſatio aduerſus canones conciliorum & decreta Pontificum licet Epiſcopis prohibita ſit regulariter, glo. c. cum dilecti. de elect. c. præterea. de æta. & qual. c. pen. §. fi. iunc. c. 1. de fil. præsby. Archid. 16. diſt. ſicut. 27. q. 1. virgines. 66. diſt. in ſum. in ca. 1. de conſuet. in 6. & hr̃ in c. de multa. & c. dilecto. c. dilectus. de preb. & in cle. 1. de elect. tamen ubi concurrit urgens & not. cauſa, poterit Epiſcopus aduerſus prædicta diſpenſare. Rota deciſ. 152. aliàs 262. religioſo. in nou. & 5. ti. de iur. pat. Rom. multa ad hoc alle. conſ. 325. nu. 7. & 8. & ibi Mand. iu. ſuper uer. diſpenſare. Rebuf. in pra. benef. ſub ti. de diſpen. ad plur. benef. nu. 31. & alibi. Rom. conſi. 492. ſed an poſſit. iunc. addi. ad eum.

Diſpeuſatio ceſſare debet ceſſante cauſa diſpenſationis. iux. tritã regu. l. adigere. §. quamuis. de iure pa. & c. cum ceſſante. de appel. ita Archid. in c. 1. per illum tex. poſt princ. & ibi Domin. colum. 1. uerſicu. quæro an iſta conſtitutio. 55. diſt. c. cænomenſem. 56. diſt. c. Monachus. 67. diſt. c. ult. in fi. 77. diſtin. c. quod pro neceſſitate. & ibi glo. & alii. 1. q. 1. c. eos. 1. q. 5. c. quod pro remedio. & ibi Card. Alex. c. exigunt. 1. q. 7. c. ordinationes. verſ. quamuis autem. 9. q. 1. gl. in c. poſt translationẽ. in uer. ceſſante. de renun. c. quod pro remedio. 1. q. 7. c. quia circa. & ibi Card. Ale. in 4. no. de conſan. & affi. Archi. in c. neophytus. in fi. 61. diſt. Bal. in Rubr. de conſue. col. vlt. ver. ceſſante cauſa. & in c. pen. ad fi. de elect. & in c. at ſi clerici. col. 4. uer. quero nũquid. de iudici. quod ſeruit ad dicta inf. uerſ. Papa non poteſt diſpenſare.

Diſpenſatio eſt de lege iuriſdictionis. c. conquerente. & c. dilectus. de offic. ord. in c. ueniens. de fil. præsb. Rom. conſ. 325. quo ad primum. nu. 12. Deci. copioſe conſ. 206. pulchrum eſt. nu. 4. & ſucceſſiue, ubi copioſe de materia, & an extendatur extra territoriũ. & in l. fi. de iuriſd. om. iud. Et nota, quod cum ſit iuris communis relaxatio reſtringitur ad locũ & perſonam, & ita obſeruatur, ut per Caſſan. in conſuet. Bnrg. tit. 8. §. 16. & conſi. 31. ſentit Alci. in l. 1. C. de ſum. Trin. & ui. no. in c. tuę. de cler. non reſiden. per quem tex. Lap. alleg. 57. ad ſeruandam. nume. 7. dicit, ꝙ diſpenſatio ſuper abſentia cauſa ſtudiorum non includit perceptionẽ fructuũ, niſi hoc expreſſe dicatur. & hoc quia eſt ſtricte interpretanda, ita ut ſolum expreſſa contineat, non autem alia, etiam ſi adſit clauſula, non obſtante. quia gratiã non auget,



ſed ſolum validat expreſſa. Ruin. conſ. 208. nu. 18. in fi. verſ. nec ob. lib. 1. Ceph. conſi. 186. num. 29. & ſi fit circa unum defectum, non intelligitur fieri circa alium. l. cum propter. de lega. præſtan. Cephal. conſi. 235. num. 16. & 684. num. 45. & 46. Hinc eſt quod ſi diſpenſatur cum aliquo ut duas dignitates conſequi poſſit, ſeu perſonatus, intelligitur in diuer- * ſis eccleſiis, non in eadem, communis eſt Doct. ſententia poſt Aegid. in c. de multa. de præben. ſecundum Abb. ibi nu. 4. & Bal. in conſi. 53. quod eſt poſitum inter conſi. Cardi. eſt ratio, quia cum materia diſpenſationis ſit odioſa, debemus capere intellectũ minus iuri odioſum. c. 1. & 2. de fil. præsbyt. in 6. c. quod dilectio. de conſang. & affin. & vi. inf. verſi. diſpẽſationes ſunt odioſæ. Nota tamen, quod licet ſit ſtricti iuris. d. c. 1. & 2. tamen extenditur ad ea quæ ſunt connexa & dependentia ab his ſuper quibus emanauit. c. ſi quis in clero. 17. q. 1. in gl. iunc. gl. in c. quia in tantum. de præb. c. ex literis. in fi. de exceſ. prælat. Ioan. And. in c. cum ex eo. de elec. lib. 6. An autem præſumatur ex curſu temporis, colligit Gabriel. concl. lib. 1. de præſump. concl. 1. num. 15.

Diſpenſatio permittitur aliquando, quæ aliàs forte nõ permitteretur, ad euitanda ſcãdala, & pro bono pacis atque concordiæ. Fely. in c. 2. col. 2. uerſ. 14. propter ſcandalum. de præſcrip. Dec. in c. at ſi clerici. §. de adulter. col. 5. uerſ. tertio fallit. & in c. nouit. in 8. not. de iudici. Staphil. de liter. grat. & iuſt. ſub tit. de reſcr. in for. breui. uerſ. ſimiliter eſt iuſta cauſa. Pariſ. conſi. 68. dubium exoritur. nu. 132. lib. 4. Gomeſ. in tract. breui. num. 24. Rebuf. in praxi benef. ſuper regu. de diſpen. in gra. proh. glo. 5. nu. 38. M. Mantua conſ. 121. nu. 64. & copioſe Barb. conſ. 1. in fi. per. 3. col. lib. 3. ubi cumulat ea quæ pro bono pacis permittuntur. Et nota hæc pro dictis inf. ver. matrimonium tolleratur. & verſ. Papa diſpenſare ex iuſta cauſa, & verſ. Papa ex cauſa diſpenſare.

Diſpenſatio ſuper beneficiorũ pluralitate, non facta mentione, quod impetrans illa illicite detinebat, fructus inde percipiendo, non ualet. Abb. in cap. ad aures. colum. 3. uerſic. pro hoc etiam dicas. de reſcrip. Hoſtien. in c. dudum. il 2. colum. 13. uerſic. ſed caueat ſibi. de elec. Rebuf. in praxi benef. in 2. par. ſignat. tit. de diſpenſ. cum regu. fact. num. 66. & par. 3. nu. 57. & 58. Gabr. concl. lib. 5. de acq. poſ. concl. 4. uum. 8. uide ſupra, verſ. beneficium impetrans ſi poſſidet.

Diſpenſatio ſuper inhabilitate requirit iuſtã cauſam, aliàs eſſet potius diſſipatio. c. ex tenore. de temp. ordin. Pau. Caſtr. conſi. 117. ubi dicit, quod diſpenſatio debet fieri aliqua iuſta cauſa ſubſiſtente. c. innotuit. de elect. aliàs peccat qui ſine iuſta cauſa diſpenſat. c. diuerſis fallaciis. de cler. coniug. c. ueniẽs. de fil. præsbit. & alibi idem Caſtr. conſi. 219. ſuper puncto. Si enim fit ſine cauſa dicitur potius diſſipatio quã diſpenſatio. Imo. in c. vn. in glo. fin. de æta. & qual. ut B. Bernardum referendo dicit Curt. ſeni. conſi. 19. aggredior. num. 6. Soci. iun. conſ. 120. nu. 28. uol. 2. & ideo requiritur cauſa, quia per diſpenſationem uulneratur ius publicum, dicit Put. in recol. Rotæ. Rom. lib. 2. deciſ. 111. incip. in una Rauen. quam cauſam non præſumi, cum ſit quid facti. l. in bello. §. factæ. de capt. dicit Menoc. de præſum. lib. 2. præſum. 20. nu. 6. ui. ſupra, uerſ. clauſula ex certa ſcientia apposita. & inf. uerſ. in habilis ad dignitatem. & ad materiam diſpenſationis, vide copioſe Ceph. filiũm inter conſ. patr. conſ. 684. num. 28. & ſucceſſiue.

Fideicommiſſum tacite inducitur ex cõiecturis. l. licet Imperator. de lega.1.l.cum proponebatur. & l.qui ſolidum.de lega.2.l.pater filium. §. pater filios. dę lega.3.cum alijs relatis per Deci.conſ.15.nu.2. uer. & tacita etiam uoluntas.& conſi.23.nu.3.in princ. & 584.nu.12.Rimin.conſ.42.n.7.119.nu.11.255. nu.6.Soc.iun.103.nu.17.li.1. quæ coniecturæ in fideicommiſſis habentur pro expreſſa uoluntate,d.l. licet.Duran.de ar.teſt.tit.de ſubſt.caut.26.in fi.qđ & in reciproco fideicommiſſo, quod nõ uidetur inducendum,niſi ſubſtitutio ſit facta in tota hæreditate,& ab ultimo moriẽte,l.Titia Sęio.§.Sęia libertis. de leg.2.dicitur: inducitur enim aliter ſi uoluntatis teſtatoris exiſtant coniecturæ. Crau.conſ.113.nu.1. ad fi. ſicut etiam ex coniecturis interpretatur quod filij in conditione poſiti ad fideicommiſſum ſint uocati. Crau.conſ.62.nu.6.7.& ſeq. Ceph.conſ.478. nu.11.& ſucceſſiue. ubi recenſet coniecturas ex quibus fideicommiſſum tacite inducitur.

Fideicommiſſum ut dicitur remiſſum, quando uerba non ſunt clara, recurrimus ad coniecturas, quæ in hoc caſu ſufficiunt. ita Bald.in l.qui cum tutoribus. columna ſecunda,uerſicu. ſecundo modo. tranſact. Alexand.in l.qui Romæ.§.duo fratres.columna vndecima. de uerborum obligationib.Deci.conſi.86. numero quarto. Gabriel.qui alios citat, concluſ. libro quarto,tit.de fideicommiſ.concluſ.1.nume.35. Decian.conſilio ſecundo.84.uolum.ſecundo. Riminal.iun.conſilio 204. numero 32.uolumine ſecundo.Meno.de præſump.libro 3.c.115.num.2.& ſucceſſiue, ubi coniecturas recenſet ex quibus cenſeatur inducta remiſſio fideicommiſſi. & vide inf.verſ. diuiſio bonorum fideicommiſſo.

¶Fideiuſſio a lege requiſita in aliquo actu, etiam cum clauſula,non aliter ualeant &c.ita demum præſtanda eſt, ſi eam pars poſtulet. gloſ.ult.circa med.in l. uniuerſa.C.de precib.Imp.offer. & eſt tex. in l.peto.§.fin.de lega.2. ubi Caſtr. gloſ. in l.ſcimus. circa prin.in uer.ipſo iure.C.de inof.teſtam. in c.1.ne ſede uacante. in l.eleganter.in uer.nullam. & in gloſ. mag.poſt med.ubi etiam Bar.col.antepen.de dolo. Imo.in cap.ſi quis pręsbyterorum.de reb.eccl. non alien.& in l.cum hi.§. eam.ubi etiam Iaſ. de tranſa. Rui.conſilio 91.nu.10.lib.2. Deci.607. ſub num.7. uerſ.quia uerum eſt. Rip.in l.4.§. hoc autem iudicium.de dam.inf.in l.de pupillo.§.meminiſſe.num. 18.de op.no.nun.& in l.ſi unquam. quæſt.41.in fi. C.de reuoc.donat. Iaſ. ſimilia plura cumulans in l. 2.ſuper gloſ. in uer. uolenti. C. de iure emph.Rol. conſilio 81.numero quinto, & ſexto, lib.3. Cepha. conſi.454.nu.43.

Fideiuſſor ex perſona ſui principalis conſequitur aliquãdo illud, quod ex perſona propria cõſequi non poteſt.

poteſt.Bal.in l.quoties.num.5.C.de prec.Imp.off. Arnol.caut.32. quamuis, vt ſi quis conueniat fideiuſſorē fiſci coram ſuo iudice, & fiſcus ſuſcipiat cauſam in ſe, tenetur agens mutato foro illum corā iudice fiſci cōuenire, niſi eſſet priuilegiatus, ut fiſcus. gl.in l.1.C.ubi in rē act.& ibi Bar. & Bal.Bar.conſ. 219.num.1.lib.1. Rota Bonon.92. quæ tota in hac materia uerſatur.Capic.deciſ.197.nu.6.& 9.Aret. in §.actionum. ſub num.19. uerſic.quæro.Inſtit.de actio.Ioan.de Amic.conſi.19.& dixit Caſtr. in d.l. 1.quod ſi venditor ueniens ad defenſionem emptoris pro ſuo intereſſe, velit in ſe iudiciū aſſumere tanquam procurator in rem ſuam, debeo cum vēditore litigare, non cum emptore. pro quo vide ſup.verſi. emens bona fiſci, & verſ.dominus directus.

Fideiuſſor regulariter conueniri non poteſt, niſi prius excuſſo principali debitore, iux. text. in Authent. præſente. C.de fideiuſſ. etiam ſi renunciatum fuiſſet beneficio de fideiuſſoribus. Alexan. conſilio 31. incip.in cauſa executionis.col.2.& ſeq.volum.4.& etiā ſi fideiuſſor qui promiſit voluit teneri, ut principalis.ita Gui.Pap.ſing.604.Hoc dictum ampliant ad fideiuſſorem de iudicio ſiſti, & iud.ſol. Bald.in l. 2.§.ſi quis ex his. vbi Caſtr.Alexand.Iaſ.& Iacobi. * qui communem dicit. ff.qui ſatiſ.cogan. Ioan.Fab. in §. ſed hodie. Inſtit. de ſatiſd. Ampliatur etiam ſi fideiuſſor promiſerit pro alio ſe ſoluturum, libere, & ſine vlla exceptione. ita Roman. conſilio 211. Marſil.ſing.332. Fely. in cap.cauſam quæ. numero vigeſimoſecundo.de reſcr. ſi tamen iuratum fuerit, ſecus erit: nam tunc poterit, ut principalis conueniri: ita Cyn.in l.ſi ex cautione. C. de non numerata pecunia.Bald.Anchar.& Abb. in c.ex reſcripto. de iureiuran.Bar.in l.ſi quis pro eo. in octauo memb. ff.de fideiuſſor. Alex. conſilio 31.columna vltima. uolumine quarto, & in l.vlt.columna quarta.ſi certum pet.deciſ.Tholoſ.130.Marſil.rubr. C.de fideiuſ.col.2.Socin.reg.134.limit.1. Venetijs poteſt fideiuſſor compelli a creditore ut ſoluat, licet contra principalem debitorem non fecerit experientiam, ut in lib.6. ſtatut. c.15. vide ſup. verſ. excuſſio ubi certum eſt, & quæ ad hanc materiam cumulat Gabri.concl.lib.3.de fideiuſ. concl.1.

¶ Fieri aliquid in termino, vel incontinēti poſt, paria ſunt.gloſ.in l.Pomponius.§.ratihabitionis.de procur.quæ adducit concordantes, eamque ad hoc ſingul. reputat Imo. in l. ex conſenſu.§. eum qui.col. 25.de appel.& in l.2.§.prius. de uulg.& pupil.concor.gloſ.in l.2. in princ.in uer. narrationem. C. de iuram.calum.dum dicit, ſatis dicitur fieri in primordio, ſi ſtatim poſt fiat. l.lecta. §. dicebam. ſi certum petatur. & hoc expreſſe firmat Specul. in tit.de ſatiſd.§.viſo.verſic.debet autem præſtari. Iaſ. ad l.in pecuniarijs. numero 29.de feri. idem ad hoc multa cumulat in l.ita demum.C. de procur. & nota quia ſeruit hæc propoſitio ad multa, vide ſupra verſicu. facere aliquid actu ipſo, & infra verſic. incontinenti dicitur.

Fieri quod non poteſt de per ſe, & principaliter, nec ēt per prorogationem fieri poteſt: quoties prorogatio eſt eiuſdem formæ, & naturæ cum actu prorogato, tunc enim ſunt unum, & idem, ut not. in cap. hi qui, de præbend. in ſexto. & in l.cum in plures. §.lege dicta.ff.loca. ut in caſu, de quo infra uerſ.res alienari concedive, nam eo caſu conuentio perpetuitatis, ſeu renouationis non ualet, quia temporale per formam, & temporale per naturam non poſſunt trahi ad perpetuitatem.l.epiſtola.§.fi. de pac. ita firmat, & in contingentia facti conſuluit Bald. conſilio 327.ad euidentiam. verſi.ex quo ſequitur. uolumine tertio. & conſilio 392. locatio rerum. in princ. libro quinto. aliàs eſſet dare alienationē per indirectum, quod regulariter eſt contra conſtitu.§. neque illud.iunc.§.in emphyteuſim. in Authen. de non alienan.aut permut.reb.eccleſ. ut dicit Alexā. conſilio 165.viſis.columna prima, volumine ſecundo.& Card.in clementina prima.§.fin.columna vltima, quæſtione vltima. de reb.eccleſ. non alienan. & hoc eſt prælatis eccleſiarum utile, & aliis, quorum bona quæ de ſe ſunt inalienabilia, per indirectum alienantur. de quo per Iaſ. in l. manumiſſiones.columna penultima.verſic.circa hoc quæro. & columna vltima. de iuſt.& iure. Ang.conſilio 131. Ex forma. in vltimo dubio. Curt.iun. conſilio 88. numero tertio. Et ad materiam eorum, quæ fieri, uel non fieri poſſunt per æquipollens, vide Roma. conſilio 433.& in addi.Mandoſ.iun.ad eum, ſuper verſic. quo ad priumum. ubi copioſe tractat, an & quando publicatio, quę non poteſt fieri in loco beneficij fieri poſſit in loco æquipollenti.

¶ Filiatio probatur probando quaſi poſſeſſionem filiationis, puta quod habebatur, reputabatur, & tractabatur ut filius. ita Barto. in l.prima.§.primo.de quæſt.& in l.prima.C.quor.bon.& in l.non nudis. vbi etiam alij.C.de probatio. Butri.in cap.tranſmiſſæ. qui fil. ſint legi.Salic.in l.nō epiſtolis.in fine.C. de probat. Salyc. & Iaſ. in l. neque profeſſio. C. de teſtament. Alexand. conſilio 51. viſo & diſcuſſo. numero ſecundo, uolumine primo. Socin.conſi.89. in cauſa agitata. numero ſexto, uolumine primo. Curt.ſen.conſilio 17.in nomine Sanctæ.ſub numero decimo.poſt princ. Afflic.deciſ.25. in cauſa. numero primo, & ibi Vrſil. in annot. vbi late de probatione poſſeſſionis ſeu quaſi, fraternitatis, ſororeitatis, filiationis, an ſat ſit ad obtinendum in petitione hæreditatis. Alciat. de præſump. parte tertia, numero quinto. Ang. conſilio 87. pro deciſione. in fine.Iaſon conſilio 106. ſpectabilis. numero octauo, uolumine primo.Deci.cap. per tuas, ſub numero ſeptimo.de probat.conſilio 54.in cauſa domini. ſub numero primo, verſic.ſed tamen prædictis. ubi late.& conſilio 153. numero quarto. Rui.conſilio 128.quamuis.numero octauo, in quarto uolumine. Ioan.Bapt.Fer. conſilio 49. verum quia. per totum. vbi ample tractat materiam probationis filiationis, quo ad effectum ſuccedendi.uolumine primo. Hier. Magon. Rot. Luc. deciſione 86. egerat. per tot. vbi copioſe tractatur de probatione filiationis. pro qua materia, vide Nattā ad d. conſiliū Alexand.51. ſuper uerſ.filiationis. & ſuper uerſic. & de ueritate matrimonij. Menoc. de arbitr.iudic. libro ſecundo.caſu 89. numero 74. & de præſump. libro primo, quæſtione decimaquarta, numero 47. & queſt.58. numero duodecimo. vbi quod filiatio ſolis coniecturis, & præſumptionibus probatur. & q.37.num.7. q.35. nu.33. ubi ponit qualiter pro-





betur.& li.3.q.133.nu.14.& 16.ubi alios, & ſeipſū refert in libro 6.præſump.28.& de hac materia ardua, quæ ſępe in materia ſucceſſionis occurrit, vide Lanfran.in c.quoniam contra. de proba.num.428. & quod ſit difficilis & impoſſibilis, ponit Anton.de Butr.in cap.veſtra.de cohabitatione clericorum, & mulie. vide infra verſic. filius legitimus, vide Io.de Monte Sper. in conſilio 262. incipien. aliquem eſſe filium.

Filia a ſucceſſione inteſtati municipali iure excluſa extantibus maſculis, ſi a patre fuerit teſtamento præterita, nec teſtamentum nullum dicere, nec contratabulare poteſt. Bald. in l.poſthumus. §.ſi quis ex his.de inoffic.teſtam. ubi dicit ſe ita conſuluiſſe. & ita etiam dixerunt Ang.conſilio 105.nu.4. Cuma. conſ.90.nu.3.& 128.nu.2. Rom.conſ.13. num.1. Alexan.conſ.19. num.4.Iaſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.nu.58.vbi etiā Clau.nu.21.de lib.& poſth. & in l. non licet.col.fin.verſ.ſexto limita.C.de lib. * præter.Capic.deciſ.158.nu.6.in fi.quam ſententiā dicit communē.Aret.conſ.159.lōga eſt. in 11.dub. Dec.conſ.105.nu.1.Grat.reſp.21.nu.8.li.1.ubi omnes concludunt poſt innumeros quos ipſi citant, filiam in caſu præmiſſo non poſſe dicere de nullitate contra teſtamentum paternum, & quod nec etiam uenire poſſit per cōtratabulas, dixit Bal. conſ.329. cir.primū. verſ.in contrariū.uol.3. Alex.conſ.125. quoniam.num.2.uol.6.Iaſ.in l.filiæ dotem.num.5. C. de collat. Tiraq.de iure primog.quæſt.53. vide Alexan.in nouiſ.lect. ad d.§.& quid ſi tantum.nu. 54.& ſucceſſiue.

Filia cogere poteſt patrem officio iudicis, ut ipſam dotet.l.qui liberos.de ritu nupt.l.fin. & ibi Doc.C.de dot.promiſ.& ipſo defuncto, ad idem eius hæredes compellere poteſt. gloſ. & omne in l.1.ſol.mat.Pariſ.conſ.26.num.84.& conſi.29.nu.60. uol.3. etiā ſi ipſa filia ſit diues, & amplam ex bonis aduentitiis * aliunde dotem habeat, communis eſt omnium ſententia in l.fi.C.de dot.promiſ.& in l.1.ſol.mat.Soc. conſ.57. nu.3. uol.4. licet etiam ſine eius conſenſu nupſerit, ſecundum communem in d.l.qui liberos. & Doc.in d.l.1.ſol.mat.Pau.Caſtr.in Auth.res quę. C.com.de lega.& ibi Iaſ.n.14. idem Iaſ.in l.ſi donatarius.§.ſi quis.nu.5. de cond.ca.da. Abb.in c.cum cauſā.de raptor.in c.1.de adult.in cap.1. ubi alij.de ſponſ.Alex.conſ.141.uol.2.Pariſ.d.conſ.29.nu.62. etiamſi indigno, ipſoque patre non cōſentiente nupſerit.Alex.in d.l.1.n.32.Iaſ.in Auth.ſed ſi poſt.C. de inoffic.teſtam.Dec.in l.nuptias. de reg.iur.Imo. in c.accedens. de procurat. Deci.conſi.231.Socin. conſ.57. uol.4. & hoc intellige ſi filia ſit maior annis vigintiquinque. Quid autem ſi ſit minor, vide inf. verſ. Pater non cogitur dare dotem. & verſic. filia dotanda eſt a patre. & verſic. Pater tenetur dotare filiam.

Filia cui a patre relictum eſt legatum cum clauſula, ita quod de bonis ipſius teſtatoris nihil aliud petere poſſit, non impeditur de iure petere dotem maternam.ita Bart.in l.ut iuriſiurandi.§.ſi liberi. ad fi.de oper.liber. quia ſub nomine bonorum ſuorum non includitur dos uxoris.l.prætor.§.emācipati.de collat.bon.Bald.in l.liberti libertæq;. col.antep. C.de oper.liber.Saly.in l.ſi quando.§.fi.ad fi. C.de inoſ. teſt.Iaſ.in conſ.214.nu.12.uol.2.& in Auth. pretcrea.num.26.ubi Dec.nu.13.C.unde uir & ux.Gui. Pap.q.93.ſub nu.2.uerſ.ſed alia inſurgit, ubi ponit caſum in terminis, cū ratione deciſionis.Corn.conſ. 212.clarum.nu.14.uol.1.Pract.Pap.in forma libelli quo pet.hær.ex teſta. gl. in uerſ.in omnib.eius bonis.nu.7.Bertr.conſ.378.duo. nu.2.uol.3. Ripa in rubr.ſi cer.pet.n.4. Nat.conſ.186. viſo teſtamento. nu.2.vi.inf.uerſ.filius acceptans.& ſup.uerſ. clauſula (nec plus de bonis) & inf.uerſ. filia licet.

Filia cui pater reliquit mille ſi nupſerit, & centū ſi monaſterium ingrediatur, de iure mille petere poteſt etiam ſi monaſterium ingrediatur, ex ſententia Io. And.ad Spec.ſup rubr.de ſta.monac.Alberi. de Roſa.in 3.par.ſtatut.q.104. Socin. poſt Bart.in l.2.de his, quæ pœnæ nom.ubi dicit Alexād.in apoſtil.ad Bar.quod ita fuit iudicatum Bononiæ.conſ.35.col. 3.121.col.pen.uol.2.& 98.col.1.uol.4. quam ſen- * tentiam magis cōem dicit Crot. in l. nemo pōt.col. 31.de leg.1.& Soc.conſ.269.col.1. & 241. col.5.in fi.& Iaſ.in Auth.ſi qua mulier.col.4.& 5. C. de ſacroſ.eccl.Deci. eam clare firmat in tali relicto filio, in conſ.674.& in c.in præſentia. n.3. de prob.Rip. in l.1.n.62.ſol.mat.ubi cōem dicit Pariſ.cōſ.65.col. 3.uol.2.Soci.iun.conſ.160.col.3.uol.2.Secus de cōſuetudine, ut dicit Iaſ.conſ.43.col.5.uol.3.qui dicit iſtam opinionem tenēdam propter cōem obſeruantiam, & naturalem æquitatem, quæ cū ea cōcurrit. Brun.in trac.quod ſtan.maſc.art.9.q.3.& 4.diſtinguit, & effectualiter videtur iſtam partē tenere propter conſuetudinem, quę, licet ſeruetur, mihi tamen nunquam placuit, quia ſicut reijcitur cōditio retrahens a matrimonio carnali, l.quoties.de cond.& de monſtr. ita & fortius retrahens a ſpirituali, & ſic a religione, ut dicit Fel.in d.c.in præſentia. verſ.& ad hoc multum me inclinat.

Filia dotanda eſt a patre, de iure communi, l.qui liberos.de ritu nupt.l.filiæ.de lega.3. l.fina. C. de dot. promiſ.glo.& Bar.in l.obligamur. §. lege.de actio. & oblig.& in Auth.res quæ. C. com.de lega.Doct. omnes in l.1.ſoluto matr.Alexā. in l.huiuſmodi.§. cum pater.numero ſecundo.de legatis primo. Soci. conſilio 2.nu.29.libro 1.aliàs conſ.9.nu.22. Ceph. conſ.160.nu.2.Sim.de Præt.conſ.137.nu.30. & dotanda eſt de proprijs bonis ipſius patris. Alexand. plene in dicto §.cum pater.d.numero 2. & conſi.7. numero 10.in fin.uolum.2.Curt.iun. conſilio 202. numero 6.etiam ſi filia habeat de ſuo unde ſe dotare poſſit.l.fin.C.de do.prop.nup.Bald.in l.ſi pater. numero tertio. C. de do.prom.Alexand. d. numero 10. in fine. Iaſ.conſilio 133. colum.8. uolum.4. Ceph.iun.inter conſi.patris. conſi.642.num.37.& vide ſup.verſ.filia cogere poteſt, & verſic. dos filiæ debet eſſe.

Filia dotata, ut excludatur a ſucceſſione ab inteſtato vigore ſtatuti dictantis (filia dotata non ſuccedat) requiritur quod reperiatur dotata tempore ſucceſſionis, non poſt. ita Alexand.conſilio 151. colum.1. uol. ſecundo, quam propoſitionem idem teſtatur * cōem, conſilio 83. col.pen.uerſ. non obſtat.uol.3. quia qualitas appoſita in aliqua oratione intelligit ſecundū tps uerbi ad qd refert.Bar.in l.ex facto. de vul.& pu.Cor.cōſ.75.lit.E.uol.1.& i lit.S.uerſ.vtrū

autem.Iaſ.in l.fin. col.6.in fi.uerſ. tamen dominus Abbas.C.de pact.Cur.iun.cõſ.10.col.3.in fi. Deci. conſ.71.col.1.105.col.1.in fi.261.col.3.in princ.266. col.1. Natta conſ.74. col.pen. Brun. in trac.excluſ. fœmin.art.6.prin.q.16.Socin.iun. conſi.5. nu.16. uol.2.Ripa in d.l.ex facto.nu.31. Ceph.conſ.5.nu. 69.Rolan.conſi.96. incip.ſi ſola iuris. nu.13. lib.4. vbi habes materiam enucleatam.

Filia excluditur a nepote ex filio, ſtante ſtatuto excludente filias propter filios. ita Bart. in l.liberorum. de verborum ſignif. numero 12.cuius opinio eſt vera,& communis,ſiue in ſtatuto expreſſa ſit ratio agnationis conſeruandæ,ſiue non,ut not. Aegid.deciſ.724.in fi. Alexan.conſilio 36.numero 14.uolumine ſexto. Deci.conſ.372. numero octauo. & per totum. & conſ.443.num.30. Natta de ſtat.exclud. fœmin.q.10.3.q.princ.Fulg.conſi.78.col.fin.Brun. de ſtat.exclud.fœm.art.12.q.16.colum.2.ubi plurimos in hanc ſententiam citat.& Tiraq.de iure primog.q.40.num.49.Gabr.conſilio 1.num.8. uol.2. licet aliter ſcripſerint Bal.in l.ſed & milites. de excuſ.tut.Imo.in l.ſi uero. §. de viro.num.34. ſoluto matrim.Deci.ſibi contrarius,conſi.287.num.10.& conſi.451. num.9. vide inf.verſic. ſtatutum excludens fœminas extante fratre.

* Filia excluſa a ſucceſſione inteſtati vigore ſtatuti, videtur excluſa etiam a legitima,ex communi ſententia, de qua per Brun.in trac.quod ſtan.maſc.9.art. princ.quæſt.prima.Tiraq.de iure primigen.quæſt. 55.nu.9.Rimin.iun.in l.precibus.nu.146. C.de impub.Ceph.conſi.50.nu. 50. intellige tamen ſtantibus agnatis habilibus ad ſuccedendum. Bart.in l.2. §.ſed & ſi ſunt ſui. ad Tertul.l.1. §.qui habebat.de bon.poſ.cont. tab.Bal.in l.fratres. C.de inof.teſta. & in l.in ſubſtitutione.circa fin.de uulg. in l.maximum uitiũ.col.5. C. de lib.præter. ſecus ſi non ſint habiles,utputa forenſes, qui non fruũtur beneficio ſtatuti,iux.no. in l.fin.de iuriſd.om.iud. in l.1.in fi. de tut.& cur.dat.ab his.Alex. conſi.44. videretur, col.4.verſ.& ſic manifeſte.& col.pen.verſ.nec prædictis obſtat.vol.1.Socin.iun.conſ.80. lib.4. Ceph. conſi.619.num.12. & ſucceſſiue. & conſi.34. num. 36. an autem filia augeat nnmerum, & numeretur cum filiis maſculis ad faciendum partem in legitima,vide Foſſan.deciſ.159.num.6.& ſucceſſiue, ubi habes octo opiniones.

Filia licet ex diſpoſitione ſtatuti debeat eſſe contenta eo quod pater ſibi dederit in dotem,nec aliud petere poſſe videatur,licet ſit dotata longo minori dote quàm ſit legitima. Caſtr. conſilio 208.in ſeptimo dubio.& conſilio 405.libro ſecundo. Alexand. conſilio 34.uolumine quarto.Curt.conſilio 44.columna duodecima. Iaſ.in l.voluntatis. C.de fideic. conſilio 231.numero quarto,uolumine ſecundo.& 133.numero quarto,uolumine quarto.Curt.iun.in Authen.res quæ.numero 10.C.com.de lega. Brun. in tract.quod ſtan.maſc.art.9.quęſt.1.columna 12. id tamen non procedit, quando agitur de eius excluſione,quia tunc in recompenſationem excluſionis debet pinguius dotari. Deci.conſilio 180. num. ſecundo.& in Authent. præterea. numero quinto. C.vnde vir & vxor. Nec ſimiliter ubi in magno exceſſu eſſet læſa. Ceph. plures citans conſilio 650, numero primo, & ſecundo. vide ſupra verſic. clauſula, nec plus de bonis &c. & verſiculo, filia cui a patre.

Filia nata ex filio præfertur patruo in ſucceſſione ſui patris,ubi teſtator non inſtituta filia,ſed dumtaxat dotata inſtituat filios, eoſque inuicem ſubſtituat. Socin.ſen.conſilio 227. columna fin. libro ſecũdo. & conſi.55.lib.3.Curt.ſen.conſilio 44. num.18. & ſucceſſiue.& conſi.63.num.10. Deci. conſilio 370. columna prima.verſ. ſed difficultatem.Alcia.conſi. 528. in impreſ. Lugd. Corn. conſilio 130. libro 3. Deci. conſilio 1.libro ſecundo. vbi latiſſime oſtendit hanc ſententiam eſſe communem. & Ceph. conſilio 45.numero ſexto,& nono. & conſ.46. nu.13. & 19.& 30.& conſ.616.uu.69.

* Filia quæ bonis paternis renuntiauit, non excluditur a bonis fraternis, quando frater adiuit hæreditatẽ patris,quia non dicũtur amplius bona paterna, ſed fraterna. glo.in l.1.§.veteres.de acquirenda poſſeſ. quam communiter approbatam dicit Cur.iun. conſilio 101. numero quarto, & ita dixit Ang. conſilio 52.Alexand.conſilio 198.columna tertia,verſ.non obſtant.uolumine 6.Deci.conſilio 31.columna fin. 230.columna ſecũda.266. columna 1.419. in fine. 506.columna ſecunda, in princ. Soci.conſilio 289. columna penult.in fi.volum.2.625.in fine.683.columna 1.volumine quarto. Iaſ. conſilio 159.col.2. uolumine ſecundo, & in l. eius qui in prouincia. ſi certum pet. §.quod ſi ſtipulatus. numero 11. Goz. conſi.9.num.60.Pariſ.conſilio 23. nume.52.uol.1. imo etiam hoc habere locum, licet non ſit adita hæreditas,volunt Rom.conſi.168.in princ.Deci.conſ. 309.columna ſecunda. in princ. 318.columna 3. in fine,uerſicu.vnde uidemus. 433.columna ſecunda. in princ.551. columna prima. & 581. ex ea ratione, quia ſatis eſt quod ueniat ex perſona alterius, & ex nouo iure ſuperuenienti.Capra conſ.12.cir.fi. Aret.conſ.161.in prin.quos ſequitur Rol.conſi.95. nu.44.& conſ.99.in prin.uol.1.ubi etiam plures in hanc ſentẽtiam citat,vide ſup.uerſ.cõtractus ualor.

Filia, quando renuntiauit iuri ad quod uenire poterat, & fuit enormiſſimo læſa, ceſſat diſpoſitio cap. quamuis.de pact.in 6. Anch.in c.1. de conſtit.char. 2. uerſic. ego etiam conſului. in regu.acceſſorium. char.3.uerſ.pro declaratione. de reg.iur. in 6.conſ. 38.pro clariori,& in multis aliis conſi.quę referunt ac ſequũtur Soc.conſilio 243.capio primum.col.3. verſ.præterea facit.libro 2. Rui.conſilio 107. num. 19.135.nu.15.170.nu.21.lib.1.conſ.60.nu.23.lib. 3.Socin.iun.conſ.129.nu.40.uol.1.Deci.conſ.180. col.4.181.nu.2.203. nu.6. 216.num.5.& conſ.615. viſo contractu,& ante eos, Cald.cõſilio 8.duæ puellæ.Fede.de Sen.conſ.119.aliàs 194.Quæritur an domina Margarita.Butr.conſi.45.iuris rigor. & in ca. cum contingat.col.8.uerſ.quartus caſus.de iureiur. Cuma.conſi.80. vñ. Abb. d. c.cum contingat.char. pen. uerſ.unus caſus.& conſ.107.quatuor ſunt. in 2.dub.uol.2.Caſtr.conſi.177.Aret.in l.1. §. ſi quis ita.col.7.& 8.de uerb.oblig.in l.qui ſuperſtitis.col. 8.de acq.hær.& conſi.93.viſo legato.col.2. Barba. conſi.21.col.5.lib.1. conſi.53. colum.2.lib.2.Corn. conſilio 11.124.214.lib.3.& conſilio 147.lib.quarto. & in l.pactum quod dotali.in 9.fal.C.de collat.ubi





dicit d.ca.quamuis non procedere quando apparet de enormi iniuſtitia.& Affl.deciſ.322.nu.11.Rimi. conſ.39.nu.14.Fel.in c.in pręſentia nu.11.verſ.& quis inter iſtos.de prob.vi.inf. verſ. Læſio enormis pręſumptionem.Materiam copioſe proſequitur Gabr.concl.lib.3.de iu.dot.concl.1.n.5.& ſucceſſiue, & vi.ſup.verſ.Dolus præſumitur ex enormiſſima.

Filia renuntians bonis paternis cum iuramento, ſi decedat viuo patre,non pręiudicat ſuis filiis,& ſic nepotibus,quin ad bona aui venire poſſint.Bal. Paul. & Alex.in l.pactum dotali. C.de collat. Bal. in l.fi. colu.4. verſ.ſed hic incidenter.C.de pact.Imo.in l. qui ſuperſtitis.col.3.de acq.hær.Bal.conſ.403. lib. 1.Caſtr.in l.fi.ĩ prin.C.de bon.quæ lib.Signor.cõſi.29.nume.6.Goz.conſilio 75.numero 21. 22.Deci. copioſe in d. l. pactum.numero 18.Gram.deciſ. 57.numero 39.Bero.conſilio 49.numero 38.lib.1. Dida.ad c. quamuis.de pac. in 6. par.3.§.ſecundo, numero quarto. & §. 3. numero 7. Ruin. conſilio 49. numero quarto.lib.1.192.numero 18.lib.ſecundo. 18.nu.10.lib.3.Pariſ.16.nu.75.lib.2.69.nu.45. lib.3.Rube.conſilio 42. numero 5. in fin. Et hoc ſi ſint proximiores, & hoc caſu etiã ſi habent cohæredes dotem maternam conferre tenẽtur,ut per Doc. in dicta leg. pactum dotali. vi.Ceph. materiam copioſe tractantem conſilio 467. nume.51.& ſucceſſiue. & ibi ſecus ſi filia patri ſuperuixit, numero 52. & per totum conſil. in quo habes copioſe diſcuſſam hãc materiã renunciationum, quas faciunt filiæ fratribus vel parentibus dum nuptui traduntur. & in conſilio 650. nume.7.& 8.

Filia vbicunque probat vel probare vult ſe in magno exceſſu fuiſſe læſam, non prohibetur a ſtatuto dictante, quòd filia ſit cõtenta de eo quod pater dederit in dotem.Caſt. conſilio 110.alias. 108. ſuper primo.alias ſub anno. referunt ac ſequuntur,Alex. conſilio 32. videretur. colum.fin. vol.quarto.Rui. conſilio 152. proſequendo. numero 12.vol.5.Iaſ. in l. voluntatis. C. de fideicom. Cur.iun. in Auth. res quę. numero 11.C.com.de lega.& conſilio 10. viſa. numero primo.ubi copioſe addo, ſuper uerſi. vbi Bal..Deci. conſilio 180. Viſa.colum.2.verſic.& ſtante tali læſione. Alci. de præſump. reg. 1. præſump.2. numero 8. ubi alios allegat. non enim tale ſtatutum attenditur,quãdo dotatio fuit indiſcreta. Cur. Seni. conſilio 27. Magnificus numero 38. verſiculo,& in hoc caſu. vbi clare loquitur in terminis propoſitionis.

Filiæ in odioſis filiorum appellatione non ueniunt, le. ſecunda, de lib.& poſthum. Hinc eſt, quod ſtatutũ excludens matrem a filiorum ſucceſſione, non dicitur excludere a ſucceſſione filiarum. Docto. in dicta leg. ſecunda. Archid. in capitulo, ſi quis ſuadente. 17.quæſtio. quarta.l.1. §. Quare. vbi gloſſ. in uer. filia. de uent. in poſſ. mit. Alic. in leg. prima. de verborum ſignificationib.Rol.conſilio 73. numero 22. & 23. per l.quiſquis. C.ad l. Iul. Maieſt. ſtricte enim ſtatutum eſt intelligendum. Roland. conſi. 80. nume.17. libro quarto.Nat.conſilio 514. numero 20. vi.infra verſiculo,filiorum appellatione in contractibus. Secus in fauorabilibus: tunc enim ueniunt & filiæ. lege, filii. lege, iuſta lege,liberorum. de verborum ſignificationibus,le. ſi quis ita. in princ.de teſtam.tut.Rebuf.in l. 1.uer. ſi quis hanc.de uer. ſign. ut,præter alia in exemplo de quo infra in uerſiculo, numerus duodecim liberorum.

* Filij legitimati præteritione ita rumpitur teſtamentũ ſicut præteritione filij legitimi & naturalis. l. filio. de lib.& poſth.l.non putauit. §. ſi quis emancipatus.de contrata.§.generaliter. in Auc. quibus mo. nat.ef.ſui.l.filius a patre.§.1.& ibi Bald.firmat. de lib.& poſth.idem Bal.in addit.ad Specul.tit. de ſucceſ.ab inteſ.cir.fin.Alex.conſi.139.nu.1.uol.1.Iaſ. conſi.184.nu.23.uo.2.& in rub.de lib. & poſth.n. 5.& 6.Dec.conſi.32.ſub.nu.1.Clar.§. teſtamentũ. q.84.ubi hanc eſſe communem concl.dicit.Ratio, quia per legitimationem uidetur renaſci. Imo. in l. certum.de iniuſ.rup.teſtam.Socin. conſi. 226. numero 5. Tiraq.alios referens in l.ſi unquam. in uer. ſuſceperit liberos.nu.57.de reuoc. donat. dicens ꝙ legitimatus cenſeri debet quaſi nouus filius. Vnde ſicut poſthumi natiuitate rumpitur,ita & per legitimationem.Soc.d.nu.5.& in d.rub.de lib.& poſthum.num.5.Deci.conſi.356. num.7. ubi communem dicit.Tiraq.ubi ſup.num.65.66.& 80. Manti. de coniec.ult.uolun. lib.11.ti.eo.num.29. vide inf. uer.legitimatũ conſequi.& uerſ.legitimatus excludit, uide ad materiam Foſſan.deciſ.84. quam poſt hæc ſcripta legi,& eſt pulchra. Et quod talis filius poſſit nedum contratabulare paternum teſtamentum,ſed etiam nullum dicere, conſuluit in naturali legitimato,Roma.conſi.34.Licet. idque iurium authoritate firmat, & eius ſententiam multis comprobat Mando.iun.ad eum.ſuper uer. contratabulare. & ſuper uer.nullum dicere.

Filii nati ex famula non legiimantur per ſubſequens matrimonium, maxime quando qui ex ea liberos ſuſcepit eſt perſona nobilis: famula enim dicitur perſona uilis,& deplorati ſtatus & conditionis, ut dicunt doct.in leg.humilem.ex illo text. C. de inceſ. nup.Barto.in l.ſi rogatus.de manumiſ.uind.ubi dicit, quod ſi pater priuet filium ſuum hæreditate, ſi ducet indignam in uxorem,ducendo famulam priuari debet.& idem Barto. in leg.3.C. de nup. dicit nuptias turpes illas dici, quas contrahit dominus cum famula ſua, uel cum filia famuli.Idem affirmarunt Alexand.in l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur. numero ſexto. ſoluto matrimonio. Curt.iun. conſilio 136.numero decimo,in fine. Pariſ. conſilio uigeſimonono. numero decimonono.uolum.tertio. Menoch.conſil.225.numero 37.parte tertia, & in eodem conſi.numero 71.& 72,ubi hoc dictum impugnat,& male,& contra Bartoli conſi.117.Neratius.& in quæſtione decima,habeo filium. ubi dicit,quod licet nominatio patris in teſtamento inducat legalem legitimationem, tamen concubina debet eſſe talis,cum qua ſecundum bonos mores ciuitatis, & ſine dedecore familiæ potuiſſet contrahi matrimonium, alias ſecus, Bald. in capitulo, innotuit, de electione. Oldradus conſi.196.Hoſtien. in ſumm. titulo, de elect. §. fin. uerſiculo, uere autem.

Filii nato ex matrimonio bona fide contracto inter conſanguineos, cum ſolemnitatibus ſolitis ſunt legitimi. capitulo, ex tenore, qui per filii

ſint legit. Dyn.conſi.6.Capra conſi.116. nume.8. Soci.iun.conſ.86.num.57.uol.2.Cur.iun.conſ.27. nu.6.& conſ.52.nu.1.& 2.Pariſ.conſi.10.num.55. & 61.& conſ.15.nu.44.uol.2.conſ.57. num.28.& conſ.68.nu.306.lib.4.Rui.conſi.14.num.1.& 2.li. 3.& conſi. 51.num.16. lib.5.Iaſ.conſ.156.col.1.& conſ.268.num.14.lib.4.Paleo.de nothis & ſpur.c. 9.num.3.Gabr.concluſ.libro ſexto.de legitim. concluſ.4.in princ.etiamſi ex parentibus alter tantum in bona fide fuerit.gloſ.& Doct.in c.cum inhibitio. de clandeſ.deſp.Gabr.ubi ſupra.ver.primo amplia. Duen.reg.150.ſub num.2. verſ.circa quam. Ceph. conſilio 647.numero decimotertio.vide infra verſ. matrimonium contrahentes.

Filij nati in figura matrimonij, licet dicantur legitimi, tamen non eſt verum matrimonium,ſed putatiuũ. Glo.in l.qui contra. in verſic.acerrimo. C.de inceſ. nupt.circa finem. dum dicit,quod licet, ſtante ignorantia, filij ſint legitimi, tamen matrimonium eſt nullum, ideo tales filij non excludunt ſubſtitutum ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filiis legitime natis. Deci.conſilio 624.numero quarto.Ruin.conſi. 92.numero decimoſexto,libro tertio. Natta conſilio 602.libro tertio. Rolan.cõſilio vlt. numero 47. uolumine ſecũdo. Ceph.conſilio 82. numero decimoſexto.& conſ.117.numero vigeſimoprimo,uol. 1.Menoc.conſilio 225. numero tertio, libro tertio. vide infra verſ. legitimatus excludit ſubſtitutum. Et uerſi.legitimatus per ſubſequens matrimonium. & uerſic. filius natus ex parentibus. & quo ad materiam excluſionis ſubſtitutio.Dyn. in terminis tenuit tales filios ſubſtitutum excludere poſſe a fideicommiſſo. in conſilio ſexto.quem ſequitur Dec. conſilio 153. poſt medium. verſicu. & præſertim. Pariſ.clare,cõſilio decimotertio. numero vigeſimotertio,uolumine ſecundo. Curt.iun. conſilio vigeſimoſeptimo,col.3. poſt princ.verſi.quinimo.Ceph. conſi.647.num.29.

Filij poſiti in conditione, licet non cenſeantur uocati, iuxta gloſ. approbatam communiter, in l.Lucius. * la ſeconda. de heredib.inſtituendis.tamen hoc non procedit, ubi apparet de coniecturata mente teſtatoris,ut late per Socin.in repet. l. cum auus. in fin. de cond.& demonſtr. quem ad hoc citat Curt. iun. conſilio decimoſeptimo, numero ſeptimo, conſilio 87. numero primo. & conſilio 96. numero ſecundo. ubi dicit quod hoc iudicis circumſpectioni relinquendum eſt. Ruin. conſilio 108. numero decimoquarto,libro ſecundo. conſilio 139. num.ſexto. libro tertio. Pariſ. conſilio 31. numero 33. 44. numero 25. 90. numero 40.& 42.volumine ſecundo. conſilio primo. numero 48.uolumine tertio.Socin. iun. cõſilio 141.numero octauo,& 23.volumine ſecundo. Corn.conſilio vigeſimoſecundo, in hac. columna 2. & 3. conſilio 74. viſo prolixo. columna ſecunda. & conſilio 146. in hac conſultatione. columna ſexta, volumine ſecundo. & conſilio 20. videtur.columna octaua. & conſi.273.dubia ſatis. poſt princ.volumine quarto. in quibus omnibus locis hæc materia copioſiſſime tractatur. Ceph.copioſe conſi.469.per tot.& 476. Item ubi adeſſet clauſula codicillaris in teſtamento, quia per eam liberi in conditione poſiti cenſentur uocati, ſtantibus digreſſionibus ad alios ſubſtitutionũ gradus, ex quibus coniectura uocationis elicitur. & ita deciſum fuiſſe dicit Foſſan.deciſ.86. ſub num.2. uerſic. ideo limitarem, & vide infra verſic.gradus ubi plures.& idem Foſſan. deciſ.96. vbi copioſe tractat. Et quia iſta eſt maxima quæſtio a multis paſſim tradita, ideo data occaſione recurre ad Manti.de coniec.vl. vol.lib.11.tit.3.

Filij quando acceptauerunt hæreditatem paternam, tenentur conuentionem per patrem initam ratam habere.l.ſi ego.§.1.de iure dot.Rom.conſ.18.num. 4.Cur.conſ.1.ad fin.Rui.conſ.1.ante.nu.14. conſi. 7.nu.39.conſ.156.in fi.208.nu.10.uol.1.25. num. 11.uol.2. Deci.in l.ex qua perſona. in prin.de reg. iur.con ſi.547. viſo puncto. num.4. Grat. reſp.25. nu.39.lib.1.& reſpon.91.nu.4.lib.2. Bertran.conſ. 88.nu.10.uolum.1.in nou.Boer.deciſ.21. poſt nu. 20. vbi multa de hac materia: non.n.eis ut hæredibus,licet proprio iure uenire contra factum defuncti. l. cum a matre. C. de rei uendic.hæres namque reputatur eadem perſona cum defuncto, §. primo. in Authen. de iureiuran. a mor. preſt. Fulgoſ.conſilio 67. paterfamilias. Imo. conſilio 112. in cauſa. verſicu. Item non uidetur. ubi dicit quod non poſſunt filii hæredes preiudicare diſpoſitioni teſtamenti paterni.

Filij qñ ſunt nominatim nominibus propriis prohibiti alienare a teſtatore,non ueniunt nepotes. ita Barto. in lege Gallus. §. inſtituens. columna ſecunda. de liber. & poſthum. Alexand.conſilio 37. columna nona, uolumine quarto. Curt.iun.conſilio 57. * numero ſecundo. vbi dicit communem. conſi.114. numero quinto.121.columna tertia. Ruin.117.columna prima. Gozad. conſilio quarto, colu. 2.29. col.3.36. col.3.Bertr.104.col.2.uol.2. Pariſ.conſ. 20.col.pen.uol.3.Crau.conſi.98.uolum.1.num.9. Socin.iun.conſi.149. nu.7.uol.2. faciunt dicta inf. uerſ.prohibitio alienationis quando.Quid autem ſi prohibitio reſpiceret rem prohibitam alienari, an eo caſu facta filijs extendatur ad nepotes, vide inf. uerſ. prohibitio alienationis, quando reſpicit rem.

Filij vt legitimentur per ſubſequens matrimonium, dotalia inſtrumenta requiruntur, de iure ciuili. l.cum quis. & l. nuper. C. de natural. liber. §. fin. & ibi gloſ. Inſtit. de nupt. rubrica, & toto tit. in Auth. de fili.an.dot.inſtrum. nat. ſecus de iure canonico, quo propter vim matrimonij hæc ſolemnitas non requiritur. c. tanta. ubi Doct. & Abb.num.2. qui fil. ſint legit. ubi dicit Abb. ita communiter teneri per Canon.& practicari per legiſt.& ſic ſe plnries de facto reſpondiſſe. & Deci. conſi.155. colum.2. * ubi dicit communem,& ita iudicãdum. Pariſ.conſ. 13. numero 47. libro ſecundo. Imo. in l. donationes. in princ. de donat.Ludoui.de Sard.de legitim. in rubr.de requiſ.in legit.quæſt.ſeptima.& hæc iuris canonici ſententia ſeruatur etiam in terris Imperij. Dec. ubi ſupra.Paleo.de noth.& ſpur.cap.duodecimo. numero ſexto,& ſeptimo.Hier.Gabr.conſilio 21. numero decimoquarto, libro primo. licet etiam ſit perſona illuſtris, quæ cum uili contrahat. Addi.ad Abb.in d.c.tanta. Silua.conſilio 3. nu.30. & 31.lib.1.Foſſan.deciſ.83. vide Statutum Venetũ lib.4.c.29.

Filio



Filio naturali tantum, ex concubina nato debẽtur alimenta de iure ciuili, quia illud ius concubinatum admittit.probatur in Auth.ex complexu. C. de inceſ.nup.& in cor.vn.ſum.& hoc voluit Iuriſc.in l.ſi quis à liberis.de liber.agnoſc.§.vtrum. in fin.ſecundũm intel.gloſ.ibi,quem approbat Socin.iun.conſil.8. Audio in præſenti cauſa. num.9. par.3. Alijs filius non, vt ſupra verſic. Coitum alium. De iure vero canonico,etiam ſi eſſet ſpurius,ei debentur alimenta,cum illud ius procedat de æquitate,quæ ſim* pliciter in foro canonico ſeruatur,vt dicunt doct.in capit. cum haberet. de eo qui dux.in matr. quam pol.per adult.per illũ tex. Rip.in l. ſi vnquam.nu. 68.C.de reuoc.don.Deci.in cap.clerici.colum.1.de iudic.& in cap.eccleſia.S.M.num.30. de conſtitut. Iaſ.conſ.26.num.13.vol.1. Deci.conſ.611. num.5. Ruy.conſ.102.vol.4. & conſ.98. num.4.volum.3. Bero.conſ.165.num.21.& 32.cum ſeq.vol.2.Burſ. conſ.1.num.32.conſ.62.num.7.& 9.conſ.83.num. 2.Gabr.concl.lib.6. de alim.concl.1. num.1.cui iuri canonico ſtatur hodie etiam de iure ciuili, quia eccleſia hoc induxit ex quadam æquitate naturali, ne filij alimentis priuati pereant, vt etiã ſentit Bar. in d.Auth.ex complexu. Dixi in meis. qq. legal.q. 25.num.15.& quæſt.50.num.17.vide infra verſic. Pater tenetur filium ſpurium.

¶Filiorum ab inteſtato decedentium bona nullis relictis liberis,ad aſcendentes ſpectant.l.ſcripto.§.non ſic.ff.vn.lib.l. Sancimus. C. com.de ſucceſ. §.ſi igitur.il 1.in Auth.de hær.ab inteſ.veni. Authen. defuncto. C. ad Tertul. ſiue fuerint bona aduentitia, ſiue caſtrenſia, vel quaſi.d.l. Sancimus. quod miſeratione quadam, & æquitate ſuadente, turbato ſucceſſionis gradu induxit. l.nam etſi parentibus. de inof.teſta. & d.l. Scripto.quam adæquationem inter patrem & matrem in ſucceſſione filiorum ſine ſexus diſtinctione fecit Iuſtinia. in d.§. ſi igitur. & in l.maximum vitium. C. de liber.præter. vt dicũt Guiel. Bened.in rep.c. Raynutius.de teſtam.in ver.& vxorem.num.635. contra quam ſententiam aliàs Tertulliano ſenatuſconſulto fuit cautum, ex quo pater matrem excludebat, l.2.§.obijcitur. ad Tertul.Et nota, quod lege Veneta mater ita demũ ad ſucceſſionem filij vel filiæ admittitur, ſi deficiũt aſcendentes,deſcendentes,& collaterales. vt in vol. ſtatut.lib.6.c.54.quod incipit,iniquum eſt.

Filiorũ appellatione in contractibus non venit filia fœmina. Archid.in cap. ſi quis ſuadente.17. quæſt.4. vbi refert ita tenuiſſe Guid. de Suz. in l.veteribus. per illum tex.de pact.ſequitur Imo. in cap. potuit. ad fin. de loca. vbi dicit ſe ita conſuluiſſe. & in l. ſi ita ſcriptum. de lib.& poſthum.Rom.in l.2.in princip·de ver.oblig. Alex.conſ.61. ſuper eod. num.2. volum.1.conſ.204.conſideratis.nu.9.vbi dicit ma* gis communem.volum.2.Iaſ.in l.ſi quis id quod.de iuriſd.omn.iud. & in conſ.116. num.22. volum.1. Deci.conſ.183.in controuerſia. ſub num.2. verſic. ſecundo Paulus. & conſil.222. in caſu. num.1. vbi concor. adducit. conſ.170. in cauſa, num.4. Gabr. multos referens.concl. lib.6.de ver.ſign. concluſ.6. num.87.rationem vide ſupra verſ.filiæ in odioſis.

Filiorũ appellatione in contractibus non veniunt nepotes.Bart.in l.liberorum.colum.5. de verb.ſignif. Butr.in cap.in quibuſdam.col.pen. de pœn. Anch. in clem.1.de pœn. Sal.in l.2. quæſtio.21.C.de iur. emphyt.Imo.in l.quod dicitur. colum.antepen. de verb.oblig.& in l.cum vir.de cond. & demon. & in cap.potuit.ad fin.de loca. Alexand.conſ.128.conſideratis verbis.num.6. volum.1. & conſ.61. ſuper eo num.2.185.viſo tit.num.2.eo.volum.conſ.204. num.8.volum.2.conſ.17.ponderatis.num.5.lib.5. Iaſ.in l.ſi extraneus.colum. vltim. de cond.ob cau. conſ.116.ſub num.22.verſ.eodem modo.volum.1. Cuman.conſil.166. in prin. Alexand. conſil.1. ſub num.16.verſ.quia in his.vol.5. Iaſ.in l.1.num.9. ſi quis in ius vocat.non ier.in l.ueteribus.in l.pactum inter hæredem.de pact.in l.quæ de legato. de lega. 1.in l.2.§.1.in l.ſtipulatio.§. in ſtipulationibus. de verb.oblig.Deci.in l.2.ſub num.106. verſic.in 2.q. de reg.iur.conſ.235.non parua. ſub num.5. verſic. nam videmus. vbi multis authoritatibus id comprobat.

Filiorum appellatione in diſpoſitione teſtatoris venit filius naturalis tantum. gloſ.in l.fin.in verb. contineretur.de iu.delib.Imo.in l.Lucius Titius.§.fi.nu. 19.de lega.2.in l.Ex facto.§.ſi quis rogatus. il 1.ad Trebel.Deci.conſ.1.num.8.in prin.nam nomen filij eſt nomen naturæ.l.tutelas. de cap.dimin.in fin. iunc.doc.per Alexand.in d.§.ſi quis rogatus. num. 16.poſt Bar.quem citat in l.pronunciatio.ad fin.de verb.ſig.idem Alexand.conſ.94. lib.1. & 185. col. 3.verſic.XIII. & colum.8. ver.XIII. volum.2. & uerba naturaliter ſunt intelligenda.l. fin. C. de his qui ven. æta. impet. & hanc propoſ. dicit commu* nem,Rip.in d.§.ſi quis rogatus.num.15.16. ubi dicit, conditionem, ſi ſine filijs deceſſerit, uerificari in ſolis naturalibus.refert Ceph.conſ.656.num.38. aliàs tamen contrarium reſpondi Venetijs, & ſic fuit iudicatum.

Filiorum appellatione licet etiam nepotes contineant regulariter,l.liberorũ.§.ſed & Papyrius.de uer.ſig. l.ſenatuſconſulto. de ritu nupt. Iaſ.in l. de quibus. num.16.de legib.Barb.conſ.55.colum.10. & conſ. 63.colum.1.uolum.2. Goz. conſ.90. colum.4. Pariſ.conſ.78.colum.2.uolum.2.hoc tamen habet locum in odioſis.l.iuſta.& l.filij appellatione.de uer. ſignif. Caſtr.conſ.38.dubium facit.& conſi.170.ne in proprijs.colum.2. ubi plus dicit, quod appellatione filiorum non ueniunt nepotes ex proprio ſignificatu in quacunque diſpoſitione legis uel hominis,ſed ex interpretatione.Corn.conſ.90.colum.2. 304.col.10.uol.3.182.col.2.uol.2. Alexand.conſ. 17.col.2.125.col.3.uol.5.37.col.pen.uol.6. Curt. iun.conſ.57.col.3.Gozad.conſ.36.col.2. Socin.iu. conſ.116.col.5.uol.1.108. col.4.uol.2. quam ſen* tentiam communem omnium dicit Socin. conſilio 152.in prima ſubſcriptione. quando non tractatur de ipſorum commodo & fauore,ſed de onere & grauamine,ut infra,prohibitio alienationis facta filijs. & ſupra.fideicommiſſum dicitur onus.

Filiorum appellatione nepotes ex filio non ueniunt quando filiæ propriæ excluſæ fuerunt.l. ſi uiua matre.C.de bon.mater.Caſtr.& alij in l.1.C.de cond. inſer.Ruin.conſ.110.num.112. uolum.2.& conſil. 168.num.12.uolum.3.Curt.iun.conſ.112. num.5. Menoc.conſ.197. nu.52.Foſſan.copioſe deciſ.188.

num.

num.10.& deciſ.248.num.1.Materiam, An ſimiliter quando filiorum appellatione nepotes uel neptes contineantur, cumulat copioſe Gabr.concluſ. lib.6.de uer.ſignif.concl.1.

Filiorum appellatione non contineri nepotes qui non erant in rerum natura tempore teſtamenti, nec tẽpore mortis teſtatoris, dicit Deci. conſ.95. num.7. in fin.verſic.& ita in proprijs terminis. & refert ita fuiſſe conſultum Florentiæ per Excell.iuriſc.vt patet in ult. conſ.1.uolum. conſili. Mari. Soc.ſen. ad hoc ſunt tex. in l.item prætor. & in l.Titius.de ſuis & legit.in l.1.§. ſi quis proximior. un.cogn. Socin. conſ.73. num.25. uol.4.poſt Bar. in l.qui ſe patris. in uerſ.contra hanc lecturam.C.un.lib.refert Rub. Alex.conſ.8.num.1.in fin.ſequitur Cephal.conſil. 3.num.36.

¶ Filius acceptans legatum ſibi relictum à patre, cum clauſula,quod plus petere non poſſit, dotem maternam,hac prohibitione non obſtante,petere poteſt. ita Bar.in l.ut iuriſiurandi.§.ſi liberi.de oper.liber. prope fin.uerſ.quæro pater inſtituit. & in conſilio 183. Bald.in l.liberti libertæque.col.antep. in fin. uerſic.ſed dubitatur. C. de oper.liber. & in l. quoniam nouella.C.de inoſ.teſta.Iaſ.conſ.214. in cauſa hoſpitalis. refert & ſequitur Durans de arte teſt. tit.3.caut.3.num.4. & Ceph.conſ.617. num.196. vide ſupra verſ. filia cui à patre. & inf. uerſic. filius patris teſtamentum.

Filius adiens hæreditatem cum beneficio inuentarij, retinet feudum liberum, dato quod nihil remaneat in hæreditate.l.fin.§.in computatione.C.de iu.delib.& ibi Bald.quem ad hoc refert Curt. iun.conſil. 155.num.7.Baldumque ſequuntur, Alexand.conſ. 13.colum.1. & 2. & conſ.26.col.3. & 4. uolum.5. Deci.conſil.85.colum.4.conſ.445.& conſ.468.Pariſi.conſ.10.colum.1.in fin.vol.1. & conſil.16.nu. 37.cum plur.ſeq.eo.uol.ubi multa in hanc materiã ſcribit.Et Cur.in tract. feud.fol.51. colum.3. uerſ. limitate prædictam. dicit communem opinionem eſſe,quod pater alienando feudum non præiudicat filijs ſuperſtitibus ad euntibus hæreditatem confecto inuentario.& idem tenet Afflict. deciſ.112.col. 1.in fin.pro quibus uide Rolan.conſil.97. numero 46.uolum.1.

Filius alienans aliqua ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, cẽſetur ea pro ſua legitima & trebellianica elegiſſe, eorumque alienatio ualet, nec retractari poteſt. Cyn.in Auth.res quæ. in fin. C. com.de legat. Alex. conſil.184. colum.fin. uerſic. & quia poteſt. uolum.2.Rimi.conſil.160.num.8. Aret.conſil.18. col.pen.uerſic.His breuiter.& uerſic. & hoc ſequitur. niſi inquantum ualorem quartarum excedat alienatio,quia pars excedens reuocatur. Socin.cõſ. 36.num.2.lib.3.Gram.deciſ.93.num.4. & 5.ubi id firmat authoritate Ang.& Imo.in l.4.C.ad l. Falci. & Aret. conſ.8.vult dicere.in l.in quartam. ff.ad l. Falc.& conſ.Aret. eſt ſuprad.18. nec ſuper iſtis detractionibus pro congruenti quantitate poteſt illi moueri quæſtio:quia filius poſt mortem patris, dicitur in premiſſis creditor ſeu quaſi, & ob id ſibi electio cõpetit,iux.l.creditoris arbitrio. de diſtr.pign. ut de Falcidia in d.l.in quartam.& de trebellianica in l.Marcellus.§.res quę.ad trebel.Et hoc dummodo non extarent aliæ res liberæ, quia tunc de illis eſſent detrahendæ,nec bona fideicommiſſi tangere poſſet niſi in ſuplementum. Bal.in rub.de rer.diuiſ. & in l.nõ amplius.de leg.1. Alexand.in d.l.in quartam.Rui.in l.filiuſf.§. Diui. uerſ.& prædicta procedunt. de lega.1. uide ſupra uerſic. Bona fideicommiſſi alienari poſſunt.

Filius condemnatus ex delicto ſuo, non poteſt pro redemptione ſuæ perſonæ alienare bona fideicommiſſo ſubiecta, quod licet Bart. cogitandum relinquat,in Auth. res quæ. C. com. de lega. quæſt.ult. Saly.tamẽ ibi determinat,ut ſupra: quia cum iſtud ſua culpa prouenerit, non debet alij grauamen afferre.l.ſiue hæreditaria. de neg. geſt. quod fieret ſi dicta bona alienare poſſet. Ang. & Caſtr.ibi.cir.fi. Bal.in Auth. contra cum rogatus. C. ad Trebel.ſu- * per ver. captiuorum. & in uer. Trebel. & eſt communis ſententia Doct.in d.Auth. Res quæ.ut ibi teſtatur Iaſ.col.6. uerſic. Sexto & ultimo.quia delinquens perdere debet priuilegium ſibi à lege indultum.l.ſed etſi ex parte.§.quamquam. ff.quod cum eo.l. relegatorum. in fi.de interd.& rel.Fulg.in d. Aut.res quæ. tenuit contrarium,conſiderata ueriſimili mente parentum.l.iſti quidem.in fi.quod met. cau. & hanc ſententiam tamquam humaniorem. * iux.l.utilitatem. & l.in cõfirmando.de confim.tut. in puncto iuris tenet & reputat ueriorem, Alexan. in l.quãuis,ſolut.matr.& in l.marcellus.§.res quæ. ad Trebel. Rationem uide ſupra, Deputati executores.

Filius conferre non tenetur nec in legitimam imputare officium uel beneficium,quod nec uendi, nec ad hæredes tranſmitti poteſt, nec etiam expenſas factas in perſecutione illorum. ut in terminis uolunt Bald. Ang. Paul. & Iaſ. in l.omnimodo.§.imputari per illũ tex.C.de inoſ.teſt. & in l.1. §. ſed id quod ff.de collat. bon. & eſt communis ſententia ſecundum Boer.deciſ.14.nu.3.

¶ Filiusfamilias ex forma ſtatuti nõ poteſt ſe obligare ſine conſenſu patris, modo pater aliter non conſentit filio contrahenti,ſed fideiubet pro eo, quæritur an iſto caſu uideatur illi conſentire, & præſtare cõſenſum, & Bald.in l.euictiones. C. de euict. ſeu excep. dicit quod illa lex facit quod ſic. attamen non vult id determinare,ſed alibi hoc determinando affirmat in ſua margar.in uer.ſtatutum. uerſ.ſtatutũ dicit &c. An autem poſſit cauſa mortis donare ſine conſenſu patris bona aduentitia, in quibus pater non habet uſumfructum?Et an de his ſine dicto cõſenſu teſtari poſſit,copioſe proſequitur Couuar. ad tit.de teſtam.ſuper.3.par. Rubr. num.8. Et quod de his aduentitijs prohibeatur teſtari etiam cum conſenſu patris,docet Couuar.ſuper.d.3.par.Rub. in fin.uerſ.prohibetur etiam.

Filius fideicõmiſſi onere grauatus detrahit duas quartas,legitimum ſcilicet & Trebellianicam.Iaſ.in l.filium quem habentem.col.4.C.fam.erciſ. & conſil. 146.3.num.lib.4. Pariſ. conſ.25.uol.2. conſ.1.nu. 99.uol.3.Socin.iun.conſ.131.num.59.132.& 137. uolum.1. conſil.170. num.22. uolum.2. Cagn. in l. Papinianus.§. Meminiſſe. num.10. de inoſ. teſtam. * quam propoſitionem dicit communem Oldra. conſilio 71.in fin. Deci.conſ.228.num.4. & 299. nu.3.

eamque



eamque in iudicijs & ſcholis ſeruari dicit Dec.conſ. 257.col.2.in prin.& ab vniuerſo mundo ita obſeruari aſſerit Guid.Pap.quęſt. 52.Iaſ.in Authen.Res quæ.2.not.C.com.de lega.Ceph.conſ.634.nu.7.

Filius fratris defuncti admittitur ſimul cum patruo in fideicommiſſo relicto familiæ.glo.relata ad text.in §.in fideicommiſſo.l.cum ita. de lega.2.iux.Auth. ceſſante.C.de legit.hær.quam gloſ.ſequitur ibi Io. de Imo.& Alex.conſ.26.volum.3.conſ.88. volum. 1.& conſ.137. eo. volum. vide ad hoc Deci. diſtinguentem,conſ.217. quem ſequitur Gozad.conſ.4. num.32.& conſ.59. num.5. Pariſ.conſ.38. nu.15. volum.2.conſ.42. num.25. volum.3. conſ.9. num. 20.volum.2.& alibi Alex.conſil.82. colum.fi.verſ. & iſtud non negat.Socin.iun.conſ.116.num.9.conſil.126.num.11.volum.1. Curt.iun. in l.2.num.8. & 9.cum ſeq.C.de ſucceſ.edic.conſ.154. num.4.& 9.conſ.22.num.11.57.num.8.58.col.1.128. num. 11.161.num.7.Grat.reſp.30.num.33.volum.1. Soc. iun.conſ.39.num.78. volum.2. Corn.conſ.22.24. 131.volum.2.conſ.230.nu.9.volum.3.vbi dicit glo. d.§. in fideicommiſſo. eſſe tenendam. idem dicit in l.fin.C.de ver.ſign. Soci.conſ.225. verſ.ad ſecundã rationem.conſ.73.colum.3. conſ.51.in fi. vbi aſſerit opinionem.d.gloſ.veriorem.quam etiam vti or- * dinariam ſequitur Iaſ. conſ.215. colum.5. verſ. ſed præmiſſis.volum.2.Bolog.conſ.17.in fin.Rui.conſil.8. num.9. volum.1. conſ.96. num.16. volum.2. conſ.101. num.18. conſ.181. num.5.203. colum.11.in princip.eod.uolum.& quod iſta ſit communis,vide Roland.conſ.68.num.31.volum.1. in quo habes nedum in allodialibus,ſed etiã quid in materia feudali. Dic ſecus quando tractaretur de ſuccedẽdo trãſuerſalibus remotioribus ab inteſtato, vt per Deci. conſ.217. vbi declarat dicta per ſe conſ.1. Ceph.cõſ. 16.num.32.287.num.18. Didac.in qq.pract.capit. 38.verſ.ſed hæc ratio.Tiraq. de primog. quæſt.40. num.191.192. Crau.conſ.67. num.5. & ita iudicatũ fuiſſe in Rota Flor. & alibi dicit Marz.in epit. ad mat.fideic. quæſt.18. vide infra verſic. filius fratris in fideicommiſſo.Quid autem ſi adſit clauſula, ſalua gradus prærogatiua,vide ſupra uerſic. clauſula, ſalua gradus prærogatiua.

Filius fratris etiam in ſtatuto repreſentat patrem, & concurrit cum eis cum quibus cõcurriſſet pater, eoſque excludit quos excluſiſſet pater.ita not. Alexand.conſ.88. num.3. & conſ.137. colum.fin.vol. 1.Aret.conſil.162.num.8. Deci.conſil.1.cir.fin.Pariſ.conſil.20.num.23.volum.2. Gabriel.conſilio 1. num.9.volum.2.Guiel.Benedict. in ca. Raynutius. in ver.duas habens filias.numero 182.de teſtam.Et in ſucceſſione patrui iure communi ſubrogatur loco patris.§.Reliquum.in aut.de hær.ab inteſt.ven. & in aut.ut fratr.fil.in prin. Alexand. in d.conſilio 137.in fine.Ruin. conſil.31.colum.3. volum.3.vide infra verſ.Nepos ex fratre.

Laudimium ſoluere non tenentur comprehenſi in prima inueſtitura, ſi ad eos feudum deferatur per inueſtituræ renouationem, uel ſi ab aliis portionem, vel illud emant. Ruin. conſilio 169. numero octauo. verſic. & quemadmodũ. libro primo. Ripa in l. qui Romæ. §. duo fratres. numero 87. uerſicu. ſimiliter. de uerborum oblig. Affl. de feu. tit. de proh. feu. alien. per Feder. §. illud primo. numero 14. hinc Bald. in c. quæ in Eccleſiarum. de conſtit. num. 72. concludit laudemium nõ eſſe ſoluendum de feudo filijs renunciato, niſi prius fuiſſet ad Eccleſiam deuolutũ. ſequuntur Alexand. conſilio quinto, columna prima, uerſi. & licet illa lex. uolumine quinto. Iaſon in l. fin. colum. 11. uerſ. & ad id quod retuli ſupra. C. de iure emphyt. Curt. iun. in tract. de feu. par. quarta, prin. regu. 3. ſub num. 154. uerſic. poſtremo; ſecus in perſona noua non comprehenſa in prima inueſtitura, nam ſi in eam feudum transferatur, tenetur laudemium ſoluere. Crau. poſt Sal. & Iaſ. conſi. 215. num. 8. quia ubi acquirens eſt perſona noua, nõ comprehenſa in priori inueſtitura, dominus poſſet aliquod intereſſe prætẽdere, & damnum ſentire ob mutationem noui debitoris. contra. l. ſi mandato. in prin. ubi etiam Bart. ff. mand. ideo in quandam recompenſationem laudemium ſoluere debet nouus uaſallus, & dominus recipere. Iaſ. d. l. fina. q. 3: quia tunc dominus illum contractum laudat, ex qua laudatione dictum eſt laudemiũ. Affl. d. nu. 14. in prin. uerſ. & dicitur laudemium.

Laudimium quod debet emptor directo domino ratione emptionis rerum feudalium, uel emphyteoticarum, non deberi pendente termino luendi, tenuerunt Doc. quos refert Boer. conſ. 3. & deciſ. 182. nu. 39. & deciſ. 234. nu. 5. ex ea ratione, quia talis uenditio non eſt omnino perfecta, ſed reuocabilis, unde cum res poſſet reddi ad nihilum, non debet interim ſolui laudimium. Contrarium uerius uidetur, quia re uera non obſt. ante pacto de retrouendendo uenditio eſt perfecta. Tiraq. de retrac. conuen. §. 2. gloſ. 1. nu. 34. & §. 6. nu. 19. Cagnol. in l. 2. num. 237. C. de pact. int. empt. & uend. in hoc tamen ſtandum eſſe conſuetudini locorũ, quę in hac materia uarię ſunt, dicit Tiraq. d. §. 6. nu. 4. & nota quod prima ſententia ſapit æquitatem, ut dicunt Foſſa. deciſ. 75. & Venetijs ſeruatur, ubi non ſoluitur laudimium, quod vulgo dicitur la Meſſetaria, niſi de contractibus & uenditionibus liberis.

Laudum arbitratoris abſque partium præſentia ualet in his, quæ per ſe formare poteſt, ut ſuper ualore alicuius rei quantum ualeat, uel ſuper aliqua dote danda, & quantum dare cõueniat, uel ſuper alienationibus quas executores teſtamentorum faciũt, & in ſimilibus. ita Bal. conſilio 64. nunquid arbiter. uerſ. & hoc teneo quando compromiſſum ſit. uolum. 3. per. l. lex quæ. in argumen. C. de adminiſtr. tutor. & per dictum Innoc. in c. Rainaldus. de teſtam. num. 1. ſuper uer. ex forma, & in alienationibus quas faciũt executores teſtamentorum, ita Bald. in l. fin. C. commu. de lega. & in l. captatorias. in fi. C. de teſtam. milit. Aſin. in prax. iudic. §. 7. uerſ. 53.

Laudum eodem die latum, quo & compromiſſum factum fuit, eſt nullum, cum ex breuitate temporis appareat quod non fuit adhibita cauſæ cognitio. Bal. in capitulo primo, in fine. de inueſtitu. de re alien. fac. ubi dicit ita fuiſſe in iudicio contradictorio pronunciatum. ſequitur Abb. in capitulo. Quintauallis. columna penultima. de iureiurand. idem uoluit Iacob. Butrig. in l. prolatam. C. de ſenten. & interl. omnium iudicum, ubi quæritur, quid ſi compromiſſum factum ſit cum plena poteſtate, utrum arbiter poſſit poſt compromiſſum immediate pronnnciare? & determinat quod non, quia eſt cõtra ius quod ita fulminet, omiſſo ordine, & hanc deciſionem ſequitur ibi Bald. columna penultima, ubi dicit pro hoc facere id quod habetur in l. ſed & ſi per prætorem. §. quoties. ex qui. cauſ. maior. idem tenuit Cardin. conſilio 144. columna prima. Socin. conſi. 87. columna penultima, libro quarto. Pariſ. conſilio 89. numero quadrageſimoſeptimo, uolumine primo. pręſertim ubi per partem non eſt emologatum. Socin. ubi ſup. Rolan. conſi. 76. nu. 23. uol. 1. vide infra uerſ. ſententia arbitratoris.

Laudum extra compromiſſum prolatum eſt ipſo iure nullum. de arbitr. l. quid tamen. §. fin. l. ſi cum dies. §. ſi intra. l. non diſtinguemus. §. de officio. cum ſequen. extra eodem, capitulo cum dilectus. Ang. conſilio 218. columna penultima, uerſ. & hæc ſufficiant. Rom. conſilio 141. per totum. 155. in princ. & 175. numero ſecundo. Socin. 27. numero ſexto, libro primo. Deci. in cap. examinata. nu. 1. de iud. & eſt adeo nullum, ut nec etiam partium conſenſu in uim laudi ratificari poſſit. not. in dicto ca. examinata. Calcan. conſilio primo. ante num. 18. Deci. in l. quod initio. numero ſecundo. de regulis iuris. & conſilio 475. nu. 33. Hyppol. in prac. §. diligenter. nu. 186. Pariſ. conſ. 23. nu. 156. uol. 2.

Laudum fieri generalem inter partes finem, & quietationem mandans, tanquam quid iniquum, & captioſum continens non ualet. l. 3. §. contrarium. de cont. iud. tut. not. Barto. de tranſactio. l. Aquiliana.

Bald.conſilio 417.in princ.libro 2.Rom.conſi.155. & conſi.403.nu.7.Alex.conſi.11.nu.9.uol.2. Lanfran.de arbi.par.5.q.9.Corn.conſi.140. nu.2. li.3. Iaſ.in d.l.Aquiliana.in 3.no.& in l. ſi de certa . nu. 5.C.eodem.Fely.in c.ſignificauit.ante finem.uerſi. pro quo facit.de teſti.Tiraq.ad l.ſi unquã.in princ. num.46. C.de reuoc.don. vide infra uerſic. quietationem generalem .

Laudum ratificatum a partibus habet uim confeſſionis iudicialis irreuocabilis.Bero.conſi.32.num.4.lib.3. & ualet in uim tranſactionis uel pacti.l.2. ubi gloſ. C.com. utri.iud.Rom.conſilio 173.Pariſ.conſi.24. colum.pen.& fin.lib.2.Abb.conſi.62.nu.2.uolum. 2.Papien.de ſent.diffin. §. primo. num. 16.conſilio 125.& 245.li.2.Soc.conſi.220. viſis compromiſſo. in prin.3.col.uol.1.Angel.conſilio 198. Foſſan.deciſ.263.num.5.

¶ Legatarius cui relicta ſunt centum ſingulis annis ſibi ab hærede præſtanda ſingulis annis,hoc adiecto, quod niſi hæres tale legatum congruo tempore ſolueret , teneretur legatario ultra legatum præſtare unum plauſtrum uini toties quoties,an ceſſante hærede per plures annos legatum ſoluere, poſſit ultra legatum plura plauſtrum uini petere,& heres ei ſoluere teneatur?& uideretur quod ſic,cum hoc ueneri ex diſpoſitione teſtatoris, cuius uoluntas ſeruanda eſt.§.diſponat.in Auth.de nupt.cum concor.tamen contrarium uerius uidetur per tex.in l.ſi legatum.§.ſi cui.de annu.lega.ubi dicit Iuriſc. legatum deberi,ſed in uſuris , nõ in modum probabilem vſurarum excedat, ex teſtamento autem etiam non debetur uſura ultra legitimum modum, ut dicit ibi gl. in uer.probabilem.& facit tex.in l.placuit.de vſur. vide inf.uerſ.uxori a marito legatum.

Legatarius in re legata eſt hæres quodãmodo.l.id tempus.§.1.de uſucap. & ibi Roman.Abb.conſilio 3. nitar.in tertio dubio.uol.2.Alex.in l.Gallus. §.etiã ſi parente.de lib.& poſth.in l.quædam. §. nihil intereſt.de eden.in l.etiam.in prin. ubi etiam Ro.ſol. mat.Curt.iun.conſi.1.nu.2.uol.1. Barbat. conſi.23. col.2.p.2.Alexan.conſi.7.attentis.nu.6.uol.7.Soc. conſi.297.uiſo priuilegio.col.pen.in fi.uol.2.Iaſ.in l.1.§.nuntiatio.nu.6.de nō.op.nun.in l.2.nu.198. uerſ.quartodecimo quæro.C.de iu.emph.& in præludijs feu. num. 49. Corn.conſi.16. aperta fronte, poſt nu.12.& conſi.239.pro deciſ.col.2.uolumine 1. Alexan.conſilio 195.colum.2.uol.6.& conſ.7. col. 9.uol.7.Deci.conſi.78.colum.pen.in prin.& conſi. 395.colum.fi.in prin.Socin.conſi.257.col.pen.Iaſ. conſi.17.col.pen.uol.3.conſi.118.col.3.uol.4. Curt. iun.conſ.4.in fine.vbi addo in uer.hæres ſingularis. conſi.48.ſub num.3.ubi addo in uer. legatariũ.conſilio 32.ſub num.8.& conſi.183.nu.6.& utrobique addo in uer. & legatarius . in quibus locis concord. inuenient.& conſi.62.nu.2. ubi addo in uer. quam hæres. Caſus autem in quibus inſtitutus in re certa habetur loco hæredis,vide apud Phil.Franc. in cap. primo,columna 8.9.&10. de teſtamen.libro ſexto. Lamber.de iure patron.libro primo. parte ſecũda. artic. 16.queſt.ſecunda,numero quarto.Signor.cõſilio 179.columna prima, uerſic.nam excepto caſu. Alexan.conſilio 128.conſideratis.uol.1. Corn.conſilio 103.num.5.uolum.2.Ruin.conſilio 43.num.9. conſi.190.nu.6.uol.2.Rube. Alex.conſi.43. ex teſtamento.num.5.Socin.iun. conſi.91. nu.10. uerſic. nec obſtat quod alias.uolum.1.& conſi.147. col.2. uol.2.uerſic. & licet alias. Coniunge dictis ſupra in uer.inſtitutus in certa ſumma. Quid ſit in teſtamento extranei,& quid in teſtamẽto patris inter filios, vide Rom.conſilio 179. numero decimo . & ibi copioſe per Mandoſ.iun.ſuper uer.legatarij.quod inſtitutus in re certa non habet hæreditarias actiones,nec actiue,nec paſſiue,ſicut legatarius .

Legatarius poteſt eſſe teſtis in teſtamento in quo legatum ſibi relinquitur , quia in conſequentiam , non principaliter negotium ad eum ſpectat. l. qui teſtamento.de teſtam.l.ſi quis ita.de reb.dub. & ibi no. Barto.§.legatarij.Inſtit.de teſtam.& ibi Ioan. Fab. Abb.in cap.inſuper.columna penultima.de teſtam. gloſ.in cap.ſuper prudentiam.decimaquarta queſt. ſecunda.gl.in l.nullus.de teſti. l.dictantib.ubi Bal. C.de teſtamen.Bart.in l.ſi cui ita legetur. per illum textum.de legatis primo.Iaſ. in l.quoties. numero duodecimo.C.de iudici.Multa enim in conſequentiam conceduntur, quæ principaliter non concederentur.l.1.de auth.tut.dicta l.quoties. & ibi Cyn.l. tutor rerum.de adminiſt.tutor.Aret.in l.ſi quis nec cauſam.in princ.ſi certum petatur.Iaſ. in l.cum pro curator. in fine.de oper.noui nun.Bald.in c.cum in iure. ſub numero quarto.uerſi.naturaliter. de elec. in c.licet cauſam.de probat.num.21. Oldr.conſilio 170.ad hoc,ut id.poſt prin. uerſ. ſol. dicunt. Alber. de ſta.parte 1.q.139.in fi.Gandi.de maleſ. ſub rubr. de pœn.reor.colum.4. poſt medium.& ſub rubr. de furt.columna prima,in fine. vide ſup.uerſ. homines de uniuerſitate . Hinc dñt Bal.& Ang.in l.1.§.huius ſtudij. ff.de iuſt. & iure, qđ ſi legatarius productus teſtis,& interrogatus,an ad eum cauſa ſpectet,dicat non,certe per hoc non eſt falſarius,quia intelligitur quod principaliter non ſpectat ad eum,licet ſpectet in conſequentiam.

Legatarius uſusfructus ueſtium,& aliorum mobilium, finito uſufructu ad aliud non tenetur , niſi ad bona uſufructuata reſtituenda in terminis in quibus tunc reſtituuntur,ſiue reperiuntur, ita ut conſumptio cedat damno hæredis,ex ſententia Imo.in cap.fin. de pignor. per textum.in l.1.uſufruct.quemad.cauea. Firma. in reper. in uer. uſufructuarius conuenitur, numero nono. l.ſi vſusfructus. §. ſi ueſtis. uſufruct. quemad.caueat.dummodo non doloſe conſumpſerit.dicto §.ſi ueſtis. Franc.Mar. deciſ.817. numero quinto . & deciſ. 818. parte prima . voluerunt alij eum teneri cauere ſe reſtituturum in eadem bonitate , ſeu æſtimatione, habito reſpectu ad tempus quo uſufructuarius bona recepit.Socin.conſilio nono, uolumine quarto. per l. ſi uini. de uſufruc. ear. rer.quæ uſu conſum.& §.conſtituitur. Inſti. de uſufruc.Alexan.conſilio 58.numero 5. & 6.uol.3.Bal. conſi.231.lib.5.Bertr.conſi.40. nu.7.libro 2. Corn. conſi.187.nu.4.uol.2. Pariſ.conſi.96. nu.3. uol.2. Rol.conſi.92.num.22. & 25.uol.1.& hanc communem dicit Pinel.in l.1.par.2. nu.75.78. & 80. in fi. C. de bon. mater. & magis communem dicit deciſ. Peruſi.61.nu.15.p.2. de qua materia copioſe Foſſa. deciſ.80. incip. uſusfructus ueſtiũ, ubi de qualitate huius cautionis,& qđ in hoc deciſũ ſit, ego iudicarem pro prima ſententia , ſi legatarius eſſet homo probus,& diligens in rebus ſuis,nec uerſaretur cum dolo in bonis ſibi ad vſufructuandum relictis , alias ſentirem pro ſecunda,in omnem caſum tamen mandarem fieri deſcriptionem bonorum pro cautione hæredis .

Legatio quam Papa iniungit Cardinali ultra mare , in fauorem fidei, mortuo Papa non expirat. Hoſtien. in c.cum ex literis.de in integ.reſt.colum.2.uer.iuriſdictio uero legati.Fel.in c.eam te.col.7. uerſic.& adde Hoſtien.de reſcr.Iaſ.in l.more.colum.3. uerſ. 7.fal.de iuriſd.omn.iudicum.Salyc.in l.mandatum. colum.5.uerſic.vnde op.C.mand.& col.8.uerſ.fallit in iuriſdictione. & in l.inter cauſas.columna prima,in fi. uerſ.exemplum tertij. Mand.Ioan.Fab.in §.Item ſi adhuc.colum.2.uerſ.quid ergo dices.Inſt. eo.& ibi Aret.colum.2.uerſ.exemplum uero tertij. vi.Deci.in d.l.more.nu.16.& 17.

Legato de latere,licet Cardinali , uel alij excelſæ perſonæ non creditur in præiudicium alterius de ſibi commiſſis uiuæ uocis oraculo, ex doctr.Ang. conſilio 182. mandatum principis . refert Iaſ. in repet.l. admonendi.de iureiurand.numero 189.uerſi.ita in ſpecie,etiam ſi Papa ſit preſens in loco,ut ibi per eũ late,quod ponit etiam Rom. conſilio 59. ſub num. 6.uerſic.quarto uidendum, ubi ponit caſum in poteſtate Fani,ut ibi per eum,iunc.copioſa addit.Mãdoſ.iun.ad eum.in lit.K.nam illa ſuppletio præſentiæ Principis non habet locum,ubi tractatur de præiudicio tertij, ſecundum Caſtren.conſilio 46.col.fi. uolum.2.Anchar.conſilio 398.colum.fin.Aret.conſilio 365.col.3.Goz.conſi.5.colum.4.Dec.in c.quę in Eccleſiarum.colum.12.de conſt.conſ.357.col.3. 576.in fine.& conſi.606.& eſt glo.fi. in c. ſicut nobis.de ſenten.excommun.per quam ibi infert Abb. quod ſi Cardinalis etiam de latere diceret Papam ſibi aliquid commiſiſſe , quod reſpicit damnum , uel præiudicium tertij,ſibi nõ creditur, niſi Bullas Apoſtolicas commiſſionis oſtẽdat . Comprobat Caraui. ſuper ritu 54.numero tertio.in nouiſ.edit. Quinimmo & Papæ non ſtari quando agitur de alterius graui præiudicio, dicunt Gram.conſilio 65.numero 9. & 10.deciſ.103.num.227. & deciſ. 105. nu.2. cum plurib.ſequen.Cur.conſilio 142.colum.4. Pariſ.15. colum.fin.67.colum.3.uolum.4. Crau.48. & 171. colum.3.& de ant.temp.parte prima,nu.44.Ruin. conſi.175.colum.2.& 4.uol.1.Gabr.concl.lib.1.tit. de prob.concl.2.num.28. pro qua tamen materia, præſertim ubi adſunt illa verba ( uiuæ uocis oraculo)uide Lap.alleg.32.an frater.iunc.addit.Mando. ſen. ſuper uerſ. uiuæ uocis oraculo, & ita ſeruari de ſtilo,quod ſcilicet illi propter illa uerba credatur,dicunt Cald.conſilio 2.de offic.lega. Corn.conſi.155. in fine.uolum.1.Alex.ex Lap.conſilio 107.num.19. uolum.2.glo.pragm.de ſubl.clem.literis.uerſi. quibuſcunque.Iaſ.in l.nec is.in princ. de acq.hæred.& conſilio 108.lib.1. Alci. de præſump. regu. 1. præſump.48.nu.3.

Legato omnium bonorum uſufructu uenire etiam bona poſt teſtamentum acquiſita,dixit Bar. in l.ſi ita. ſub nu.4.verſ.aut in teſtamento.de auro & arg.leg. per l.quoties.de vſufr.melior tex.in l.vxori meę.de uſu & uſufr. quam ſententiam late defendit Bero. conſi.44.nu.20.li.2.& q.30.nu.5.& 6. Imo.in l.ſi . §.qui indiuiſam.de lega.2.Ceph.iun. in conſilio patris conſi.773.per totum.Caualca.in trac. de uſufr. mul.rel.dubitat de hac opinione Bar.& dicit eam eſſe diſputabilem,Crau.in rubr.de lega.1. nu.32. tenet contra Bar.& Socin.iun.conſi.99.per totum.li. 3.ubi multa allegat.Socin.in l.1.in princ.de lega.1. per l.ſi ita.de au.& arg.lega.deciſ.Peruſ.61.nu.37. in fi.p.2.quæ ponit regulam in contrarium.ſententiam tamen Bar. magis communem dicit Foſſa. * deciſ.168. nu.2. ſecus tamen ſi mobilium tantũ bonorum relictus fuerit uſusfructus, tũc enim, cum ſe reſtringat teſtator ad particularitatem,dicta bona nõ ueniunt.Bar.in d.l.ſi ita.& Fulgoſ.conſi.100.col.2.

Legatorum uerba proprie accipiuntur.l.non aliter.de legatis tertio . vnde ſi teſtator dixit, lego mobilia , quæ reperiuntur in domo , licet in pluribus domibus bona habeat,intelligitur de una domo tantum, c.gaudemus.§.uerum.de diuort.uerſic. nec dixit.c. cum illis.§.fin.in fine.de præben.in ſexto.Bal.conſilio 242.numero primo. uerſic.circa iſtud. libro 3. ſingulare enim non reſoluitur in plurale, niſi ex improprietate ſermonis. Deci.in l.quamuis . in fin.C. de impube. ideo ſicut legatum domus non continet omnes domos indefinite,l.ſi domus . de legatis primo,ita legatum bonorum in domo exiſtentium intelligitur nõ indefinite, ſed ſingulariter tm̃ de una . Ceph.conſilio 636.num.15.& ſucceſſiue,& tunc electio eſt hæredis. d.l. ſi domus.ubi Iaſ.nu.6.l.legato generaliter,ubi omnes.eo.tit.

Legatum alimentorum a teſtatore uxori relictũ in domo, ſi non poteſt morari ex iuſta cauſa,ei extra debetur,ita Barto.in l.Caio.§.fin.de alimen.leg.utputa,quando eſt odium inter hæredes,& uxorem, uel eius uitæ inſidiantur, nam tunc eſt iuſta cauſa recedendi. ita Bal.in l.1.C.de lega.quæſt.3.& in Auth. hoc locum. columna ultima. C. ſi mul.ſec.nup. Iaſ. conſilio 44. num.4. uol.1. Crau.conſilio 268.nobilis.columna prima,uerſi.ſed minus oneroſum.& colum.3.uerſ.quarto quod ubi.Menoc. de arbitr. lib. 2.cent.2.caſu.170.num.16. Rolan. conſi.22. circa primum.num.12.cum ſeq.uolum.1. & ibid. nu.17. ponit quod legatarius tenetur probare cauſas ex quibus aſſerit ſe non poſſe habitare cum hærede in domo teſtatoris.Natta conſilio 387. in quæſtione. num.5.Gabr.com.opin. lib.1. de prob.concl.6.nu. 33.uide Dilec.de arte teſtan.tit.de leg. caut.56. incip.alimenta .

Legatum alimẽtorum æquiparatur legato ad pias cauſas.§.interdicimus. in Authen.de eccleſ.tit.no.Barto. poſt gloſ. in l.alio. de alimen.& cibar.lega.tex. eſt in l. Mela. in principio. ibi, pietatis intuitu . ff. eodem. firmat Rom.in repetit.aut. ſimiliter. C.ad legem Falcidiam.in 20. ſpeciali piæ cauſæ inter ult. uolunt.ad finem. per textum in l.4.§.fina.de alim. & cib.leg.quem refert & ſequitur Alexand. in l.licet Imperator.de legatis primo,colum.4.ad finem. refert Crau.conſilio 199.ad ſubtilia.nu.10.Menoc. conſi.72.rem hanc.num.13. quam ſententiam,poſt Barb.conſi.77.aſſerit communem Duran.de ar. teſtan.tit.6.caut.20.numero primo. & Soci.cõſ.108. ad finem,uolum.1.& conſ.121.num.48. uolum.4. refert Ceph.conſilio 244.numero 17. Pro qua materia,

teria, vide Natta conſilio 613. videtur dicendum. numero quinto. vbi late, & Alexan. in l. hæreditatum. in princ. ad legem Falcid. ubi ex Bal. ponit fallentiam in ſpurio.

Legatum annuum ciuitati, Eccleſięve relictum perpetuo, centum annorum ſpatio terminatur. l. ſi vſuſfructus municipibus. de vſufruc. leg. Alexan. conſilio 59. viſo. columna penult. uolum. 1. poſt Fulgoſ. conſilio 156. viſis. colum. 4. Couar. libro 3. variarum reſolut. cap. 9. numero decimo. & ita Paduæ conſultum fuit ſuper legato perpetuo relicto hoſpitali. S. Franciſci, quod hæredes recuſabāt ſoluere poſt certum tp̄s, & concluſum fuit quod illud tp̄s reſtringeret ad ſpatium centum annorū, & poſtea extinguatur, per text. cum glo. & Bart. in l. annua. §. Titio. in fin. de ann. leg. & ita tenuit Alex. in l. 2. in prin. ſol. matr. ubi dicit ſe ita cōſuluiſſe, & ita obtinuiſſe. & i l. Gallus. §. etiam ſi parente. de lib. & poſthum. in nouiſ. lectu. num. 40. immo Pariſ. conſilio 1. num. 155. parte prima. reſtringit iſtud uerbum, perpetuo, ut non excedat terminum triginta annorum. Dic tamen quod in iudicijs iſtud uerbum extenditur in infinitum, vide ſupra uerſic. hæres a quo relictum. & Couar. ubi ſupra, qui copioſis allegationibus hanc materiam tractat, vide ſup. uerſ. dictio perpetuo.

Legatum creditorum, nominumque debitorum non extenditur ad ea, quæ debentur in diem. l. ſi ita ſcripſiſſet. de legatis ſecundo. & ibi Bald. & Imo. quem ad hoc citat Alexan. conſilio 106. num. 8. uolum. 5. & illius legis uerba clara ſunt, in eaque eſt dictio, quicquid, quæ idem importat ac ſi dixiſſet, omnia, l. hæredes mei. in princ. & l. Baliſta. ubi Imo. colum. prima. ad Trebel. Deci. conſi. 69. nu. 5. nam ad hoc ut extendatur, expreſſe dici debet, ut etiam habetur in l. ſi ſtipulatus. §. cum ſtipulamur. & l. ſi a colono. de uerborum obligat. ubi debitum in diem non comprehenditur niſi expreſſe dicatur, uel uerba futuri temporis exprimantur: quando enim teſtator facit mentionem de debito, non intelligitur, niſi de debito efficaci, & ad præſens exigibili. Contrarium tenet idem Alex. in dict. l. cum ſtipulamur. quem Iaſ. ibi ſequitur, ubi tangit hanc propoſitionem, & tenet oppoſitum. & Curt. iun. ad l. 1. in fi. ſi certum petatur. Pro concor. opin. vide Ceph. conſilio 14. num. 8. & ſucceſſiue, ubi per plura exemplificat. & conſi. 626. num. 35. cum ſeq.

Legatum liberationis non comprehendit ea, quæ poterant per teſtatorem a legatario uendicari. l. Aurelius. §. Meuia. de liber. lega. iunc. glo. ibi. quam ſequitur Alex. conſ. 170. nu. 6. uol. 2. Rui. conſ. 25. nu. 17. lib. 1. Iaſ. conſi. 171. lib. 2. Dec. conſ. 178. col. pen. Corn. conſi. 29. lib. 1. Iaſ. Inſt. de act. in prin. col. fin. Gabr. conſi. 8. col. 2. lib. 1. & alibi Dec. conſ. 191. nu.
* 4. ubi dicit ſecūdum communem opinionem, quod legatum liberationis uerbis etiam generalibus conceptum tutori factum, nō intelligitur liberare eum quominus conueniri poſſit ratione doli, & reliquorum, quod multorū authoritate probat, ut per eum diſtinguentem de dolo in faciendo, & in non faciendo. in uer. concordando tamen. Add. dic. inf. verſic. tutor datus teſtamento.

Legatum pro anima dicitur ad pias cauſas, de leg. 2. l. ſi quis Titio. in gl. quem text. ad hoc ponderat Bal. in Authen. ſimiliter. C. ad legem Falc. & in l. 1. C. de ſacroſau. eccleſ. & in c. 1. §. donare. columna 2. uerſi. Item nota quod. qual. feu. ali. poſ. Abb. in rub. de teſtamen. num. 9. in c. relatum, il primo. colum. fi. ver. vltimo aduerte. eodem tit. & in c. 2. num. 10. in fin. de præſcri. Rom. in dicta Auth. ſimiliter. poſt princ. & conſi. 69. num. 2. Deci. conſi. 72. viſo. col. 2. uerſi. tertio principaliter. & 120. & pro tenui. poſt princ. Tiraq. copioſe in tract. piæ cauſæ. in præfat. verſic. Item relictum pro anima. Et hoc ſolum proprio modo & ſtricte loquendo dicitur ad pias cauſas, ut per gloſ. in dicta l. ſi quis Titio. ſi enim non concernit fauorem animæ defuncti teſtatoris, non dicitur proprie pia cauſa. facit text. in §. ſi unum. in fine. in Authent. ut cum de appel. cogn. vide ſupra uerſic. dotis legatum.

Legatum pro dote mulieri, non dicitur ad piā cauſam, etiam ſi teſtator dixerit mulierem eſſe pauperem, & ſe illi relinquere pro anima ſua, niſi ipſa mulier ſit uerè pauper, ut not. in l. illud. C. de ſacroſ. eccleſ. & hanc qualitatem paupertatis mulier probare debet, cum ſit fundamentum ſuæ intentionis, ut not. in l. ſi uero. §. qui pro rei. qui ſatiſd. cogan. Soci. conſilio 24. numero 42. libro primo. Alci. de præſump. regu. 2. præſump. 27. numero 4. & regu. tertia. præſump. 3. in fi. Deci. conſi. 120. col. 1. & dixi inf. uerſi. qualitas quando eſt fundamentum. maxime ſi legataria eſt conſanguinea. Bal. in l. ſi quis Titio. de leg. 2. & in c. de priore. de appel. Barto. in l. 1. 2. q. princ. C. de ſacroſ. eccl. Imo. conſil. 73. Alex. conſi. 123. & ſeq. uol. 4. Iaſ. conſi. 183. in fi. lib. 2. ubi dicit idem ſi affini relinquatur, & idem in amico dicit glo. in d. l. illud. Barba. in c. ad hęc. colum. pen. de teſtam. Auf. ad deciſ. Tholoſ. 214. Ceph. conſi. 216. nu. 4. & ſeq. ubi de materia, & vi. ſup. uerſ. dotis legatum. & inf. uerſ. pauperi relictum.

Legatum relictum alicui poſt tempus, uel mortem alicuius, uidetur denegatum ante tēpus, uel ante mortem, ut econuerſo. l. cum lex. de legib. l. Imperator. de poſtul. l. ſi unus. §. ſi cum reo. l. Epiſtola. §. fina. de pact. l. ſtatuliberum. §. Stichum. de legatis ſecundo. l. pater filium. §. fundum. de legatis 3. ubi etiam Bar. in ſum. glo. & Bar. in l. peto. §. fratre. de legatis 2. Anch. conſi. 221. hæc quæſtio. colum. 4. ante verſ. non obſtat. Dec. in l. certi iuris. in prin. C. de teſtam. milit. & conſi. 61. num. 3. in fine. Ruin. conſilio 77. columna prima, uolumine quarto. Crau. conſi. 216. ſub numero decimonono. tempus enim limitatum dicitur de forma. Auth. quæ ſupplicatio. ubi Bald. C. de precib. Imp. off. ubi etiam Salyc. & Iaſ. numero quinto. & in l. 1. §. editiones. numero tertio. de eden. idem Bald. in l. poſt mortem. colum. pen. uerſ. modo quæro. C. de fideicommiſ. cuius formæ omiſſio uitiat actum, ut ſupra uerſicu. formæ omiſſio. & infra uerſiculo, legatum, ſeu relictum ſub conditione.

Legatum relictum alicui rogato reſtituere pauperibus Chriſti, dicitur legatum ad pias cauſas. ita Bal. in l. auia. §. Titio. per illum text. de cond. & demō. facit. l. ſed & ſi non ſeruus. circa med. ad leg. Falci. in l. 3. §. pen. de leg. præſt. l. ſi patroni. §. 1. ad Trebel. & in l. cum dotem. ubi Caſtren. & Alex. ad l. Falc. Rom. in repet. Auth. ſimiliter. C. ad leg. Falc. ſub nu. 101.

uerſ.



uerſ. itē attende, & conſi. 206. nu. 7. & ibi Mandoſ. iun. ſuper uerſ. mediate. Iaſ. conſi. 1. num. 35. uol. 2. Corn. conſi. 186. de duob. ſub n. 5. uol. 2. ſequitur & comprobat Deci. conſ. 504. in caſu. nu. 4. plura Tiraq. de priuil. piæ cauſæ. priuil. 26.

Legatum relictum ſi ſit alicui in eius arbitrium & electionem, poteſt is eligere non uocato hærede. l. ſerui electione. de lega. 1. per quem text. dicit Bal. in l. ſi quis arbitratu. de uer. oblig. & in l. fin. C. de contrah. empt. quod ubi quis habet iure proprio arbitrari uel eligere, hoc facere poteſt ſine partis pręſentia. ſequitur Socin. in d. l. ſi quis arbitratu. ſub num. 30. uerſ. tertio limita. & ibi Alex. nu. 13. declarando hoc dictum, ut per eum ibid. uer. Bar. tamen, & Bal. in l. unum ex familia. in prin. de leg. 2.

Legatum ſeu relictum ſub cōditione, cenſetur ſub contraria conditione denegatum. l. aliquando. in fine. de cond. & demonſtr. l. ſi legatum pure. & l. legata inutiliter. de adimen. lega. gloſ. in l. 2. in fi. in uerſi. conditionalis. de in diem adiect. Barto. in l. paterfamilias teſtamento. quæſt. prima. de hæred. inſtit. & in l. quibus diebus. §. quidam Titio. de cond. & demonſtr. ut in conditionibus contrariis, ſi naſcatur, &, ſi non naſcatur; arguit Socin. conſilio 52. ſub numero 3. uerſicu. quarto hæc concluſio. libro primo. applica dic. infra uerſic. natus qui non eſt. & vide ſupra verſic. legatum relictum alicui poſt tempus, & ſup. uerſ. clauſula, tunc & eo caſu.

Legatum uel fideicommiſſum conditionale non tranſire in fiſcum dicit gloſ. in l. nam ad ea. de condit. & demonſtr. quam not. Bal. in l. 3. C. ad legem Falcid. & in l. quoties. §. fin. de nouat. dicens non eſſe alibi, & eam approbat per l. ſi mandauero. §. is cuius. mand. & eum ſequitur Roma. ſublato contrario legis, inter ſocerum. §. fina. de pact. dot. ut dicit in conſilio 247. numero ſecundo. ſequitur Ang. de maleſ. in uerſicu. & eius bona publicamus. uerſic. & nota quod facta dicta publicatione. ubi omnes concludunt præmiſſa non uenire in confiſcatione bonorum, ſicut nec bona futura ex communi ſententia ueniunt, ut dixi ſupra uerſic. bonorum confiſcatione. Et dum Bald. in l. 1. columna penult. uerſic. ex prædictis apparet. C. de hæred. inſtit. dicat ea uenire, eius tamen dictum procedit in bonis debitis ex contractu conditionali, & in iuribus conditionalibus mixta uel poteſtatiua conditione, ut dicit Roma. ſingul. 170. Gloſ. ordinaria. & ſingul. 430. Nunquid confiſcatis. iunc. addit. ubi habes, quæ iura, & quæ bona ueniant, & non in confiſcatione bonorum.

Legatum uniuerſale continet plura quam generale. ita Barto. in l. generali. §. uxori. in fine. de uſufruct. lega. & ideo in primo ueniunt ea, quæ ſunt uenalia; ſecus in ſecundo. ſequitur Deci. in l. 1. numero 23. de regu. iuris. Iaſ. in l. 1. §. nunciatio. numero quinto. de no. op. nun. Socin. in l. ſi rem legatam. in fin. de excep. Iaſ. in l. qui Romæ. §. Callimacus. num. 5. de uerb. oblig. in l. 1. num. 2. C. de uerb. ſig. in l. fideiuſſor. §. prætor ait. colum. fi. verſ. ſecundo adduco. qui ſatiſ. cogan. Rom. conſilio 498. in caſu. col. fin. Deci. in c. ſedes. colum. 2. de reſcrip. in conſi. 27. col. ultima, & conſilio 295. num. 2. in fi. Ruin. conſ. 33. num. 9. uolum. 2. Curt. iun. conſi. 45. num. 4. Rube. conſilio 135. num. 2. Goz. conſ. 14. num. 22. Menoc. conſi. 401. num. 85.

Legatus conueniri non poteſt durante legationis ſuæ officio, dūmodo legationem ſuſceperit prius quàm grauari cœperit. l. penult. de legatione. in ſecunda parte. gloſ. citans concord. in l. 2. ff. eum qui appel. Martin. Laud. in tit. de legat. quęſt. 30. Azo in Sum. C. de legation. num. 13. libro 10. Bart. in l. 1. prope fin. de diuerſ. & temp. præſcr. Marian. Socin. in trac. de citati. art. 5. prin. nu. 53. poſt Imo. in l. quæſitum. nu. 6. de re iudic. Idem Imo. poſt Bald. & Ang. in l. ſi quis inſtituatur. num. 11. ad finem. de hæred. inſtit. nec ſi fuerit abſens cauſa Reipublicæ, tenetur procuratorem mittere. Caſtr. in l. 1. numero quinto. ver. primus fuit. C. de reſtit. mil. vide ſupra verſ. abſens Reipublicæ cauſa.

Legatus qui aliquem excommunicauit, finito munere legationis uel prouinciam egreſſus, & ſic eo tempore quo excommunicare non poterat, poteſt tamen excommunicationem per eum ante latam declarare. Ioan. And. in c. nouit. in fi. de offic. lega. Fel. in c. ſuper quæſtionum. columna prima. verſ. vltimo. Io. And. de off. delega. Rebuf. in l. quod iuſſu. in 2. not. nume. 159. de re iudic. nam qui declarat nihil addit, & nihil de nouo facit, ſed iam factū apperit. l. hæredes palam. §. ſed & ſi notam. de teſta. l. adeo. § cum quis. de acquir. rerum dominio. l. aſſe toto. de hęr. inſtit. l. unum ex familia. §. ſi de Falc. de leg. 2. clem. prima, in princ. de iure patron. ubi declarare & addere ponuntur tanquam diuerſa. hinc dicunt Doct. quod qui declarat non diſponit, ſed quod actum eſt in præteritum oſtendit. Bal. in l. cum teſtamentum. in fin. C. de manumiſ. teſtam. Deci. in l. edita. numero quadrageſimoſeptimo. C. de eden. & in numero ſeq. ubi copioſe hanc propoſitionem declarat, quod qui declarat nihil de nouo facit, uide ſup. verſ. Epiſcopus licet exemptos.

Legem, hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſt. habere locum in liberis naturalibus, ſi legitimi nō extant, tenuerunt Specul. Gaſtr. Roman. & Bald. quos refert Iaſ. in d. §. ex imperfecto. colum. ſecunda, numero quarto. & dicit Caſtr. quod eſt ſatis rationabilis illa Specul. opinio. idem tenent Ioan. Fab. Alberi. Socin. & Guiel. Bened. quos citat Boer. deciſ. 240. Tiraq. in leg. ſi unquam. uerſi. ſuſceperit liberos, num. 60. de reuoc. donat. & dicit Boer. ubi ſupr. num. 14. uerſ. ſed quod diſpoſitio, quod opinio Specul. habet maiorem apparentiam, & num. 19. dicit ita fuiſſe per curiam iudicatum. Negatiuam uero, quod ille. §. non procedat in liberis naturalibus, tenuerunt multi quos citat Iaſ. in d. §. ex imperfecto, ſub num. 4. uerſ. ſecundo limita. dicens, quod in contingentia facti omnes Doctores, ita conſuluerunt, & Alexand. in leg. ex facto, §. ſi quis rogatus. num. 45. ad Trebel. Clar. de teſtam. quæſtione 12. Paleo. de noth. & ſpur. quæſt. 32. num. 2. & 7. Dec. conſi. 610. Curt. ſen. conſi. 74. numero 155. Aretin. in leg. qui teſtamento, §. nec furioſus, colum. 2. & tertia. Rubeus conſilio ſeprimo, numero 7. & pro hac ſecunda iudicatum fuiſſe dicunt Foſſan. deciſ. 94. in fin.

Legem ſeu diſpoſitionem quamlibet generaliter loquentem, comprehendere omnia, quanquā in uno

militet maior ratio quàm in alio, dicit text. in l. in fraudem. in fi. de milit. teſtam. quem ad hoc cũ alijs citat Deci. in c. ſedes. numero 12. & 13. de reſcr. in l. ſenium. numero 53. C. qui teſtam. fac. poſſ. in l. ex teſtamento. nu. 5. & 6. C. un. lib. conſi. 20. num. 3. verſic. quarto vt ſupra dixi. Et in diſpoſitione ſtatuti tradit Gozad. conſilio 19. num. 17. conſilio 35. num. 6. & conſi. 103. num. 3. vt & ſermo generalis comprehendit etiam milites. dicta l. in fraudem, in fine. Deci. in l. quamquam. num. 8. C. de teſtam. milit. Item comprehendit fiſcum. Deci. in l. iuſtum. 2. not. C. de eden. idem de dote dicit conſi. 5. & in l. pactum quod dotali, numero 7. C. de pac. ubi idem concludit de Eccleſia, cæteriſque priuilegiatis, qui ſub generali diſpoſitione includuntur, ut per eum. Ceph. conſilio 29. num. 1. ſupple, & declara ex dictis ſup. verſic. diſpoſitio generalis. verſicu. Dictio (omnis) appoſita, & uerſic. Dictio (omnis) non includit. & infra verſicu. renuntiatio generalis non præiudicat.

Leges ſicut contrarijs moribus utentium abrogantur, ita & moribus utentium confirmantur, 3. diſtin. §. leges. l. de quib. de legi. ubi quod tacito omniũ conſenſu leges per diſſuetudinem abrogantur. de interrog. act. l. 1. §. interrogatorijs. in Authent. quib. mod. nat. effic. ſui. §. ult. Felyn. multa ad hoc citans in c. 1. colum. 3. verſ. lex noua. de treug. & pa. Marſ. in prac. §. aggredior. num. 40. Deci. in l. eſt receptũ. in princ. de iuriſd. omnium indicum. Rebuf. ſuper concor. tit. de collat. §. præfatique ordinarij. uerſic. poſt præſentium acceptationem. ibi, nec requiritur conſuetudo. Quid autem ſit in ſtatuto, uide inf. ver. ſtatutum utentium moribus.

Legis uerba id determinant, quod materiæ congruit. l. 4. §. toties. de dam. infec. l. hos accuſare. §. omnibus. de accuſ. l. ſi uno. in princ. loca. l. ſi inſulam. & ibi Barto. de uerborum obligationib. l. ſi olei. ubi gloſ. & Bart. C. loc. l. ſi ſtipulatus. de vſur. Ioan. And. in reg. qui ſentit, in fi. in Mercur. & in additio. Specul. in tit. de teſte. §. nunc uidendum. poſt princ. in addit. 1. uerſic. per eundem. Bald. in tit. de pace iur. firman. §. conuenticulas. columna prima. in med. uerſic. pone quod dominus. in rubr. de reſcri. numero decimo, & in cap. primo. de vita, & honeſtate clericorum. numero 4. Iaſ. in l. 1. nu. 8. qui ſatiſd. cog. in l. in prouinciali. §. ſi ego ſuperficiarius. ad finem, de oper. noui nunc. in l. ſi quis ante. in princ. verſicu. huic, de acquiren. poſſeſ. in l. qui Romæ, §. duo fratres. numero 61. & in l. quod dicitur. numero 32. de uerborum oblig. in l. Iulianus. §. qui fundum. nu. 8. eodem tit. in l. ſi conſtante. numero 194. & in l. quæ dotis. numero 32. ſoluto matrim. in l. is qui putat. in fi. in l. pro hærede. §. ſi quid tamen. numero primo; & in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. numero decimoquinto. de acquir. hæred. in l. filius qui patri. numero nono. de vulg. & in l. Gallus. §. in omnibus. numero quarto. de liber. & poſthum. in l. 1. num. 8. C. de pact. in l. cum quis. numero 6. C. de iur. & fac. ignoran. in uſib. feud. numero 13. & 103. in l. licet. numero 5. C. de iu. delib. in l. non omnis. numero 2. ſi certum pet. quod probarunt, & multi alij relati a Niconi. in repet. c. quoniam contra. de probat. p. 1. numero 242.

Legis, ſi infanti. C. de iure deliber. priuilegium compe tit ſolum patri, & aſcendentibus maſculis, non autem matri. Caſtr. in dicta l. ſi infanti. num. 9. uerſic. quæritur. & ibi Alexand. num. 2. Iaſ. num. 3. quam * propoſitionem cõem dicit Aſcan. Clem. in tract. de pat. poteſt. cap. 6. effec. 13. nu. 15. uerſ. vnde bene, quod etiam dixit Bar. in d. l. eamque communem aſſerit Eman. Coſta in c. ſi pater. parte prima. in uer. habens. numero 25. de teſta. libro 6. Guiel. Bened. in c. Rainutius. §. itaque mortuo, il ſecondo. nu. 172. & 173. de teſtam. qui dicit idem in auo paterno, niſi mater ſit in medio, ut ibi. numero 170. & 171. inferendo, quod hoc caſu non tranſmittat infans in auum propter matrem proximiorem, neque in matrem, quia ad illam non ſpectat priuilegium tranſmiſſionis, ſicut nec alij extraneo. dicta l. ſi infanti. §. ſin vero. vnde infert ibi, qđ ſi mater eſſet cũ auia materna, tunc haberet locum tranſmiſſio, & ſuccederet auia materna cum auo paterno, ſed quia eſt mater, ſuccedet ſolus auus ex perſona filij, uti hæreditate non adita. ita Caſtr. vbi ſupra uerſic. quidam habebat. & Guiel. Bened. in dicto §. mortuo itaque. numero 178. & alij quos referunt Foſſan. deciſ. 88. numero tertio. & ſucceſſiue, ubi examinãt hanc propoſitionem, & ad intel. dictę l. ſi infanti. plura dicunt, & require ſupra uerſi. filius paternam hæreditatem, & vide infra uerſicu. mater quæ non poteſt.

Legiſlatoris uerba narratiua, ſeu enunciatiua non diſponunt, nec probant, nec conſtituunt ius. c. ſi Papa. de priuil. in 6. clement. prima. de probat. Feder. conſilio 39. viſo. ante finem. Rom. conſilio 191. nu. quinto. Alexan. conſilio 17. numero quinto, uol. 2. Iaſ. plura citans in l. 1. numero 38. de offic. eius. in l. 1. in 1. lect. numero 26. & in ſecũda lect. numero 33. eo. & in Authen. ingreſſi. ſub num. 31. C. de ſacroſ. eccleſ. Curt. iun. conſilio 125. ſub num. 6. uerſ. ergo * ſuccedit, ubi dicit hanc eſſe communem ſententiã. & Franc. Balb. in l. Celſus. in 3. not. de uſucap. de quo uide plene infra uerſic. narratio facti. & uerſic. verba geminata legiſlatoris.

Legitima & Trebellianica detrahi poſſunt ex fideicommiſſo in diem incertum, uel ſub conditione fa- * cto, ſecundum communem deciſionem omnium canoniſt. & conſuetudine approbatam, in c. Rainutius. & in cap. Rainaldus. de teſtam. ut dicit Roma. conſilio 185. numero quarto. & ita ubique ſeruari dicit, Guid. Pap. deciſ. 52. licet. in prin. Anchar. conſilio 27. numero tertio. Curt. ſen. 51. numero decimoquinto. Rip. in l. in fideicommiſſaria. poſt num. 30. ad Trebel. Deci. conſilio 201. ut præſens. poſt num. ſeptimũ. 228. in caſu. columna ſina. 236. non parua. in quarto dubio. 238. columna ultima. 257. columna ſecunda. 299. numero tertio. 320. numero quarto. 419. poſt princ. 613. numero quinto. 688. poſt num. ſeptimo. Pariſ. conſilio 51. num. 3. uolumine 2. Socin. iun. conſilio 83. num. quinto, uolumine primo. De hac copioſe Mandoſ. iun. ad d. conſi. Rom. ſuper uerſ. facto. & hanc ſententiam approbatam eſſe in iudicijs, & in ſcholis, dicit Deci. dicto conſilio 201. ſub d. nume. 7. verſicu. venio ad ſecundum. ubi Caſtr. Alexand. & alios in hanc ſententiam citat.

Legitima



Legitima etſi in totum tolli non poſſit pacto, renuntiatione, vel ſtatuto, tamen minui poteſt. Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. de cond. & dem. nu. 6. Iaſ. in auth. nouiſſima. num. 56. in fine. C. de inof. teſtam. Socin. ſen. conſ. 150. num. 3. vbi omnes hoc fateri dicit. Curt. iunior conſ. 101. num. 9. in fi. Rui. conſil. 52. num. 9. lib. 2. Menoch. conſil. 401. nu. 49. de materia copioſe per Manti. de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 22. num. 41. & ſucceſſiue. ei tamẽ apponi non poteſt aliquod onus vel grauamen, & appoſitum reijcitur. l. quoniam in prioribus. & l. quoniam nouella. C. de inof. teſta. Alexand. conſil. 139. eleganter. cir. prin. vol. 1. Curt. iun. conſ. 120. num. 16. Pariſ. conſ. 16, nu. 65. vol. 2. & Crau. conſ. 17. per tot. vol. 1.

Legitima filij debita ſibi in bonis patris non venit in generali fideicommiſſo. glo. in l. præcibus. C. de im * pub. communiter omnes in l. ex tribus. C. de inof. teſtam. & in l. 1. de vulg. & pupil. per tex. in l. cohæredi. §. filiæ. in verſ. ſalua falcidia. ſecundum expoſitionem Dyni. & in verſ. nec fideicommiſſo. ad Trebel. hanc ſententiam multis in locis firmat & pro conſtanti ponit Dec. vt in conſ. 81. in caſu. vbi plures eam tenentes citat. & rationem ponit, quam & omnes doct. adducunt, quia, filius in legitima grauari non poteſt, cum immo ab ea omne grauamẽ adiectum remoueatur, ut per Abb. Alex. & alios quos ad hoc adducit Mandoſ. iun. ad conſ. Rom. 185. ſuper ver. non veniat.

Legitima filij non poteſt à ſtatuto tolli, vt dictum eſt ſup. verſ. legitima etſi. intellige, ſine cauſa. §. aliud quoque capitulũ. in Auth. vt cum de appel. cognoſ. etiam ſi pauperibus relinquatur. c. quicunque. 17. q. 4. Alex. cõſ. 3. circa premiſſam. col. pen. uerſ. quinimo. uol. 7. Corn. conſ. 150. hanc quæſtio. in fi. lib. 1. Dec. plures ad hoc allegans in l. iura ſanguinis. de reg. iur. num. 7. iunc. addit. in ver. contrarium tamẽ. ubi habes quæ in hac propoſitione ſit cõmunis opinio apud canon. & quæ apud legiſt. & harum quæ tenenda ſit, & ibi de authoritate deciſ. Rotæ, quod communi opinioni præualeant. Signor. conſilio 37. quædam mulier. Capra conſ. 165. num. 10. Arelat. in addi. ad Alciat. de præſum. præſum. 8. Alex. conſil. 211. viſo themate. colum. 2. uerſic. Secundo reſpondeo. uolum. 7. & conſilio 168. uiſis. in prin. eod. uol. Curt. iun. conſil. 153. num. 15. Pariſi. conſil. 23. nu. 3. uolum. 2. ubi habetur pro & contra. Mantic. de coniec. ult. uol. lib. 5. tit. 15. num. 37. propoſitionẽ hanc authoritatibus munitam pro indubitata ponit. Rom. conſ. 32. ſub num. 10. uerſ. ubi eſt aduertẽdum. An autem minui poſſit, uide ſupra verſ. legitima etſi.

Legitima filiorum non uenit in confiſcatione bonorũ patris, ſed illis reſeruatur, l. 1. & l. cum ratio. de bon. damn. Boſi. in tract. de alim. uxo. præſt. num. 5. quia macula patris nocumẽtum filijs afferre non debet. l. crimen. de poen. niſi in crimine læſæ Maieſtatis. per l. quiſquis. §. filij. C. ad l. Iul. Maieſt. l. fin. C. de bon. damnat. 6. quæſt. 1. cap. ſi quis cum militibus. & in crimine hæreſis. Cyn. in l. fin. de bon. proſcr. cir. fin. Foſſan. deciſ. 104. num. 1. & per tot. ubi docet copioſe quota portio tali caſu debeatur filijs pro legitima.

Legitima matris & patris poteſt à ſtatuto etiam ſine cauſa tolli, ut dicit Bald. in l. 1. §. ius naturale. ad fin. de iuſt. & iu. quẽ refert & ſequitur Curt. iun. conſil. 153. num. 15. & eſt ratio, quia legitima in bonis filij debetur parentibus de iure poſitiuo, ideo per ſtatutum auferri poteſt, & per ſubſtitutionem mater omnino ab ea excluditur, etiã in foro canonico, ut eſt * magis communis & uera ſententia contra Archid. ſecundum Corn. in l. præcibus. C. de impub. colum. 1. in fin. Galiau. in repet. l. Centurio. de vulg. colum. 70. Alexandri. conſil. 99. in fin. Pariſ. conſil. 16. nu. 53. volum. 2. & conſil. 23. eod. volum. poſt Roman. conſil. 32. colum. fin. & ibi Mandoſ. iun. ſuper ver. quod ſic. Capra conſil. 15. pro pleniori. & conſilio 151. ſubſcripſi. Aduerte tamen, quod in foro canonico videtur cõtrarium, nam in eo mater etiam per expreſſam pupillarem non excluditur à legitima, vt communiter teneri cum Archi. teſtatur Dec. conſilio 210. ſubtilis. in fi. & ad dictum, quod ſine cauſa, illud non eſt tutum, vt per doc. in capit. ſi pater. de teſtam. lib. 6. quod etiam in hoc ſtatuitur, eſt propter exiſtentiam agnatorum, vel aliam ſimilem cauſam. ut dicit Alexand. conſil. 68. circa præmiſſam. colum. 1. circa med. uerſ. & conſtat. uol. 4. nam ex. d. cauſam extantiæ agnatorum nedum poteſt matrem excludere, ſed etiam filias, ut dicit Alexand. d. conſil. 68. uerſic. quinimmo ſecundum. Iaſ. in l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inof. teſtam. idque ex pluribus comprobat Pariſi. conſil. 23. num. 5. & 6. uolum. 2.

Legitima non debetur ei cui non debetur ſucceſſio inteſtati. Ang. conſil. 300. Caſtr. conſil. 96. nu. 2. uol. 2. Dec. conſil. 26. num. 4. conſil. 276. colum. 2. conſ. 296. num. 2. conſ. 299. num. 2. & 5. conſ. 303. num. 9. conſil. 39. num. 5. conſil. 505. num. 7. & conſ. 525. * num. 4. ubi dicit communem. Alexand. in l. Gallus. §. & quid ſi tãtum. de lib. & poſth. Socin. conſ. 150. num. 18. uol. 1. conſil. 288. num. 12. 24. & 25. volu. 2. conſil. 35. num. 10. conſil. 89. num. 24. & conſil. 127. num. 2. uolum. 4. & ubique teſtatur eſſe communem. & multos alios citat, ut per eũ. & per Crauet. conſil. 11. num. 13. conſil. 236. num. 2. idem uoluerunt Ruy. conſil. 40. num. 1. & 2. uolum. 3. Barb. conſ. 50. num. 8. & 9. uol. 3. Goz. conſi. 43. num. 24. ubi ait, ſublata ſucceſſione ab inteſt. intelligitur ſublata legitima. citat Aret. Corn. & alios, ut per eum. Pariſ. conſil. 93. nu. 12. conſil. 94. num. 23. uol. 3. Rube. conſil. 122. num. 2. ubi plures in hanc ſententiam citat. Tiraq. de primog. quæſt. 55. num. 9. Alciat. de præſump. reg. 1. preſump. 13. nu. 6. quem, & alios ad hoc citat Cephal. conſ. 5. num. 43. & ſucceſſiue. ubi rationibus & authoritatibus id comprobat.

Legitima ſicut relinqui debet deſcendentibus titulo & iure inſtitutionis, ita & aſcendentibus, cum par * ratio utriuſque ſit. & hæc eſt magis communis opinio, cũ qua trãſeunt, Caſtr. in Auth. nouiſſima. n. 6. C. de inof. teſtam. & ibi Doct. & Vaſqui. num. 282. & Bart. in hoc contrarium ſentientem communiter reprehendi ſcribit Ioan. Roy. in epito. ſucceſ. capit. 29. num. 42. & c. 31. nu. 9. late Molina in tract. primogen. lib. 2. c. 15. nu. 16.

Legitimæ in detractione attendi debet quantum ua-

vel

luerint facultates tempore mortis eius de cuius bonis uenit detrahēda, licet alio tempore poſtea plus vel minus ualuerint. l. cum quæritur. in ver. mortis tempore. & in auth. nouiſſima. in ver. ex ſubſtantia deficientis. C. de iuoff. teſtam. Bal. in l. ſi qua pœna. in 1. lect. de his qui ſunt ſui vel al. iur. Saly. in l. ſcimus. §. repletionem. col. vlt. C. de inoffic. teſtamen. Paul. & Alex. in l. in ratione. la 2. in princip. ad leg. Falc. Iaſ. conſ. 214. num. 5. vol. 2. Decius conſil. 89. viſo puncto. in fi. conſ. 228. in caſu. num. 3. uerſ. & cum eſſent. conſ. 231. uiſo caſu. ad fi. Crauet. conſi. 19. poſt redditum. col. 2. uerſ. quarto arguo. Ceph. conſ. 165. honeſta. nume. 20. nec detrahitur niſi de bonis allodialibus, in eiuſque aſſignatione requiritur iudicis arbitrium, qui in una uel pluribus rebus poterit eum aſſignare, ut concludunt Bart. & com- * muniter ſcrib. in l. in quartam. ad l. Falc. Soc. conſ. 57. num. 35. uol. 4. Aret. conſ. 156. num. 9. Curt. iun. conſi. 21. num. 10. Dec. conſi. 236. num. 9. Bolog. conſi. 59. col. 1. Ruin. conſ. 131. num. 15. lib. 1. conſ. 57. uum. 25. uol. 5. Pariſ. conſi. 45. lib. 2. nu. 5. Couuar. ad c. Raynaldus. §. 2. num. 5. de teſtamen. Menoch. cumulans de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. caſu 163. numero 20. & 21.

Legitimæ ſupplementum fieri debet ab his qui retinēt bona hæreditaria, ſiue ſint hæredes, ſiue legatarij. Bart. quem cæteri ſequuntur. in l. in quartam. col. fi. ad l. Falc. Soc. in l. Marcellus. §. idem Pomponius. prope fi. ad Trebel. per text. l. 1. §. interdum. ſi cui plus quam per l. Falcid. Bald. in l. omnimodo. C. de inoff. teſtam. Corn. conſi. 148. vol. 4. præſertim quando legata ſunt ampla, de quibus in hoc idem iudicatur quod de hæreditate. l. Saluius Ariſto. de lega. præſtan. Alex. in authen. ex cauſa. nu. 20. C. de lib. præter. vbi etiam Iaſ. & tenuit Bart. in l. fi. colum. 1. verſ. quæro quæ eſt ratio. de hæred. inſtit. & in d. l. Marcellus. §. quidam liberis. poſt princ. uerſ. quæro quid ſi teſtator. Rip. poſt alios in l. Centurio. ſub num. 100. de vulg. & pup. Crauet. in rubr. de lega. 1. num. 15. Ceph. conſ. 728. num. 23. & 24.

Legitimati per matrimonium ſequens non veniunt in fideicommiſſo, quo uocati ſunt procreandi ex legitimo matrimonio. Bald. conſil. 367. quidam tres hæredes. lib. 5. cuius opinionem communem teſtatur Socin. iun. conſil. 77. num. 14. volum. 3. & conſil. 12. volum. 4. Roland. conſil. vlt. num. 42. lib. 2. Cæpha. conſ. 82. num. 24. 67. & 111. lib. 1. & conſ. 364. lib. 3. Curt. iun. conſ. 64. num. 12. Alciat. conſil. 59. & 124. Manti. de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 12. num. 20. uerſic. & hanc. Gabr. de legit. concl. 1. num. 22. & 23. Ruy. conſil. 92. num. 14. lib. 3. Nata conſ. 624. num. 15. & 16. vbi etiam diſputat quid in legitimatis per reſcriptum, quia tales non dicuntur legitimi vere, ſed ficte. Alexand. conſil. 2. num. 10. lib. 4. Dec. conſi. 284. num. 12. Ant. de Roſel. in tract. de legit. lib. 2. cap. fin. num. 2. & ita iudicatum dicit Foſſan. deciſ. 196. num. 3. & 4. vide infra verſic. legitimatus per ſubſequens matrimonium.

Legitimati ſiue per ſubſequēs matrimonium, ſiue per reſcriptum principis habentur pro vere & proprię legitimis, ad faciendum patrem immunem ab oneribus ob numerum duodecim liberorum. Bar. in l. ſi is qui pro emptore. quæſt. 3. in prin. de vſucap. Dec. conſ. 399. num. 5. Ferdin. Paez in tract. de excuſ. paren. num. 55. & 56. Ruin. conſil. 124. lib. 4. & ita iudicatum refert Foſſan. deciſ. 267. num. 7. pro quo vide not. infra uerſic. Numerus duodecim liberorum.

Legitimati ſunt infames infamia facti. ut not. Azo in Sum. C. de infam. circa prin. ſequitur Alexand. conſil. 2. num. 5. & conſil. 25. num. 4. uolum. 1. & in l. 3. in prin. de lib. & poſthum. & conſil. 67. ſub num. 5. uerſic. & tales. uolum. 1. Roman. conſil. 117. Bald. conſil. 60. colum. 2. & conſil. 373. lib. 1. conſil. 129. lib. 2. Curt. ſen. in l. admonendi. in repet. colum. 3. de iureiur. Iaſ. in l. fratres. in fi. C. de inof. teſt. in l. ſi is qui pro emptore. col. 1. de uſucap. Bertr. conſ. 188. exiſtimo. in fi. lib. 2. Hyppol. nota. 273. notiſſimum eſt. in princ. Curt. iun. conſ. 37. num. 3. Nicen. in repet. c. quoniam contra. de probat. p. 1. nu. 264. Bald. in l. 1. C. de iu. aur. an. & in l. generaliter. C. de inſt. & ſubſtit. Alex. conſ. 57. in caſu. circa primum dubium. uol. 4. Afflict. in conſti. reg. tit. de pugn. ſubl. num. 5. uide ſup. uerſ. emphyteuſis acquiſita pro ſe. & uerſ. infamiam alicui irrogare.

Legitimatio facta à Comite Palatino authoritatem habente ab Imperatore, de ſubdito alicuius etiam immediate ab ipſo Imperatore infeudati, non ualet niſi interuenerit conſenſus ipſius infeudati. cap. per venerabilem. circa med. uer. inſuper. ubi Abb. & cæteri. qui fil. ſint legit. ubi non ualet legitimatio comitis Imperialis de ſubdito eccleſiæ in terris eccleſiæ, ſiue conſenſu pontificis, propoſitionem firmat Curt. ſen. conſ. 73. ſuper memorata, in 5. dub. prin. ſequitur Iaſ. conſil. 70. colum. pen. cir. prin. uerſic. confirmo etiam. uolum. 3. Socin. iun. conſil. 100. nu. 11. uol. 2. & conſil. 129. num. 22. uolum. 3. ubi concludunt legitimationem à comite Palatino authoritatem habente ab Imperatore Mediolani factam non ualuiſſe, quia non interuenerat conſenſus Ducis Mediolani neceſſarius, licet Dux ab eodem Imperatore infeudatus fuiſſet. Ceph. conſil. 23. num. 77. & 78.

Legitimatio filiorum naturalium obtenta à patre non habente filios legitimos, reuocatur per ſubſequentem natiuitatem filiorum legitimorum, ex preſumpta voluntate teſtatoris, qui ueriſimiliter non feciſſet legitimari naturales ſi ſperaſſet ſe habiturum legitimos. ita per illum tex. not. Guiel. de Cun. & Alber. in l. tale pactum. §. patet qui. de pact. ubi dicūt ita tenuiſſe Dyn. in conſ. & in lect. quos ſequūtur. Deci. conſil. 307. & 576. & Socin. iun. conſilio 142. lib. 1. pro ratione uide infra uerſic. teſtatoris diſpoſitio collata. Intellige tamen reuocari quo ad bona, non quo ad ſtatum perſonæ, licet enim bona, non ipſis, ſed legitimis ſupernaſcentibus debeantur, non * tamen amittunt legitimationem. ita ſcrib. communiter, in l. ex facto. de vulg. & fuit ſententia Specul. iunc. addit. Ioan. And. in tit. de ſucceſ. ab inteſt. §. 1. verſic. Sed ex facto quæritur. ut per Ant. Abb. & alios canon. in cap. per uenerabilem. qui filij ſint legit. quam ſententiam hos & alios plures referendo, firmat & communem dicit Iaſ. in l. tale pactum. §. pater qui. num. 8. ff. de pact.

Legitimatio non valet, niſi fuerit derogatum diſpoſitioni cap. naturales. ſi de feu. fu. contro. ut dicit Bal.





Mulier nubendo ſimpliciter non uidetur dediſſe omnia bona ſua in dotem, quia matrimonium poteſt eſſe ſine dote. l. fin. C. de donat. ante nup. l. fina. C. de repud. Authent. præterea. C. vnde vir & vx. ita Bart. late in ſua diſput. ſeu. quæſt. 7. mulier habens. eſt communis opinio teſte Curt. iun. conſilio 168. nume. quarto, vbi eam firmat, ampliat, contrariam reprobat, & ex Doct. declarat. ita etiam Ang. conſi. 335. ſtatuto communis. Rom. conſ. 44. ex ſupranarrato. ſub numerum 4. verſ. aliquando contrahitur. Alex. conſi. 142. viſo ſtatuto. volum. 7. Corn. conſi. 127. licet in hac. n. 2. parte 4. Dec. poſt Pau. de Caſt. & Iaſ. in dicta Authent. præterea. Idem Deci. conſi. 521. conſultus. num. 11. Hyppol. ſingul. 588. de iure communi. Pariſ. conſilio 34. ſtatutum de dote. col. 1. uolumine tertio. Etiam ſi maritus teneret, & poſſideret bona mulieris, & fructus percepiſſet etiam per decenniũ, ſciente & patiente muliere, quia agitur de magno præiudicio mulieris, ſaltem in caſu quo ſtatutũ diſponit, quod muliere prædecedente maritus lucretur aliquam partem dotis. Alex. conſilio 122. viſo. col. 3. & 4. volum. 7. per not. in l. 2. C. com. diuid. & per not. per Doct. in l. cum de in rem verſo. de vſur.

Mulier nupta, dotatave excluſa per ſtatutum fauore maſculorum, non cenſetur excluſa a legitima, ſeu illius ſupplemento, ſi ſtatutum de legitima ſpecialem mentionem non faciat. ita cenſent Doct. magis * communiter, ut per Canoniſ. in c. Rainutius. de teſtamen. & Legiſtas in Auth. nouiſſima. & in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam. Bart. Bald. & alij communiter in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de liberis & poſthum. Brun. de ſtatu. art. 9. columna 4. Soci. conſilio 127. numero ſecundo, volumine quarto. Corn. conſilio 316. libro primo, conſilio 107. & 150. libro ſecundo. Deci. conſilio 16. numero quarto, & conſi. 296. Pariſ. conſilio 27. 28. & 54. libro ſecundo. Crau. conſilio vndecimo, numero decimotertio. conſi. 236. nu. 2. 3. & 24. late Decian. conſ. 6. num. 13. uol. 1. Foſſan. deciſ. 159. nu. 2. rationem, vide ſup. in ver. dos & legitima.

Mulier prohibita a ſtatuto contrahere, ſine certa ſolemnitate, ſi pro alio contrahat vel intercedat cum iuramento, non requiritur quod certioretur de beneficio Velleiani ſibi competenti. cap. ex reſcripto. de iureiuran. iunc. gloſ. in ver. & vxorem. in vlt. in* tel. & iſta eſt communis ſententia, vt per Alexand. conſilio 27. viſo libello. ſub num. 7. verſ. non obſtat. uolum. 1. & ita teneri iuxta. d. intel. glo. dicit Felyn. ibi. num. 13. quod antea firmauit ibi Abb. ſub num. 9. verſic. tertia ſolutio. & hoc vigore iuramenti, & dicit ſemper not. in hoc illum textum, iunc. d. gloſ. quod mulier obligatur ex fideiuſſione, ſi iurauit. per doctr. Bar. in l. ſi quis pro eo. de fideiuſ. quod. ſ. contractus fideiuſſoris firmatur iuramento, quod dicit ipſe Abb. bene not. nam mulier principaliter iuuatur in fauorem ſui, meritò contractus incontrarium firmatur iuramento. c. quamuis. de pact. in 6. quod & ibidem tenuit Imo. & ſequuntur omnes. Hanc concl. latiſſime firmat Rom. in l. ſciendum. de verb. oblig. col. 10. quia iurans cenſetur cogitaſſe ſe nullo beneficio, ſi quod ſibi cõpeteret, uti poſſe, & ſufficit cogitaſſe in genere, licet non in ſpecie. per d. Bal. in l. 2. C. de reſcin. uend. & d. c. ex reſcripto. ſequitur Alex. in l. quoties. de in ius uoc. tenet But. in c. ſi diligẽti. col. 6. de foro comp. Archid. & Io. And. in dicto c. quamuis. Caſtr. in l. ſi. circa finem. ad Velleia. per tex. in Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. uend. quod uidetur de mente Bart. in d. l. ſi quis pro eo. in 5. membro. cum quo ita concludit Alex. conſi. 42. ſuper præmiſſo. ſub nu. 16. uerſi. ſeptimo. Pro qua materia uideas ſcripta mea copioſa in qq. legal. q. 22. nu. 38. & ſucceſſiue.





Mulier recipiens aliquid vltra ſortem ſoluto matrimonio eſt vſuraria, nec iuuatur diſpoſitione. c. ſalubriter. de vſur. quia tunc ceſſat fauor conſiderabilis re* ſpectu onerum matrimonij. eſt communis ſententia cũ Imo. ſecũdum Abb. in d. c. ſalubriter, & dicit communem Affl. deciſ. 284. & Crau. conſi. 189. nu. 7. ad fi. nec etiam pro alimentis donec ſibi ſoluatur dos. nam diſpoſitio. d. c. ſalubriter. non habet locum ſoluto matrimonio, vt dicit ibi Inn. communiter receptus. Corn. conſ. 77. & 222. lib. 3. Alex. conſ. 200. li. 6. & 141. lib. 5. contra dicit, quod immo ratione intereſſe damni emergẽtis, aut lucri ceſſantis poſſit id * vidua ex pacto conſequi, quam ſententiam dicit cõmunẽ Iaſ. conſi. 92. uol. 1. ex eadem ratione, qua maritus intereſſe petere põt donec ſibi ſoluatur dos: hoc enim non recipitur per modum vſuræ, & mutui palliati, ſed uia promiſſionis cuſtodiæ ipſiusmet dotis, quæ tacite reſultat ex natura illius, & ex fine ob quem datur, & accipitur, & conſeruari debet donec deſinat eſſe dos, arg. l. cum quid. ſi cert. pet. cum ibi no. & ita concludit Nauar. in commen. reſol. vſur. c. 20. n. 75. vbi infert ad diuerſa ſtatuta de hoc loquẽtia, quod ſalua conſcientia ualeant, vt eſt Venet. ſtatutum lib. 1. c. 60. incip. cum ſecundum conſuetudinem, vbi ordinatur quantum tempus viuere debeat vidua de bonis mariti. & vide infra verſ. pactum de ſoluendo intereſſe.

Mulier ſicut priuatur dote propter adulteriũ, ut dicit Bal. in c. tuæ. de procur. nu. 5. per c. plerunq;. de donat. int. vir. & vx. ita ẽt propter oſculũ luxurioſum, vel tactum mãmillarum, per c. 1. §. 1. quib. mod. feu. amit. hanc Bal. doctr. declarat Dec. in rub. C. de edẽ. nu. 2. diſtinguendo inter actus præparatorios adulterij, vt per eum. Crau. conſi. 137. dicit quod de conſuetudine hodie mulier propter adulterium non punitur, oſculantẽ tamen luxurioſe extraordinarie puniri dicit. Gram. conſi. 48. dic quod in hoc attenduntur ſtatuta, & conſuetudines regionum, & pro materia oſculi, & aliorum præparatoriorum ad adulterium, vide Bar. in l. gerit. de acq. hær. Alex. in l. ſi ſororẽ. C. de his qui. ut indig. & conſ. 89. nu. 9. vol. 6. Soci. conſ. 185. nu. 3. lib. 2. Rui. conſ. 149. nu. 4. li. 5. Deci. conſ. 146. col. 3. in prin. 577. nu. 4. & 5. & in c. ſecundo requiris. in prin. de appel. Crau. conſ. 6. col. 3. Socin. iun. conſ. 32. vol. 2. & quæ damna patiatur mulier propter adulterium, vide ſupra verſic. adulterium mulierem priuat.

Mulieres conſilium habent infirmum & inualidum, ideo a propinquis & alijs facile ſeducuntur. l. cuius bonis. poſt medium. de curat. furio. Bald. in c. ad audientiam. ad fin. de reſcr. eaſque facile ſeduci quandoque minis, & quandoque blanditijs, & pollicitationibus dicit Bal. in l. 2. q. 9. C. de reſc. vend. & in l. 2. circa med. C. de adop. nam earũ conſilium plerunque contra propria commoda laborat, dicit text. in l. ſi pater. ad fi. C. de ſponſal. Iaſ. conſ. 204. nu. 7. uol. 2. & conſ. 47. nu. 3. volum. 3. vbi multa ad hoc citat. Crau. de antiq. temp. p. 1. ſect. quæritur etiam. nu. 34. Tiraq. de legi. connub. l. 1. nu. 70. cum ſeq.

Mulieres deſcendentes dotari poſſunt de bonis fideicommiſſo ſubiectis, maſculis non exiſtentibus, vt habetur in Auth. res quæ, vbi etiã Ang. in prin. C. com. de lega. & in Authent. contra rogatus. C. ad Treb. Ruin. conſ. 137. nu. 17. & conſi. 199. nu. 6. vol. 2. poſt Iac. de Are. & Saly. in l. voluntas. C. de fideicommiſ. Alex. in l. mulier. §. cum proponeretur. ad Treb. nu. 15. Iaſ. conſ. 89. nu. 4. lib. 2. Bal. Nouel. in trac. de dote. parte 6. ſpeciali. 13. Curt. iun. in d. Auth. res quæ. ſub nu. 18. ver. retenta tamen. etiam ſi alienatio expreſſe prohibita eſſet, & ab initio legitima ſufficiẽs fuiſſet ad ipſam dotandam. Gozad. conſi. 97. nu. 8. * Deci. conſi. 376. per totum. Doct. magis cõmuniter in l. filiusfam. §. Diui. de lega. 1. & hanc communem teſtatur Deci. conſi. 519. num. 4. & etiam ſi ex cauſa dotis eſſet facta prohibitio. Caſtren. conſi. 80. lib. 1. Iaſ. d. Auth. res quæ. limit. 13. Cepha. conſi. 683. nu. 7. & nota eſt, vide ſupra verſic. bona fideicommiſſi alienari.

Mulieres dotatæ, ſeu maritatæ excluſæ per ſtatutum a petitione bonorum, intelliguntur regulariter excluſæ tantum ab hæreditate dotantis, ita quod alijs ſuccedere poſſunt. ita Bal. in l. 1. C. de legit. hæred. qui * ad hoc communiter allegatur. & hanc ſententiam dicit communem, tutã & tenendã, Ceph. conſ. 278. num. 95. & 96. Anchar. Regien. qq. lib. 3. quæſt. 33. numero 3. Deci. in l. pactum. numero 8. C. de collat. Chaſſan. in conſuet. Burgun. tit. des ſucceſſions. §. 12. verſic. & non tendlon poynt. Afflic. deciſ. 178. etiam ſi ſtatutum ſimpliciter dicat, filia vel fœmina dotata non ſuccedat, quia intelligitur in bonis dotantis. Deci. conſilio 589. numero ſecundo, & conſilio 634. Rube. conſi. 13. 16. & 61. non enim extenditur ſtatutum ad perſonas non ſpecificatas, ex cõmuni ſententia relata a Gabr. concluſ. libro 6. de ſtatut. concl. 7. Niſi ſtatutum ulterius progrediatur nominando a quibus uelit dotatas excludi. ita Bal. & Deci. vbi ſup. nam tunc licet ab uno tantum dotata ſit, dicitur excluſa ab hæreditate omnium nominatorum. hanc propoſitionẽ late per plurium caſuum poſitiones proſequuntur Foſſan. deciſ. 62. & 63. Pro qua vide cumulata per Mandoſ. iun. ad conſ. Rom. 485. lit. A. & B.

Mulieres non poſſunt teſtari de portione dotium, quæ ad maritum vel alium pro lucro defertur ex forma ſtatuti, quia velint nolint ad alium pertinẽt. ita Pau. Caſtr. in l. ſi cum dotem. in prin. num. 11. ſol. matr. Bal. in l. 2. colum. pen. uerſ. ad euidentiam. C. de hæred. actio. de quo late Fran. Beci. conſ. 76. nu. 8. quia quod lex dat, homo non tollit. l. ſi arrogator. §. ſed an impuberi. de adopt. non enim poteſt quis teſtando venire contra diſpoſitionem ſtatuti, neque eius mentem alterare. l. quidam decedens. de admin. tut. Fab. de Mon. in trac. de emp. & vend. 3. q. princ. nu. 52. & hoc uerum, ſi ſtatutum loquatur per uer. lucretur. Caſtren. vbi ſup. Iaſ. conſi. 127. lib. 1. ubi late. Fulgoſ. conſi. 203. Bal. conſi. 107. colum. fin. libro 1. Deci. conſi. 386. colum. pen. uer. venio ad ſecundum dubiũ. aut per ver. habeat, vel per ver. relinquere teneatur. Alex. conſi. 55. conſideratis. col. 1. vol. 1. qui idem uoluit, in uer. petere poſſit. Secus ſi in ſtatuto ſit ver. ſuccedat, uel pertineat, tunc enim quis nõ habet partem, niſi ſuccedat iure hæreditario, ex teſtamento, vel ab inteſtato, non tamen auferatur ex eo libera teſtandi facultas. ita Caſtr. conſi. 82. in negotio. circa fin. ſecundum nouam impreſſionem: lib. 1. Oſaſ. deciſ. 20. Foſſan. deciſ. 33. nu. 2.

Mulieres nuptas alibi non amittere originem naturalem ſuæ patriæ, dicit.l.origine. C.de muner. & origin.libro decimo,& nõ effici de domo viri, niſi quo ad iudicialia,& niſi in foro, & in his in quibus euocarentur ab actibus matrimonialibus. l.cum quædã puella.de iuriſd.omnium iudicum. Bart.in l.fina.§. ijdem,ſeu,Item reſcripſerunt. ad municip. cum cuius opinione tranſeunt,Bald.conſilio 351. in bonis. nu. 8.libro 1.uerſic.ſed iſta.& conſi.310. ad euidentiam.num.7.verſ.Item dicitur.lib.3.& conſilio 139. ſtatuto communis.lib.5. Caſtr.in l.rei iudicatæ.ſol. matr.Alex.conſi.56.colum.2.verſi. & per hoc.li.1. & conſi.100.uol.3. Corn.conſi.55.lib.1. Curt.iun. conſi.5.num.42.verſ. ſecundo reſpondetur.Rimin. conſi.184.nu.21.lib.1.Felin.in c.1.col.fin.circa fi.de
* ſponſa.vbi dicit hanc ſententiam communiter probari. Alb.conſ.23.num.11.præſertim ſi ſit ſolutum matrimonium.ex quo infertur,quod in talibus vxoratis habet locum ſtatutum originis naturalis. Cur. vbi ſup.Campeg.de dot.par.5.q.7.ideo non dicuntur aduenæ,licet ſint de domicilio viri.Purpur.conſilio 507.nu.21.& 22.uol.2.& conſi.84.circa fi.vol. 1.In oppoſitum, quod immo mulier maritata dicatur proprie ciuis, & originaria ciuitatis vbi nupſit. Bal.conſi.100.conſideratis.lib.5.& conſi.456.li.1. Socin.late,in d.l.cum quędam puella.in 1.nõ.& eſt magni effectus, quia ſecundum hanc ſententiã Bal. mulier non poterit diſponere,niſi iuxta conſuetudinem loci mariti,ut dicit idem Bal.d.conſi.139. in fi. ad quam materiam,vide Tiraq.de legi.connub.lib. 1.nu.30.& copioſe Foſſan.deciſ.124.

Mulieri an factio teſtamenti a ſtatuto prohiberi poſſit,niſi adſit conſenſus mariti, dubitant Doctores. Negatiuam aſſeruit Caſtren. in l.ex facto. in princ. de vul.& pupil.per illum textum, dum uult tale ſtatutum eſſe iniquum,quaſi auferat mulieri teſtamenti factionem.ſequitur Alexand.ibi.in princ. columna quarta, & conſi.155. numero 6. uolum.2. Iaſon conſilio 127.numero ſexto,uolumine primo.& in l. ſtipulatio hoc modo.num.2.de uerb.oblig.Affl.deciſ.260.nunquid mulier.in prin. & ad fi. ubi tamen ait dominos in contrariam ſententiã inclinaſſe propter ſexus fragilitatem,& per alia, ut ibi.quam etiã affirmatiuam tenuit Bald.in l.3.de teſtam.Ang.conſilio 126. teſtamenti factio. Deci. conſilio 445. placet. in princ.conſilio 612.concluſionem.circa prin. quia poteſtas teſtãdi eſt inducta de iure ciuili,quod alio iure ciuili tolli poteſt. Ad materiam, vide Deci. in l.pactum quod dotali.colum.ſecunda.C.de pact. & conclude quod hoc fieri poteſt a ſtatuto cum cauſa, ſicut etiam hoc facere poteſt ius commune. Anchar.conſi.225.prima facie.

Mulieri de iure Digeſt.non erat prouiſum de tacita hypotheca pro dotibus ſuis in bonis mariti, ut notant omnes in l.ſi conſtante. ſoluto matrimonio,ſed prouiſio illa a Iuſtiniano introducta eſt. l. aſſiduis. C. qui pot.in pign.hab. l.unica. §. & ut plenius. C.de rei uxo. actio. quæ hypotheca qualis ſit, & quam vim habeat, & an frangat iura fideicommiſſorum, vide infra uerſic. prohibita, quæ ſunt per teſtatorem. Quid autem ſit pro alimentis, an ſcilicet ei competat tacita hypotheca in bonis mariti,dixi copioſe in qq.legal.q.46.

Mulieri dotẽ repetẽti obſtat exceptio, quod prius excutiẽdus eſt maritus, quàm deueniendum ſit ad poſſeſſorem rerum hypothecatarum pro dote. Bald.in l.ubi adhuc.colum.antep.C.de iure dot.& ibi Saly. q.12.poſt Cyn.q.11.Bar.in l.ſi conſtante. in 2.q.1. par.ſol.matrim.Bal.in l.3.C.de hæred.act.ubi dicit quod non poteſt deueniri contra nomina debitorũ mariti,licet ſint pro dote hypothecata, niſi præcedente diſcuſſione ipſius mariti. & Corn. conſi.267. uolum.3.Neguſ.de pign.& hyp.par.8. prin. col.8. Lup.in rubr. de donat. inter vir. & vx.§. unum circa.num.21.Alexan.conſ.153.nu.6.uol.6.Boer.deciſ.200.& licet Rom.in d.l.ſi conſtante. & Bal.Nouel.in tract.dot.par.8.priuil.37. contrarium dicãt;
* primam tamen magis ueram, & magis communem dicit Neguſ. ubi ſupra.

Mulieri innuptæ ex coitu ſtupratorio concipienti, & parienti,dicentique partum eſſe alicuius certę perſonę,& ita iuranti,viro negante habuiſſe rem cũ illa,& dicente filium non eſſe ex ſe conceptum, non creditur,nec eius dicto etiam iurato ſtabitur, tenebiturq; ipſa filium alere.Bal.cõſ.437. cuius dictum dicit memorabile Cotta in ſuis memor.in uer.hęres ſuus.Alex.conſ.157.circa primũ.lib.5.Ang.ad §.nouiſſime.col.2. Inſtit. ad Tertul. Boer.deciſ.299. ubi hanc materiam copioſe tractat, ſed ſi vir cõfiteatur habuiſſe rem cum illa, ſed negat partum eſſe ſuum, quia mulier etiam cum alijs cõcubuit, tunc ſtabitur mulieri dicenti partum eſſe illius viri,niſi vir cõtrarium probaret.Bal.in l.neque natales. C. de proba. Alex.& Boer.vbi ſup.Foſſan.deciſ.3. nu.4.

Mulieri viduæ alimenta debentur,& conſtituuntur ab hæredibus mariti, etiam ſine vitio vſurę, donec ſibi reſtituatur dos, ut dicit Abb. in cap. ſalubriter. de vſur.ſi per eam non ſtat,quin ſibi reddatur. Ancha. in c.peccati venia.q.4.de reg.iur.in ſexto. Caſtren. conſi.429.viſo caſu. col.2.verſ. de alimentis. uol.2. Imo.& Alex.in l.diuortio.nu.24.ſol.matr. Alexan. conſi.63.ſtantibus his.nu.3.ver.quo etiã ad alimenta.uol.4.& conſ.31. viſo themate.ſub num.5.uer.& dixit.& conſ.200.perſpectis.ſub nu.7.uer.accedit. uol.6.conſ.141.viſo themate.ſub nu.6.uerſ. accedit ẽt.vol.5.Crau.conſ.189.col.2.& pen.p.r. & ita iudicatum dicit Affl.deciſ.248.an ſoluto.ver. domini de conſilio.ſiue ſit diues,ſiue pauper,ut ſup.ver.alimenta mulieri viduæ.Dixi,ſi per eam non ſtat,quia tranſacto anno luctus, non debentur ſibi alimenta, nec vſurę, ſi per eã ſtat quominus dotẽ conſequat̃, vt not. in l.inſulã.§.vſuras.ſol.mat.Inn.in d.c.ſalubriter.Anch.conſ.150.ĩ quæſtione.col.2.poſt med. ſecus ſi non ipſa in mora petendi,ſed hęredes mariti in mora reſtituendi eſſent,ne ipſa ex mora aliorum patiatur,& ne ex mora ſua hæredes cõmodũ reportent. Anch.d.conſ.150.nu.4.Caſtr.d.conſ.429.uerſ. tranſacto vno anno. Alex.d.conſ.141.ſub nu.6.ver. accedit.Pro hac materia,vide Foſſan.deciſ.43. quas deciſ.vidi poſt hęc ſcripta.& deciſ.44.

¶Multiplicatio plurium iuriũ in eiuſdẽ perſona, quorum nullum de per ſe eſt ſufficiens ad conceſſionem prærogatiuæ, eiusve conſecutionem, conceſſionem eiuſdem inducere non cenſetur.l.ſpadonẽ.§.qui iura multa. de excuſatio.tut. exemplum in licentiato in decretis,& magiſtro in artib.ut nõ poſſit vti prærogatiua contra Doctorem decretorum, quia nullum horum de ſe ſufficit, ut quis prærogatiua Doctorum decretorum uti poſſit. Rom. conſi.333.nu. 7.& ſucceſſiue.quem ſequitur Fely. in rubr. de maior.& obed.poſt nu.2.in c.clerici.col.2.ver. ille qui habet.de iudic.Deci.in l.cum quid.in 1.lect. numero 17. ſi certum pet. Boer. de auth.mag.conſi.ante nu.97. Rube. conſi.86. nu.2.Staphil.de lit.grat.& iuſt.par.1.ante fin.ver.octaua concl.Rebuf.in trac. nominat.q.21. poſt nu.44.uerſ.intellige quod Doctor.Tiraq.in legi.connub.glo.2. num.2.quam ſententiam communem dicit Mandoſ.iun. ad d. conſi. Rom.ſuper uer.quod non. Pro qua materia, ui.omnino Deci. d.nu.17. cum plur.ſeq. ubi plura tractat de iſtis gradibus quo ad pręcedentiam.& Gig.conſ. 70.nu.145.& 146.quem omnino vide.





¶Munera publica pecunia redimi non poſſunt, vnde non ualet contractus quo aliquis dat pecuniam, ut muneribus publicis non grauetur,& ſi dat,eam perdit,& nihilominus muneribus grauatur.ita Bar.per illum text.in l.in priuatis. §.cum quidam. de pollicit.Laud.in trac.de fiſco.nu.205. per tex.in l.illud. C.de excuſa.mun.lib.10. quæ ſententia uidetur cõprobari in l.ad portus.& in l.omnes prouinciarum. in fi.C.de oper.publ.l.fin. C. ſine cenſu,uel reliq.l. omnes.C.de annon.& trib.l.un.C. de ſuperind.l.1. C.de immun.nem.conced.concordat.l.unica. C.ut nem.lice.ab empt. lib.10. l. uacuatis.C.de decur.l. 3.C.de mun.patrim.l.1.2. & fin. C. quib.mun. uel præſt.nem.lic. ſe excuſ. lib.10. vide ſup.uerſ.collectæ imponi poſſunt.

¶Municeps dicitur is proprie,qui munera ſubit, uel in loco ſit natus, uel in eo receptus ſit, ut munerum ſit particeps.l.ad municip.& ibi Barto. colum.pen. uerſic. Secundo nota. Immo etiam ſi onera non ferat,ut quia ipſe, uel ſuæ originis locus ſit exemptus priuilegio, adhuc eſt municeps,dummodo ab honoribus quoque non ſit excluſus. Hoſtien.in Sum.tit. de foro compe. §.quibus ex cauſis,ſub numero ſexto.circa finem.uerſic. hi tamen caſus. ſi enim etiam honoribus eſſet priuatus, non eſſet municeps proprie,ſed abuſiue. Alcia.in l. municeps. in fi. de uerborum ſignificat. de hoc plura, uide in Lexi. Prat. in uer.municeps.Et differt ab incola,qui eſt ille qui aliunde uenit habitatum,animo ibi permanendi,& domicilium conſtituendi,l.pupillus.§.incola.de verborum ſign.l.ciues.2.reſpon.C.de incol. libro decimo.glo.in l.1.C.de municip.& orig.libro 10. & in l. incola.la 1.ad municip.Did.pract.qq.c.37.ſub nu.1. verſic.quis vero dicatur proprie incola, quia ſi haberet animum recedendi non diceretur incola, l.2. C. de incol.gloſ.in l.ſcire.ad municip. Soc.iun.conſ.7. nu.7.lib.2.Qui animus domicilium conſtituendi ex lapſu decennij in dubio præſumitur,vt ſup.verſ.incola ut quis,& ante decẽnium eſt ſimplex incola,& ad munera ſubeunda non cogit.l.3.C.de incol.poſt decennium uero ad munera tenetur.l.cum neq;.& l.ſi in patria.eo.tit.l.incola.la 2. iunc.glo. ad municip.quo caſu de incola efficitur municeps. d.l.1.§.1. ad municip.Ceph.conſi.451.nu.119. & ſucceſſiue.

¶Murus deſtinatus ad eleuandum,& altius tollẽdum poteſt inuito ſocio attolli.l.cum duobus.§.Itẽ Mella. pro ſocio.l.ſi ædes.com.diuid.Specu.lib.quarto. tit.de iudic.§.generalia. numero ſecundo.vbi dicit, ſocium non poſſe prohibere ſocium, ne faciat id ad quod murus factus eſt. Cyn. in l.ſicut proponis.C. de ædif.priu.Dyn.in c.in re communi. de regu.iur.
* lib.6.& eſt communis Doct.opinio,de qua Bero. q. 26.num.2.Burſ.conſ.57.num.2.lib.1. Foſſan.deciſ. Pedemon.23. ubi quomodo probetur quod murus ſit communis, & quid ſi appareat communis a dimidio infra, an pręſumatur etiam communis a dimidio ſupra. Et ibi num.3.quomodo appareat deſtinatus ad altius tollendũ. Et quid ſit in muro antiquo. nu. 4. Et quid ſi eleuatio noceat ſocio. Et an murus ſuperadditus communi efficiatur communis. Et quando cenſeatur pro diuiſo, vel indiuiſo communis, & ad propoſitionẽ,vide copioſius eundẽ deciſ.41.quid ſi murus nõ eſt ad illum vſum deſtinatus. vide infra verſ.re communi. & eund.Foſſan.deciſ.219.

¶Mutatione dominorum loci conſenſus totius populi exigitur,ita quod uno reſiſtente,uel contradicente nihil agi poteſt.Cagn.in l.2. de orig.iur. nu.145. uerſic. Item quando. poſt Ang. & alios quos citat in l.ſuos.§.hodie.cum l.ſequen.de pact.faciunt quę dicit Corn.conſilio 72. numero 14. uolum.quarto. & eſt deciſ. Lapi alleg. 85. viſis omnibus, vbi dicit non potuiſſe ciuitatem Tuderti mutare dominum, niſi de omnium conſenſu, & idem in alijs non conſuetis,& præiudicialibus,ut ibi per eum. Bart.in l.ſi quis a filio.§.1.de legatis 1. & in l.omnes populi. in 2.q.prin. nu.17. de iuſt.& iu.Imo.& Iaſ.in l.ſi quis alicui.§.fin.de lega.1.& eſt glo.aperta in c.cum omnes. de conſtit.in fi.faciunt ad hæc dicta ſup.in uer. communitas,ſeu uniuerſitas.

¶Mutuans pecuniam ad negotiandum,ſaluo capitali, cum dimidio lucri,facit contractum uſurarium, & illicitum.Bald.in l.1.C.pro ſocio.quem ad hoc refert Rom.conſ.238.nu.8.conſi.500.nu.11. & conſ.520. nu.7.Bolog.ad conſ.92.Io.de Ana.ad fin.Deci.in l. ſi paſcenda.nu.8.C.de pac.conſi.116. colum.1. in fi. 123.col.2.circa med.Crau.conſ.145. nu.13. quia reprobata eſt ſocietas in qua quis ad partem lucri, & damni ſtare non vult. ſecundum Bald. ubi ſup.q.9. l.Lucius.ff.commod.& fuit de mente gloſ.in c. plęrique. 14.q.3. in uer. negotiatoribus, ubi dicit non eſſe licitum, quod ex pecunia data mercatori, quis habeat partem lucri, ſi periculum ad recipientem pertinet,& conſulẽdo late proſequitur Caſtr.conſi. 330.Anch.in repet.c.peccatum.de reg.iur.uer.quinto quęro.Abb.in conſ.114.lib.2. & in c.per ueſtras. de don.inter vir.& vxo.Salyc.in Authen. ad hęc.q. 14. C.de uſur.Alex. conſi.80.circa primum.uol.3. Aret.in l.de illa.pro ſocio. vide ſup. uer.contractus illicitus & vſurarins.

¶Mutuum implicitum in contractib.emptionum eſſe poteſt,ita poſſint dici continere vſuram,propter intentionem lucrandi.Abb.in c.fi.nu.6.de uſur.& ibi Io.Cald.col.3.in 5.not.Archiep.Flor.in Summa.p. 2.tit.1.de uſur.ex mutuo.§.1.uerſ. quamuis enim in alijs contractibus. & latius eo.tit.1. de uend.rer. ad term.§.15.& 16.Caiet.in Sum.in ver.vſura.verſi.de vſura autem conſurgente ex mutuo implicito. *Silueſt.*in Sum. in uer.vſura,il 2.§. vſura ſecundo conſiderari poteſt.Tabi.in Sum.in ver.vſura.ver.quinta,ratione emptionis.

Mutuum recepiſſe confeſſus, ſi poſtea infra biennium illud, puta pecuniam recepiſſe negat, & opponit exceptionē non numeratæ pecuniæ, non tenetur probare ſe non recepiſſe, ſed mutuans mutuaſſe probare debet. gloſ. in l. exceptionibus. de probat. Rom. in l. in illa. colum. quarta, in fin. de uerborum oblig. verſic. præterea ſi ſpeciale eſt, & ibi Iaſon columna quarta, in fin. uerſic. iſta regula fallit. poſt Bart. ibi. columna ſecunda, verſic. fallit in exceptione non numeratæ pecuniæ. Dec. in l. 2. numero decimortio. C. de eden. Iaſon in l. qui pecuniam. in prin. ſi cer. pet. * no. communiter Doc. in c. ſi cautio. de fide inſtrum. Gabr. concluſ. lib. 1. de prob. concl. 6. num. 57. non enim poteſt renuntiari exceptioni non numeratæ pecuniæ, ut not. in l. ſi ex cautione. C. de non num. pec. ubi Deci. colum. fin. poſt Alex. conſi. 35. col. 1. uol. 1. & facit tex. in l. doli. in uer. diuerſum, & quod ibi not. Bart. de nouat.

# N.

NARRATIO facti per legiſlatorem relata iuris diſpoſitionem non inducit. glo. mag. in gloſ. vel dic tertio, in l. 1. C. quando non pet. par. Io. An. de prebend. c. dilectus. de priuil. cap. ſi Papa. libro ſexto. clement. 1. de probat. Feder. de Sen. conſilio 39. ante finem. Rom. conſilio 191. numero quarto. Alex. conſilio 17. numero quinto, uolumine 2. Iaſ. in l. 1. numero 38. de offic. eius. in l. 1. in 1. lect. num. 26. & in ſecunda lect. numero 33. & in Authent. ingreſſi. ſub num. 31. C. de ſacroſan. eccleſ. & ita omnes com * muniter tenent, teſte Curt. iunior conſilio 125. numero ſexto. vbi dixi ſuper ver. ad decidendum. & Franc. Balb. in l. Celſus. not. 3. de vſucap. niſi legiſlator factum proprium narret. Tiraquel. de vtroq. retrac. tit. primo. §. primo. gloſ. 14. numero 49. de quo copioſe per Mandoſ. ſen. ad Lap. alleg. 7. ſuper uerſ. diſceptat, ubi ponit, an & quando narratiuæ Papæ ſtandum ſit, & per Mandoſ. iun. ad d. conſil. Roma. ſuper verſicu. non inducit, ubi ponit regulam cum fallen. & vide ſupra verſic. legislatoris uerba. & inf. verſ. verba geminata legislatoris.

¶ Natura, & ars fruſtra nihil agunt. Ariſt. libro ſecundo. de cœlo. text. 59. libro 3. de anima. tex. 45. & li. 1. polit. probatur in l. qui bis idem. de verb. obligat. in l. non cogendum. §. Sabinus. de procur. in l. hæc ſtipulatio. §. Diuus. vt lega. nom. cau. Iaſon in l. non exigimus. §. quod diximus. ſi quis cautio. colum. 1. ad finem. verſ. ultra alios. l. ſi ego. colum. penult. in med. ſi certum pet. in l. puberem. in medio. C. de iure delib. in l. 1. num. 47. de acq. poſ. l. 3. §. ex plurib. num. 38. l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. nu. 12. eo. tit. l. is cui bonis. colum. 3. in medio. & l. decem. num. 19. de uerb. oblig. l. ſeruum. §. Titius. num. 2. de uulg. l. poſt dotem. num. 7. & l. ſi conſtante. nu. 14. ſol. matr. Franc. Nicon. in repet. c. quoniam contra. de prob. parte 1. nu. 49.

¶ Naturales legitimati, licet non ſint ſimpliciter feudi capaces, c. naturales. ſi de feu. fu. cont. inter dom. & agn. Oldr. conſi. 247. Bald. 229. libro 3. Calder. 5. Signor. 220. Deci. 275. num. nono. Pariſ. 14. nu. 29. uolum. 2. Soci. iun. 72. num. 49. uolumine primo. tamen ubi ſunt ad feuda ſpecifice legitimati, ceſſat diſpoſitio dicti cap. naturales, ut ibi dicit gloſ. Socin. plene conſ. 3. uolum. 3. Cur. iun. 156. num. 15. & 28. ubi ſe ipſum citat in ſuo tract. de feu. Deci. conſilio 624. num. quinto. Ripa in l. ex facto. §. ſi quis ita. numero decimooctauo. ad Trebel. quam propoſi * tionem communem eſſe cōſtat ex multis relatis per Pariſ. conſilio 1. num. 122. uolum. 2. & per Boer. q. 123. nume. quarto. nam princeps legitimans remouere poteſt obſtaculum incapacitatis inductæ per conſuetudinem feudorū, & ſic de iure poſitiuo. Cur. iun. conſilio primo, numero 30. & 32. conſilio 157. numero decimotertio. Pariſ. conſilio primo, numero decimoquarto, uolumine primo. Deci. 390. numero vndecimo, & duodecimo. copioſe Ceph. conſ. 23. num. 3. & ſucceſſiue, ubi multa ponit de effectu legitimationis, & uide ſupra uerſ. Comes Palatinus legitimare.

¶ Natus qui non eſt non moritur. glo. in l. qui duos. §. 1. de manumiſ. teſtam. per quam Oldr. conſilio 142. & conſilio 177. decidit, quod agnati proximiores ſi ſint ſubſtituti, ſi filij maſculi naſcituri decederent in pupillari ætate, filijs non natis non admittuntur, & Ioan. Arul. ad Specul. tit. de teſtam. §. in primis. in ult. addi. Fulg. conſilio 49. Caſtren. conſi. 219. lib. 1. Anchar. conſilio 357. Alexan. conſilio 1. columna 5. uerſ. inſuper. uolumine primo. Socin. in l. 1. colum. 16. de vulg. & conſilio 76. columna penultima. ver. quinto eadem concluſio. libro 3. Crot. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de lib. & poſth. ſub nu. 91. Rui. conſi. 104. & conſi. 172. uol. 2. & in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebel. Soc. iun. conſilio 169. lib. 2. quam Oldr. ſententiam communem dicit Alci. conſi. 492. nu. 21. ad impreſ. Lugdun. vide Soci. conſi. 140. col. penul. uerſ. his tamen, ſub num. 9. libro 1. Ripa in l. 1. num. 26. de uulg. plura ad hoc congerit Cephal. conſilio 649. num. 18. & ſucceſſiue, vide ſup. verſic. legatum ſeu relictum.

¶ Nauta capi non poteſt pro debito ciuili in naui in qua commoratur, nec aliam habitatione habet. Alberi. in l. pen. per illum text. de his qui deiec. uel effud. §. fin. & in 2. par. ſtat. q. 35. Deci. in l. nemo. de reg. iur. Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. gloſ. 7. num. 87. Idem in capanna dicit Maria. Soc. in tract. citat. art. 17. quæſt. 2. Gabr. concl. lib. 7. de malef. concl. 10. nu. 8. ubi refert Rom. tenere contrarium in l. 1. §. domū, il 2. ad Syllen. & Iaſ. in l. plerique. de in ius uocan. ibiq; materiā d. l. plerique. & d. l. nemo. copioſe tractat, & quid ueniat appellatione domus, ut quis capi poſſit, uel non.

¶ Neceſſitas legi non ſubijcitur, ſed lex neceſſitati, ca. 2. de obſerua. ieiu. capitulo ſecundo. de conſuet. ca. qui propter neceſſitatem. de furt. c. finem. c. ſicut. c. quanto. de conſecr. diſtin. 1. Iaſon in l. Marcellus. §. res quę, columna ſecunda, uerſic. neceſſitas enim. ad Trebel. Præpoſ. Alexand. in c. quoniam. 48. diſtin. Feli. in c. querelam. columna penul. in uerſ. in glo. in uer. neceſſitate. de iureiuran. & in capitulo, cum in Eccleſia. de ſimon. Deci. late in l. quæ propter neceſſitatem. in princ. de regu. iur. & ob eam diſceditur a quacunque iuris regula. d. l. quę propter, idq; permittitur quod aliàs nō permitteretur, etiā quod non





eſt licitum. c. quod non eſt. de regulis iur. in 6. Deci. ubi ſupra, numero 1. Iaſ. in l. 1. §. huius. not. 5. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. & in l. principalibus. columna ſecunda, uerſic. quarto limita. ſi certum petatur. Cephal. conſilio 451. numero 282. & ſucceſſiue, ubi plura ad hanc materiam cumulat, & declarat. & vide ſupra verſiculo, immunitas cauſa emergente. & infra verſiculo, vendere, licet nemo. Si uis etiam cognoſcere multa ſpecialia neceſſitati attributa, uide collec. per Iaſon. in l. principalibus. ſi cer. pet. quæ poſſent tibi deſeruire ad multa.

¶ Negans, licet fundare non poſſit ſe in poſitione negata, poteſt tamen ſe fundare in probationibus ſuper poſitione negata factis. Bart. in l. poſt legatum. de his quib. ut indig. columna fina. verſicu. quæro ego negaui. Angel. conſilio 155. columna ſecunda. Franc. in capitulo primo, columna fi. circa medium. de confeſ. in ſexto. Aret. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. columna fin. de uerborum obligationib. Anch. conſilio 108. columna fin. verſic. hinc dicimus. Cardin. conſilio 29. columna fin. Prob. in addi. ad Ioan. Mona. in capitulo primo, de confeſ. in ſexto. nume. 12. & 13. Abb. in cap. venerabilis. de exceptio. columna nona. uerſic. & ex hoc quod ſupra dixi. Innocent. in cap. cum olim. circa finem. de cenſ. Alexan. conſilio 183. numero quarto, uolumine quinto. Iaſ. ad l. 3. in princ. de acquirenda poſſeſ. copioſe Hyppol. plura ad hoc allegans ad rubricam, de fideiuſ. numero 387. & ſucceſſiue. Gabr. concluſ. libro ſexto. de regulis iuris. concluſ. 1. numero vigeſimonono. Cuius propoſitionis initium nititur illa regula, quod ex actu impugnato quis commodum ſentire nō debet. c. ex eo. de reg. iur. in ſexto. quam copioſe perpendit Gab. dicta reg. 1. per totam. ubi ponit materiam negantium, uel impugnātium aliquid, & an & quando ex tali negatione, uel impugnatione ſe iuuare poſſint necne, omnia cumulat.

Negans qui ſuam negationem reuocauit, antequam actor in probationis onere grauetur, non ſubiacet diſpoſitioni. l. fi. de rei uendic. quæ ſolum locum habet ubi actor ex negatiua rei, probationis onere grauatur. Bald. in repet. l. edita. C. de eden. in l. contra negantem. C. ad legem Aquil. & in l. ea quæ. C. de cond. ind. Bar. in l. qui ea mente. ff. de fur. Rom. conſilio 70. nu. 6. Abb. 17. in 1. dubio. lib. 2. Barb. 72. in f. dub. colum. 4. lib. 3. Ad quam materiā facit illa q. An negans, ſi mox pœnitentia ductus confitetur, beneficium confeſſionis conſequi ualeat, de qua vide Iaſ. in l. ſicut autem. §. fin. in 3. limit. de re iudic. in l. eum qui. numero tertio, in princ. de iureiuran. in §. omnium. num. 86. & in §. ex maleficijs. nu. 28. Inſt. de actio. ubi etiam Gomeſ. nu. 40. Hyppol. in rubr. de fideiuſ. quæſt. 46. in 3. limit. Tiraquel. de utroq. retr. tit. 2. §. primo. gloſ. quinta, verſi. 15. & in l. boues. §. hoc ſermone. in prin. uerſ. 55. de uer. ſig. Materiam dict. l. fina. de rei uendic. priuantis poſſeſſione negantem ſe poſſidere, conuictum de mendacio, copioſe proſequitur Gabr. concl. libro quinto. de acq. poſ. concl. 5.

¶ Negatiua (alios non eſſe hæredes) & ſic locum eſſe ſubſtitutioni, probatur dicendo, dico nullos alios eſſe hæredes, qui vult dicere contrarium oſtendat, ita gl. in l. cum de lege. de probationib. per quam Ang. in l. mutum. §. 1. de acquiren. hæred. tradit modum ad probandum talem negatiuam, nullos eſſe creditores in hæreditate, & Barto. in l. is poteſt. columna penult. de acquir. hæred. tradit modum probandi hanc negatiuam, ſcilicet, quem non feciſſe teſtamentum. & in l. ſi conſtante. in princ. 1. quæſt. 1. parte princ. ſoluto matrimonio. tradit modum probandi illam negatiuam, ſcilicet, viri facultates ad dotis exactionē uel quantitatem non ſufficere. & in l. conficiuntur. §. codicilli. in fine. de iure codicil. tradit modum probandi negatiuam, plures teſtes non eſſe repertos in rure. & in l. fina. §. licentia. C. de iure deliberan. dat modum probandi iſtam, plura bona non eſſe hereditate. Et alibi idem Barto. in rubr. de oper. noui nunc. columna ultima, uerſic. ſed quęro an illa. & in l. decem. in princ. de acquirenda hæred. vbi tradit alios modos probandi ſimilem negatiuam. quem ſequitur Rom. conſilio 276. & clarius conſilio 245. numero nono. refert Iaſon cōſilio 34. numero primo, uolumine primo. ſimili modo probandi utitur etiam Alexand. conſilio 41. in fine, uolumine tertio. 71. in fi. uolum. quarto. 179. ad finem. uolumine ſeptimo. Ruin. 154. numero quarto. uol. 3. Aret. 120. ad finem. Deci. 519. numero ſeptimo. Ripa in c. cum Eccleſia Sutrina. numero 83. de cau. poſſ. & propr. Crau. plures author. cumulans conſi. 218. columna prima, & 225. num. 12. Gabr. multos adducens. de probat. concl. 7. num. 1. Rolan. de inuent. fol. parte 162. uerſi. hæres cum inuentario. poſt Iaſ. in d. §. licentia. poſt prin. & in l. cum ex cauſa. in fi. de re iudic. Curt. conſilio 27. ſub num. 17. Curt. iun. conſi. 150. ſub num. 10. Crau. conſi. 2. ſub numero 10. Alcia. regu. 3. præſump. 20. vi. ſup. verſic. acta producenti.

Negatiua (aliquid eſſe in ſcriptura) aſſerentis, ex inſpectione ipſius ſcripturæ probatur. l. fin. & ibi Docto. C. ſi certum petatur. & not. Doct. in l. Titiæ textores. in princ. de legatis, primo. Bald. in l. cum teſtamento. C. de teſta. manum. in l. iuſtum. C. de eden. & in l. hi qui ad ciuilia. C. de appellatio. Iaſon conſilio 62. numero decimoſeptimo. ubi loquitur in notario negante recepiſſe teſtamētum alicuius, ut hæc negatiua ex inſpectione ſuorum protocollorū probetur, libro primo. & pro ueritate propoſitionis, uide Iaſ. conſilio 176. ad fin. libro ſecundo. Deci. 218. numero ſexto. Crau. 138. nume. quinto. Ceph. 250. num. 3. ubi loquitur de inueſtitura. Natta 45. num. 3. 66. numero 15. 360. numero 13. vbi loquitur in teſtamento, & in libro matriculæ, ubi ſcholaris non ſit adſcriptus. Rolan. conſilio 1. num. 72. 2. nu. 131. parte 1. 2. num. 4. parte 3. Contrarium alibi conſuluit Crau. conſi. 112. num. 9. poſt Corn. conſi. 210. circa fin. uol. 4. ubi dicit, quod negatiua, aliud inſtrumentum non eſſe receptum per notarium, non probatur ex eo, quod aliud inſtrumentum in ſuo protocollo non reperitur.

Negatiua eſt efficacior affirmatiua, quia plus negat quàm affirmatiua affirmet. gloſ. in l. hoc genus. de cond. & demonſtr. & in c. cum dilectus. de conſuet. Dec. conſilio 490. numero 6. latiſſime Tiraq. in l. boues. §. hoc ſermone. limit. 7. de uerb. ſig. Crau. conſi. 294. nu. 6. Imo. in c. cum cōtingat. nu. 56. de iureiur. Dec. conſ. 3. n. 4. Men. 401. nu. 180. Ad cuius veritatē

omnia debent eſſe uera.gloſ.in c.nemo poteſt, la 1. in uer. obligari.in prin.de reg.iur. in 6.Bart. in l.3. §.liberti.de ſuſp.tut.& in l.nullam. C.ex quib.cau. inf.irrog.intelligendo de negatiua uniuerſali,ut per Manti.de coniect.ult.uolun.libro vndecimo, tit.10. numero vndecimo.& libro duodecimo, tit.14.num. 13. Cuius ea eſt natura, ut deſtruat quicquid inuenit,& oppoſitum inducat.Signor.conſi.34. Deci.in c.nam concupiſcentiam.de conſti. Natta conſ.469. numero decimoquarto. vbi quod negatiua deſtruit omne quod ſibi obſtat. Eſt tamen impoſſibilis probationis concludenti modo,ideo ſufficit eam probare prout poſſibile eſt, vt per Corn. conſilio 136. ad finem, & 140. columna fin.uolumine primo.268. columna tertia. circa medium, & columna 7. circa medium,uolum.4. Crau.1.nu.9. & colum.pen.ubi habes modum probandi negatiuam, & cui onus illam probandi incumbat, & uide inf.uerſ. teſtes negatiuam probare uolentes.

Negatiua eſt,facti,iuris,qualitatis. Prima ſi non habet adiunctam determinationem loci uel temporis, uel alterius rei, nunquam probatur directè vel indirectè,ut ſi dicat aliquis ſe non fuiſſe citatũ.cap. bonæ memoriæ,il ſecondo.de electio.l.actor. C.de probationib. ſi autem annexam determinationem habet, tunc indirectam probationem admittit, cap. ex tenore.de teſtib.l.optimam.C.de contrahen.& committen.ſtipulatio.Secunda ab eo probari debet qui eam proponit,cum omnia licere præſumantur, l.ab ea parte.de probationib.l.necnon. §. quod eis. ex quib.cauſ. maio.Tertia dicitur illa, ubi qualitas negatur, ut cum dicitur, talis non eſt dignus, non eſt idoneus,non eſt ſoluendo, & huius probatio incumbit proponenti. l.cum quidam. ſecundo reſpon. de legatis ſecundo. has ſpecies late ponit gloſ. in l. 2. de probationib.

Negatiua in materia teſtium eſt triplex,vna quæ cadit in plenam notitiam teſtis, ut, quod ego non ſum in tali loco, quia teſtis uidet intuitiue locum uacuum, & per hoc intelligit quod non ſum ibi ſemper,tamen intelligentia opus eſt, & iſta dicatur facti inſtantanei.Alia eſt,quæ cadit in præſumptiuam notitiam, ut, quia teſtis negat. T. hoc anno poſſediſſe,quia uidit ſolum. S.hoc anno intrare & exire, & fructus percipere, præſumitur quod non habeat compoſſeſſorem, & hæc dicitur facti continui;Tertia eſt,quæ non cadit in ſenſum teſtis,ut eſt illa quę non habet concomitantiam certi loci, & temporis; In prima teſtes negantes probãt, ut affirmantes.In ſecunda creditur magis duobus affirmãtibus, quàm decem negantibus, in Tertia non creditur negantibus.de prima in l.optimam. C.de contrah. & committen.ſtip. de ſecunda in l.diem proferre.§.ſi plures. de arbitr.& in cap.primo. de pœn. libro ſexto. de tertia in l.actor.C.de probat. & de omnibus Innoc.in c.cum Eccleſia Sutrina. de cauſa poſ. & propriet.Bald.in ſua Margar. ad Innocen.in uerſic. negatiua non probatur.

Negatiua ſe fundans illam probare debet, l.2. cum gl. iunc. l. cum de lege. de probat. eſt doctrina Innoc. in cap. ſuper his. de accuſat. & Barto. in l.in illa. & in l. hoc iure. de uerborum obligationib.& Docto. in l.2.C.de iure emphyt. Iaſon conſilio 9. num.24. uolumine primo. Crau.112.numero ſexto.121.numero vndecimo. Dec.in l.ſi emancipati.numero ſecundo.C.de collat.Ripa in cap. cum Eccleſia * Sutrina.numero 44.de cau.poſſeſ.& propriet.& eſt communis opinio teſte Viuio com.opin. libro ſecundo. opin. 192. incip. negatiua. cum alijs ut per Tiraq. de retrac.conſanguin.§.32.gloſ.vnica. numero 95. Gabriel.com.opin.libro primo. de probat.concluſ. 6.poſt Bar. per illum tex.in l.penul.§.docere. num. ſecundo.ne quis eum qui.Rom.in dicta l.ſi emancipati.numero ſecundo. Abb.in cap.bonæ.de poſtul. prælat.Caſtr.conſilio 16.num.1.71. nu.1.in fi.lib.1. Anchar.254.num.5.Alexan.124. num.2. uolum.7. Corn.123.nu.duodecimo.libro primo.105.nu.22. libro 2.Manti.de coniect. ult.uolun. libro 11.tit.4. num.4.Menoc. de præſump. libro 2. præſump.50. num.15.&16.materiam probandi negatiuam,& de multiplici negatione,uide apud Franc.Nicon.in repet.c.quoniam contra.de probat. in princ.num.16. & ſeq.& apud Gabr.ubi ſup.&uide inf. uerſic.præſumptio vbi eſt.

¶ Negligens circa officium ſibi commiſſum poteſt, & debet ab eo remoueri, gloſ. in c. grandi. in uer. regis.de ſuppl.neglig.prælat.in 6.& ibi Ioan.And.Gemin.& Franc.Ioan.And.& Gemin.in cap.1. eod.tit. Bal.in l.1.§.quies.in fi.de offic.præf. vr. in l. nullus. not.2.uerſ. Item eſt argumentum.C.de ſacroſan.eccleſ.Butr.in cap.1.in ult.not.de offic.cuſt. Cor.conſilio 183.columna 1.libro 4.Iaſ.in l. eum qui res. columna ſecunda.C.de procur. Fel. in c.irrefragabili. colum.1.de off.ord.in c.1.columna 2. de treu.& pace.Deci.in l.penult.in 6.not.C.de pact. Lamber.de iure patron.lib.3.q.2.art.2. columna fin.Crau.conſilio 132.columna ſecunda,uerſic.ſed præmiſſis. De hac materia,ui. copioſe Gomeſ. ſuper reg.de trien. q.28.ubi quamplures caſus ponit quibus negligens punitur. not. Menoc. ad Deci. ubi ſupra ſuper ver. priuari.

¶ Negotia aliena gerens,adminiſtrationis eorum quæ geſſit,rationem reddere tenetur, quicunque ſit qui aliena negotia geſſit.l.1.§.officio. de tut. & rat. diſtrah.& ibi Barto.Soci.conſilio ſecundo, numero 6. 46.numero 1.73.col.1.lib.1.213.lib.2.40.nu.1.lib. 4.Rom.350. nu.1. in fi.Deci.178. circa princ.192. per.tot.255.nu.2.Pariſ.3.nu.6.7.84.nu.17.18. 89. num.16.libro 1.Rui.20.num.12.lib.5.Crau.218.in princ. nititurque hæc propoſitio authoritate ueteris & noui teſtamenti, ut in ca. qualiter & quando, il 2.de accuſat.Bero.q.5.poſt Archid. & Abb. quos citat, & loquitur in omnibus prælatis. Socin. dicto conſilio 2.num.7.in patre & matre. Idem Socin. in filio,dicto conſilio 40.numero 3. & in fratre. Rom. conſilio 414. in princ. Deci.110. numero ſeptimo. & eſt tex.in l.2. de negot.geſt. Ad quod etiam eius hæres tenetur,l.uerũ.§.in heredẽ. pro ſocio.Marſil. ſing.493.nec liberatur præſcriptione longi temporis, ſed requiritur tempus ſaltem triginta annorum. l.aduerſus.ubi gloſ.& Doc.C.de negot.geſt.l.tutores. C. arbit. tut. & eſt regula generalis in actionibus perſonalibus, ut in lege,ſicut. & in l.omnes.C. de præſcriptio.triginta,vel quadraginta annorum. vi.ſup.uerſ. adminiſtrator quilibet.& uer. anni triginta,& uerſ. ius ſuum unicuique.

Negotijs



Negotijs arduis & magni ponderis non poſſunt antiani,conſeruatores, deputatiue locorum & ciuitatum aliquid decernere,niſi congregato conſilio generali per capita domorum. Bar.in l.fi. num.16.de decr.ab ord.faci.Cagn.in l.2.de orig.iur.num.145. & præſertim in villis, vbi decuriones non ſunt doctores,vel alij viri graues & ſagaces, vt dicit Cagn. vbi ſup.& Crau.conſil.581.num.8. verſic. quarto. & talis congregatio fieri debet cum ſolemnitatibus de quib.per gl.in l.ſed et ex dolo.§.1.de dolo.Bar. in l.2.in ver.ad curiam.C.de decuri. lib.11. & in l. omnes populi.num.16.& 17.de iuſt.& iu.Iaſ.conſi. 71.lib.2.101.lib.4. & hoc caſu vnus ex illis non vocatus poteſt aliorum geſta retractare. Abb.in ca.1. cir. fin. de his quæ fi. à maio.par.cap. & in c.quod ſicut.& c.bonæ.de elect.& quod in omnibus arduis ſint vocandi abſentes,ponit Gabr.concl.lib.2. de ciuitat.concl.1.nu.252. Quid autem ſit in prælato, vide inf.verſ.prælatus explicare ardua.

¶ Nepos appellatione filij continetur, & admitti debet in ſubſtitutione fideicommiſſaria, quando teſtator,dum viueret,nepotem ſuum vocabat filium, & eum tanquam filium tractabat;& hoc ex coniectura voluntatis, quæ ſumitur ex conſuetudine loquẽdi teſtatoris.ita Bal.conſ.186.lib.4.ibi,niſi ex cõiecturis appareat latitudo voluntatis,vt, quia nepotẽ uocabat filium.& tradit Bar.per illum text.in l.alimenta.in prin.num.4.de alim. & cibar.lega.Rom. in l.ſi vero.§.de viro.num.66.ſol.mat.& conſ.438. in vlt.ver.Aret.conſ.145.in fi.verſ.facit.Crot.in l.4. §.Cato.num.4.de ver.oblig.Tiraq.in l. ſi vnquam. in ver.libertis.num.84.de reuoc. donat. Manti. de coniec.vlt.vol. lib.3.tit.9.per tot. & lib.8.tit.8.nu. 14.Non continetur autem nec venit vbi filius nominatus eſt proprio & ſpecifico nomine, Cur.iun.con* ſilio 57.num.2. vbi hanc propoſitionem communẽ dicit.& conſ.114.num.5. Crau.98. Rui.129.lib.3. Soc.iun.149.num.7.lib.2. Gabr.concl.lib.6.de ver. ſign.concl.1.nu.70.Burſ.conſ.128.nu.26.

Nepos ex fratre ſuccedit patruo ex perſona propria, & ex iure quod habet à lege, non autem ex perſona patris.Bar.in l. qui ſupeſtitis.col.1. de acq. hær. & in l.1. §. ſi filius. de coniung. cum eman. lib. in l.1.§.ſi ſit.de col.dot.Soc.conſ.153. num.21. lib.1. Alex.55.num.5.vol.4.& 20.num.9.volum.1.quod priuilegium habet à lege, & eoſdem excludit quos excluderet pater ſi viueret, quia eius locum & gradum ingreditur.§.reliquum.in Auth.de hær.ab inteſt.venie.verſ.huiuſmodi.& verſ.illud palam.& in Auth.vt frat.fil.in prin.Bal.&alij in l. poſt fratres. C.de legit.hær.ita vt gradus patris non corrumpatur.Dec.conſ.527.nu.8. Excluditurque ab omnib. à quibus pater fuiſſet excluſus, d.§.reliquum.verſ. vnde cõſequens eſt.& d.§. illud palam. uerſ.ſi etiã. Faber inſtit.de hær.ab inteſt. uenien. §. cum filius. num.4.Alexand.conſil.137.num.2.uolum.1.Aret. 162.nu.8.vide ſupra uerſ.filius fratris etiam in ſtatuto.Quid autem ſit in fideicõmiſſo, an ſcilicet admittatur ſimul cum patruo,dixi ad Curt. iun.conſ. 128.ſuper uer.cum patruo. & uide ſupra uerſi.filius fratris in fideicommiſſo.

Nepos licet legitimus & naturalis ex filio ſpurio non poteſt ab auo inſtitui,legitima ſobole extante. glo. fin.in 2.par.in l.fin.C.de nat.quæ eſt clara, & tex. clarus cum ſua ratione in hoc,& ibi Saly.Caſtr.in l. Gallus.§.quid ſi quis.de lib.& poſthum. Bar.conſi. 118.Caſtr.conſ.pen.lib.2.col.pen.Alex.conſil.74. quod eſt totum in hac materia.uol.3.158.uol.7.& in d. §. quid ſi quis. num.7. ubi communem dicit. idem dicit Corn.conſil.25.col.2.uol.1. Iaſ.qui etiã * dicit communem, in l.hæreditas. num.8. C. de his qui.ut indig.Præpoſ.in c.per uenerabilem. §.quod autem.col.104.&105.qui filij ſint legit. Alex.alibi in l.2.col.1.C.de hær.inſtit.Dec.conſ.433.num.15. & 462. num.17. & 19. Rip. in l.1.num.69. ſol.mat. Aquen.in d.§.quid ſi quis.Craue.conſ.194. 200. & 219.Secus ſi non extat legitima ſoboles, eumq; ſui ipſius nepotis, non filij contemplatione inſtituat, Bar.Imo. & Iaſ.in d.§. quid ſi quis. Saly. in d.l.fin. Quid autem ſit de alimentis, uide ſupra uerſ. filio naturali tantum. & uide.Gabr.concl.lib.4. de hær. inſtit.concl.3.ubi copioſe tractat, an & quando inſtitutio de nepote legitimo ex filio ſpurio ualeat & non.

Neptis ex fratre prędefuncto admittitur ad hæreditatem patrui cum alio patruo, & in hoc habet intentionem fundatam a iure communi.§. ſi igitur. & §. ſeq.in Aut.de hær. ab inteſt.ueni.in Aut.ut fra. fil. in prin.& Aut.ceſſante.C.de legit.hær. Corn.conſ. 57.num.6. & 7.uol.2. Alex.36. num.16. uol.6.Iaſ. in l.is poteſt.colum.6.uerſ.& ita etiam.de acq.hęr. Doct.in l.1.C.de ſucceſ.edic.Pariſ.conſ.37. num.2. lib.2.cum alijs per Crau. addu. conſil.127. num.2. Burſ.71.num.1. Ceph.915. num.41. Benin. deciſ. 51.ſub nu.2.uerſ.tamẽ fuit concluſum. & deciſ.88. in prin.procedit nedum in ſucceſſione ab inteſtato, ſed etiam in fideicommiſſis. glo. in l. cum ita. §.in fideicommiſſo.de lega.2. Alex. conſ.88. poſt prin. * lib.1.ubi teſtatur de communi. Gozad. conſ.4.nu. 16.& 32.Ceph.16. num.29. Did.prac. qq.cap.38. Benin.d.deciſ. 88. poſt prin.à uerſ. ſecundus caſus. uſque ad fin. Burſ.d.conſ.71. ubi latiſſime. & teſtatur de communi.

¶ Nobilitas ex parte matris attenditur etiam in beneficialibus,ut per Caſſan.in catal.gl.mun.par.8.conſider.39.per c.nouit.de iudic.& quod ibi no. Hoſt. Io.An.& Abb.facit glo. iunc. tex.in §.1. in uer.generi.in Auth.de inceſt.nup.ideo inoleuit ſtylus curiæ Romanæ,ad facilius obtinẽdum gratiam in beneficialibus,quod in ſupplicatione exprimatur nobilitas ex utroque parente, quinimmo non ualeret diſpenſatio facta per Papam cum nato ex coniugato nobili,& ſoluta nobili, niſi de nobilitate materna mentio facta fuerit.ut per Io.And. in cap.fin.de fil.præsbit.Fel.plene in c.poſtulaſti. col.4. de reſcr. Gig.conſ.70.nu.132.cum duob.ſeq.

¶ Nomen filiorum eſt collectiuum in ultimis uoluntatibus, cum comprehendat etiam filios ac deſcendẽtes,ita Bero.quæſt.104.num.5.ubi plures citat,poſt Socin.in l.Gallus.§.inſtituens. colum.2. uerſ.tertio loco.de liber. & poſthu. hoc dicit expreſſe Ant.de pra.uet.inter conſ.Alex.conſ.13. col.2. uerſ.nomẽ autem filiorum.uol.4.& hoc nomine uocati cẽſentur uocati ordine ſucceſſiuo.l.cum ita.§.in fideicommiſſo.de lega.2.l.fin.C.de uerb.ſign.Soc.conſ.104. num.10.lib.3.Nouel.ad Duen.regu.111.incip.nominati

minati

minati in teſtamento. uide infra uerſic. uocati ſub nomine collectiuo.

Nomina debitorum non ueniunt donatione uniuerſali omnium bonorum mobilium & immobilium, terrarum, dominiorum, & prouentuum ubicunq; ſint, quia ſunt tertia ſpecies ſeparata inter mobilia, & immobilia, l. à Diuo Pio. §. in uenditione. de re iud. * l. quàm Tuberonis. §. pen. de pecul. Bar. & communiter omnes in l. poteſt. de aut. tut. in l. mouentium. de uerb. ſign. l. 2. in prin. C. de quadrien. præſcr. ubi Bal. not. per illum text. determinatam eſſe iſtam. q. quod nomina debitorum non ſint mobilia, nec immobilia, cum in illo tex. ponantur tanquam tertia ſpecies. idem tenent Bald. Ang. & alij in l. ſi conſtante. §. fin. ſol. mat. Abb. in cap. nulli. de reb. eccl. non alien. Iaſ. conſ. 5. num. 11. lib. 3. Dec. 237. num. 1. Rol. 65. num. 10. & 11. lib. 1. Ceph. 288. num. 40. 41. Rimin. iun. conſ. 42. numero. 28. Tiraq. in l. ſi unquam. in uer. bona. num. 8. C. de reuoc. donat. & de retr. par. 1. §. 1. glo. 7. num. 9. ubi ad hoc infinitos citat. Gabr. concl. lib. 6. de uer. ſign. concl. 7. ubi alios adducit. Clar. in §. donatio. q. 19. uerſ. pariter.

Nominatio prior arguit maiorem affectionem teſtatoris erga prænominatum, quàm erga alios; quibus prænominatum prætuliſſe cenſetur. l. quoties. de vſufr. l. cum pater. §. pen. & l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duo. de lega. 2. l. hæredes mei. §. peto. ad Trebel. l. generaliter. §. quid ergo. de fideicom. liber. c. pen. de elec. in 6. cap. mandato. de præben. in 6. Dec. in Rubr. de præben. & dignit. in fi. in ca. Auaritiæ. nu. 2. & ſucceſſiue. eo. tit. in cap. Nicolao. num. 3. de appel. & in conſ. 504. ſub num. 9. Soc. conſ. 135. nu. 5. lib. 1. Fely. in cap. cum dilecta. §. ordo ſcripturæ. de reſcr. Ang. Imo. & alij in l. qui ſoluẽdo. la 2. de hær. inſt. Bar. & alij in l. 2. §. prius. ad fi. de vulg. & pup. Crau. conſ. 62. num. 7. quod maxime habere locum in vltimis voluntatibus dicit Alexand. conſil. 167. verſ. item non obſt. volum. 2. Ceph. conſil. 638. nu. 26. vide infra verſ. ordo denominationis.

Nomine proprio nunquam præſumitur pluralitas; ita Bar. in l. ſi in rem. per illum text. de rei vendic. Ant. de Butr. in cap. 2. colum. 2. de libel. oblat. Bar. etiam in l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. in fin. de lega. 2. vbi dicit ſe reſpondiſſe ſuper facto. vide illum, & Iaſ. ipſum referentem conſ. 34. num. 18. 42. num. 13. 62. nu. 7. 70. nu. 3. 71. n. 1. 114. nu. 14. lib. 1. Bero. 187. num. 4. volum. 1. Nat. 235. num. 4. & Borgn. deciſ. 14. num. 37. vbi loquitur de pluralitate teſtamentorum, quod non præſumatur. de quo etiam per Socin. conſ. 129. num. 3. vol. 4. Iaſ. in l. 2. num. 7. & 15. de bon. poſ. Craue. conſ. 198. nu. 1. & vide ſup. verſ. actuum pluralitas.

Nominis ſimilitudo ſola, ſiue nominatio nõ ſufficit ad confirmandam cuiuſque originem, ſed eſt neceſſe quod nomen præcedat locum. vt puta, appellare aliquem Hiſpanum ſeu Lombardum non eſt denotare originem, ſecundum magis communem opinionem Doct. ut not. glo. in l. fin. §. fi. in ver. ſolam nominis. per illum tex. ad municip. ſed dici debet, Ioãnes de Hiſpania, ſeu de Lombardia. l. 1. & ibi Luc. de Pen. C. de municip. & orig. lib. 10. l. prouinciales. de ver. ſign. plene Alexand. conſ. 41. col. vlt. in prin. verſic. minus etiam habet obſtare. volum. 5. quod repetitur conſ. 116. num. 9. volum. 6. & per omnes doct. poſt Bar. in l. 1. col. vlt. ſol. mat. Boer. deciſ. 13. num. 24. pro quo vide addi. ad Bar. ſuper rub. ſol. mat. in ver. & quia. & in ver. appellatiuum. & vide ſupra verſ. ciuium appellatione.

Nominum diuerſitas demonſtrat diuerſitatem entiũ in ſubſtantia l. ſi idem. C. de codicil. quam ſententiam ita ad hoc allegat Iaſ. in l. 1. in prin. de legat. 1. Bal. ante in tit. de capit. qui cur. uend. cap. 1. colum. 4. in prin. verſ. ſed in contrarium. Ioan. And. in reg. cum quid. in mercur. & in regu. nullus ex. colum. fin. in prin. Gand. de maleſ. ſub rubr. quom. de male. cognoſ. colum. pen. in fin. & ſub rubr. nunquid tranſactio. colum. ſexta, in fin. ſub rubr. de pen. reor. colum. 12. in med. & colum. 13. in med. & in rubr. ubi & in quo loco. colum. fin. in med. Iaſon in rubr. C. de procur. in prin. Oldr. conſil. 121. ſub nu. 6. uerſ. in contrarium. Soc. conſ. 96. ſub nu. 12. uerſ. ex diuerſitate enim. conſ. 152. num. 4. uolum. 1. Niconi. alios referens in repet. cap. quoniam contra. de proba. par. 1. nu. 260. & 268. uerſ. declaro, & eſt uera declaratio, ubi hanc propoſitionem declarat, & vide ſup. uerſ. formæ primæ.

¶Notarij creati à Papa uel Imperatore poſſunt ubiq; locorum inſtrumenta conficere. Specul. in tit. de inſtr. edit. §. reſtat. uerſ. quid de his. Rot. in nou. deciſ. 291. Bellam. deciſ. 21. conſ. 42. colum. 1. & 3. 43. col. 3. & 246. Imo. in cap. cum P. tabellio. colum. 3. uerſ. An autem conſtitutus. de fi. inſtr. Ant. de But. in ca. per uenerabilem. colum. 20. uerſ. ad primum & ſecundum. qui fil. ſint legit. Domin. in cap. Romana. §. fin. de foro comp. in 6. Abb. in cap. ſicut. nu. 12. ne cler. uel Monac. Fel. in d. cap. cum P. colum. fin. & in cap. ad audientiam. colum. 4. de præſcr. uerſic. fatetur tamen. Præpoſ. in d. cap. per uenerabilem. §. quod autem. uerſ. quæro quarto. Boer. deciſ. 242. quæ tota in hac materia uerſatur. Hoc tamen Abb. intelligit, ſi partes conſentiant, non aliàs. in d. cap. cum P. col. fin. & ibi Fel. nu. 17. Gabr. concl. lib. 1. de fid. inſtrum. concl. 1. num. 5.

Notarij error, inaduertentia, uel ſimplicitas nõ debet uitiare diſpoſitionem & partis intentionem. l. fin. prope fin. ubi etiam glo. in uer. ſimplicitas. C. de fideiuſ. Iaſ. in Auth. nouiſſima. colum. 8. uerſic. quid autem. C. de inof. teſtam. l. ſi librarius. ubi omnes Doct. de reg. iur. Guid. Pap. quæſt. 124. 127. & 130. Dec. conſ. 174. ſub num. 7. uerſ. Septimo nõ obſtat. & in cap. ad audientiam. ſub num. 11. uerſ. & prædicta. de reſcr. & ante eum Caſtr. conſ. 246. col. pen. prope fin. lib. 1. Doct. in cap. per tuas. de teſti. Rui. conſ. 155. num. 1. uolum. 2. Craue. 147. num. 5. tex. ubi Bald. & alij in l. Imperator. de ſta. hom. ubi dicit, non lædi ſtatum liberorum ob tenorem inſtrumenti male concepti. Ceph. conſil. 87. nu. 14. quod facit ad conſiderationem conſul. Venet. de qua in conſul. ex Authen. cap. 19. An ſcilicet negligẽtia notariorum in præſentandis inſtrumentis noceat nominatis in ipſis. Pro qua materia uide omnino conſ. Alex. 119. uol. 6. & an in notario præſumatur potius error quàm dolus; ponit copioſe Gram. deciſ. 60. n. 6. & cumulat Gabr. concl. lib. 7. de maleſ. concluſ. 2. num. 16. & ſucceſſiue.

Notarij ſtipulatio tanquam publicæ perſonæ nomine abſentis

abſentis facta eſt ſufficiens ad acquirendum ius ab- * ſenti, etiam ante ratificationem. eſt communis ſententia ſecundum Alexand. conſil. 31. num. 6. 185. num. 7. volum. 6. 53. nu. 4. volum. 7. Guid. Pap. deciſ. 49. vbi poſt Bar. dicit ita fuiſſe deciſum. & deciſ. 222. 316. & 317. Dec. in l. quo tutela. in fin. de reg. iur. & alibi dicit Alex. conſil. 31. vbi ſup. col. pen. ex hac ſtipulatione acquiri abſenti vtilem actionẽ ſine ceſſione. Caſt. tamen contrarium dixit conſil. 195. verſ. Secundo videndum eſt. volum. 2. vbi ponit caſum in terminis, & allegat duo iura, vt per eum, conſil. 171. eo. Dec. in l. contractus. num. 23. de reg. iur. & conſil. 226. 243. 432. prima verior in practica, vt dicit Guid. Pap. vbi ſup. & vide infra verſic. ſtipulatio notarij.

Notario aſſerenti de commiſſione ſibi facta, & iuriſdictione ſibi attributa nõ creditur. Hoſtien. Ant. Imo. & Abb. in cap. quoniam contra. de probat. quorum * opinionem veram & communem dicit ibi Fel. col. 21. eamque tenuit Bal. in l. iuriſiurandi. C. de teſti. & in l. iudices. C. de fi. inſtrum. Abb. in cap. fraternitatis. de cler. non reſid. Vnde voluit Bald. in d. l. iudices. quod ſi notarius ſcriberet procuratorium ſibi factum, non crederetur ei, quia ſibi auctoritatem vel officium adſcribere non poteſt. ſequitur Gig. conſil. 4. num. 38. Affl. deciſ. 317. num. 3. & ibi Vrſil. in addi. Guid. Pap. quæſt. 126. Alexand. communem dicens conſil. 213. colum. 2. verſ. quinimmo. volum. 2. & conſil. 212. colum. 4. verſic. præterea. volum. 6. & conſil. 104. cir. fin. vol. 5. Ceph. conſil. 540. nu. 90.

Notarius adſcribere non poteſt ſibi, vel patri, in cuius eſt poteſtate, legatum, vel fideicommiſſum in teſtamento in ſcriptis, & ſi adſcripſerit, pœna legis Corneliæ de falſo tenetur. l. 1. §. inter filium. ad l. Corn. de falſ. & l. Senatuſconſulto. C. de his qui ſibi adſcr. & tale relictum non valet, l. ſi teſtator. C. eo. ſecus in teſtamento nuncupatiuo, in quo notarius poteſt ſibi adſcribere, & legatum vel fideicommiſſum valet. in eo enim poteſt purgare & probare innocenciam ſuam per teſtes, quia audiuerũt voluntatem teſtatoris. Bal. in l. 2. C. de his qui ſibi adſcr. Raph. Cuman. conſ. 79. quidam fecit teſtamentum. Guald. de arte teſtan. tit. de lega. caut. 1. nu. 3. Manti. de coniectur. vlt. volun. lib. 1. tit. 6. nu. 5.

Notarius creatus etiam ab inferiore inſtrumentum cõficere poteſt etiam inter non ſubditos, infra tamen territorium eius qui ipſum creauit. Ant. de But. in cap. per venerabilem. qui fil. ſint legit. colum. 21. verſic. ſecundo poteſt intelligi. Præpoſ. in eo. cap. §. quod autem. verſ. quinto quæro. Abb. in cap. cum P. tabellio. de fi. inſtrum. col. fin. verſ. ſi vero tabellio. & ibi Fel. quæſt. 14. Gabr. concl. lib. 1. de fi. inſtrum. concl. 1. num. 11.

Notarius de aliquo inſtrumento rogatus, ſi negatur eſſe notarius, licet pro notario ſe exerceret, eius inſtrumentum non valet, nec pro ipſo præſumitur, * quia requiritur verus titulus. eſt communis ſententia ſecundum Alex. conſil. 138. num. 2. 7. & ſucceſſiue. volum. 1. iunc. plur. adnot. ibi, in quibus apparet de veritate huius propoſitionis. Iaſ. in l. Barbarius. colum. 10. de offi. præſi. limitat pluribus modis. & Dec. conſil. 36. colum. 2. limitat quando ſumus in antiq. & quando inſtrumentum produceretur in partibus longinquis. Hyp. in l. ſi quis ne quæſtio. col. 22. 23. & 24. de quæſt. Alcia. de præſump. regu. 2. præſump. 3. nu. 15.

Notarius imbreuiaturas ſui rogitus extendere poteſt ſine iudicis authoritate per ſe ſolus. Bal. Ang. Imo. & Cuma. in l. Gallus. §. idem credendum. de liber. & poſthum. Bal. in rubr. C. de fi. inſtrum. col. 12. verſ. quarto quæro. Alexand. conſil. 27. volum. 2. & 163. num. 12. volum. 7. Socin. conſil. 94. lib. 1. Hyp. ſing. 123. Crau. cõſ. 75. n. 4. ſed alius loco ei9 nõ põt, licet ei ſucceſſerit, quia ſucceſſor tanq̃ nõ informatus nõ põt factum ſui prædeceſſoris declarare. glo. in l. Põponius ſcribit, ſi frumentum. §. fin. de rei vendic. & in l. inter ſtipulantem. §. 1. de ver. oblig. niſi hoc ſibi commiſſum ſit generaliter. Bar. in l. argentarius. in prin. de eden. Specul. de inſtr. edit. §. oſtenſo. verſic. quid ergo ſi imbreuiatura. & ibi Ioan. And. in addi. incip. ad materiam huius ver. Butr. Imo. & Abb. in cap. cum P. tabellio. de fi. inſtrum. vbi dicunt, quod etiam alius notarius, quam ille qui eſt rogatus, poteſt imbreuiaturas extendere abſque ſpeciali iudicis authoritate, quando ſibi generaliter commiſſæ ſunt authenticandæ rogationes. quod etiam placuit Bal. conſ. 469. lib. 5. quam ſententiam de iure veriorem dicit Imo. in d. cap. cum P. per illum tex. ſequitur Iaſ. in d. l. argẽtarius. in prin. Dec. in l. vt liberis. col. 3. C. de collat. & in l. ſemper in ſtipulationibus. de reg. iur. Petraſan. ſing. 41. Marſ. ſing. 663.

¶Nouitius intra annum probationis gaudet priuilegio fori. ſecundum Ang. in l. 1. de pœn. quem ſequitur Iaſ. in Aut. ſi qua mulier. in fi. C. de Sacroſ. Eccl. & fuit dictum Hoſtien. in cap. ſtatuimus. ſuper ver. poſſe. de regular. & qui eum dicto tempore percutit incidit in can. ſi quis ſuadente diabolo. 17. quæſt. 4. Hoſtien. ubi ſup. & ibi Henr. Boic. in fin. verſic. ſuper eo. cap. Ioan. And. colum. 1. verſ. intra annum. Butr. colum. 2. in prin. verſ. quæro an verberans. Anch. in fi. verſ. tangit Ioan. And. & ibi Card. in vlt. ver. licet. Inno. contra in d. cap. ſtatuimus. ſuper d. ver. poſſe. quia, ſecundum eum, nouitius non eſt perſona religioſa. Sed prima verior, quia, licet non ſit verè religioſus, eſt tamen ad hoc deſtinatus, & habitu inſignitus. ut dicit Archid. in d. cap. ſi quis ſuadente. in glo. etiam. pro quo tamen vide ſup. uerſic. deſtinatus ad clericatum. verſ. beneficium impetrãs licet. & verſ. laicus purus quãdo. & propoſitionem dic abſolute ueram, vt per Domin. per illum tex. in cap. religioſo. §. quamuis. de ſenten. excomm. in 6. ibi, ſi quis tamen violentas manus.

¶Nullitas actus ad alicuius fauorem inducta tunc demum locum habet, ſi ipſe uoluerit. l. filio præterito. de inius. teſtam. l. ſi conſtat. in prin. iunc. fi. C. de cõpenſ. glo. in l. 2. in ver. volenti. C. de iu. emph. & in l. uniuerſa. C. de preci. Imp. of. in l. ſcimus. in prin. in uer. ipſo iure. C. de inof. teſtam. in l. elegãter. in uer. nullam. & ibi glo. mag. poſt med. de dolo. in cap. 1. ne ſed. uac. Bar. in d. l. uniuerſa. copioſe Iaſ. in d. l. 2. 4. & 5. not. Socin. in l. 1. colum. 2. in princ. per illum tex. ad Trebel. Guid. Pap. quæſt. 221. Imo. in cap. ſi quis præsbyterorum. de reb. eccleſ. non alien. Dec. conſ. 185. num. 9. Rip. in l. 4. §. hoc autem iudicium. de dam. inf. in rep. l. ſi unquam. quæſt. 41. in fin. C. de reuocand. donat. Aret. in §. not. 6. Inſtit. de donat.

nat.Crau.conſil.212.Roland.81.num.5.&6.lib.3. Ceph.conſ.475. num.27. Applica dict.infra verſic. vaſallus propter non petitam.

Nullitas & iniquitas fraternizant, omne enim nullum eſt iniquum.l.ſcire oportet.§.fin. & l.qui teſtamento.vbi Bal.de excuſ.tut.idem Bald. in l.1. colum.3. verſic.quarto oppono.C.de fruc.& lit.expen.& ad Spec.tit.de ſenten.verſ.ſtatutū dicit.Vnde cum nulliter factum dicatur male factū,pars grauatur.Bald. poſt glo.in l.ſi vt proponis.in fin.C.quom. & quando iud.vnde idem Bal.in l.1. colum.3. verſ.caueant tamen iudices. C. ſi a non comp.iud.dicebat, quod aduertere debent iudices, ne per malitiam fingerēt ſententiam eſſe validam,cum eſſet nulla,quia,vltra damna & intereſſe partis, tanquam falſi ſimilitudine iudicij punirentur.Bellam.concl.343.Tho.Faſt. cau.4.dub.14.facit tex.in cap. ſi quis dixerit iuſtū. & in cap.veh qui dicitis.11. quæſt.3. quia nulla eſt maior iniuſtitia quam nullitas. Bellam. vbi ſup.Innoc.in cap.dilecto. vbi Franc. de appel. Gig.conſil. 42.num.59.

Nullitas ex defectu iuriſdictionis proueniens non includitur ſub ſtatuto, vel alia diſpoſitione reijciente nullitates, etiam quod eſſent latæ tres conformes, quo caſu quis aliàs non poſſet vlterius audiri, iux. terminos Clem.vn.de re iud. etiam quod quis iuraſ * ſet non dicere de nullitate. eſt communis opinio cū glo.in Clem.vn.in fin.de ſequeſt.poſ.& fruc.vt per Corſ.in ſing.in verſ.ſtatuto cauetur.Alexan.conſil. 77.num.8. volum.2. ubi diſcutit materiam dictarū Clemen.Fel.in cap.ex parte.colum.5.fal.17. de of. deleg.& in rubr.de foro comp.verſ.tertium fundamentum.Alexand.alibi conſ.79.in fin.vol.7.ubi dicit communem.Dec.conſil.8. colum.fi.in prin.Vanti.late de nullit.car.50.num.37.& car.140.num.4. in paru.Add.ad d.conſil.Alexand.77. in uer. defectu.copioſe Gig.conſil.35. num.6. & 75.num.1. & 2. vbi hoc firmat etiam quod per Pontificem eſſet excluſa omnis nullitas. & nu.3. ubi plures citat.idē dicit conſil.86.num.10.89.num.4.& prius.num.3. ubi hoc firmat etiam quod expreſſe per pactum renuntiatum eſſet nullitati.iſta enim nullitas reſultās ex defectu iuriſdictionis eſt maior cæteris nullitatibus.gloſ.ord.in Clem.1.de cau.poſ. & propr.Gig. conſ.162.num.2.

Nullitas hoc modo propoſita, dico ſententiam nullā, & ſi qua eſt,appello,intelligitur in iudicio principaliter deducta, non autem incidenter & ſecundario. ſecundum Anchar.in Clem.1.colum.4. de appel.& ibi Dec.colum.fin.ubi Franc.quæſt.43. & 58.uerſi. tu aduerte. dicit etiam hanc ſententiam eſſe ueriorem. idem contra gloſ. & Saly, teſtatur Alexand, conſil.2.colum.penult.uerſ.& certe,& uerſic.ſed in hoc.uolum.3.& conſil.225.colum.6. uerſic.præterea.uolum.6.Immo Dec.in cap.dilecto.col.3.nu.7. * de iudic.dicit hanc opinionem eſſe communem,cui adſtipulatur Gram.conſ.ult.nu.41.par.2.

Nullitas in iudicio in modum exceptionis propoſita, ſi altiorem indaginem non expoſcit, executionem impedire conſueuit; quia talis exceptio dicitur ſummaria,peremptoria,& præiudicialis,ut per Rot.deciſ.13.de excep.in nou. Bald. in l.ab executore. C. * quor.ap.non recip. & eſt communis opinio, ut teſtatur Alex.conſil.33. in fin.uol.1.95. num.8.uol. 2.181.col.2.uol.6.fallit quando ſic propoſita proueniret ex defectu iuriſdictionis, quia, etiam quod altiorem indaginem expoſceret, retardanda eſſet executio,ſecundum Ang.Alex. & Iaſ. in l.fin. C. ſi ex falſ.inſtr.& Iaſ. in l.4.§.iudicatum.colum.4. uerſic.ſecundo limita.de re iud. Incidenter autem propoſita,petito principaliter ſententiam ex actis eiſdē reformari,habita ſententia pro nulla, poteſt coram eodem iudice proponi, qui & de ea ut de quæſtione incidēti cognoſcet.Si autē ſit propoſita principaliter,poterit,uel coram iudice ad quem, uel coram iudice,à quo, ad electionem grauati, proponi. ita Doct.communiter diſtinguunt, teſte Fel.in cap. per tuas.colum.fin. de ſent.excom. poſt Imo.in l.ſi iudex.de re iud. & alibi Felin.in cap.in literis.colu. pen.uerſ.quis dicatur.de of.deleg.

Nullitas opponi contra ſententiam ſemper & perpetuo poteſt.glo.35. quæſt.9. cap. vnde quæritur. in fin.glo.magnæ.Ang.in l. ſicut.per ibi not. per glo. C.de præſcr.trig.ann.Bal.late in l. data opera. col. 26.C.qui ac.non poſ.& in l.ſcire oportet.§.fin. de excuſ.tut.Saly.in l.ſi præſes.C.quom.& quando iudex.Alexan.conſil.59.uiſo titulo. num.15. uolum. 4.Iaſ,21.num.4.uolum.1.Socin.10.num.12. lib.4. Dec.in ca.ex parte.il 2. de offi.deleg. & conſ.8.ſub num.6.uerſ.& retenta. Craue. conſil.266. num.6. & 7.& de antiq.tem.par.2.num.25.quia ſententia nulla nunquam trāſit in rem iudicatam.l.ſi expreſſim.ubi gloſ.& Doct.de appel. l.ſi cum nulla. & ibi Bar.& alij.de re iud.Craue.conſil.276. num.5. ubi ait, quod iuri agendi de nullitate præſcribitur trig. an.contra priuatum,& quadraginta contra communitatem.& ecclæſia, quod nullitas non poteſt abſq; appellatione deuolui ab ordinario ad Metropolita * num, & ita magis communiter teneri dicit Fel.in c. per tuas.colum.fin.de ſent. excom.per tex.in cap. Romana.in prin.de foro comp.in 6.contra Abb.in cap.in literis.de of.deleg.qui ab omnibus reprobatur,ut per Fel.ibi,in fi.

Nullitates ex defectu iuriſdictionis & ſolēnitatis non obſeruatæ procedentes non uidentur ſublatæ à ſtatuto omnem recurſum tollente. Fel. & Dec.in c.ex parte.il 2.num.24.& 25.de offi.deleg. Alexan.conſil.77.num.12.uolum.2.Socin.46.num.5.& 6.uol. 4.Caſtr,165.colum.fin.uerſ.nec obſtaret ſtatutum. lib.2.Ruin.iun.273.num.44.& 45.uol.3.Maxime quando incontinenti de his nullitatibus apparet,& notoriæ ſunt ex oſtenſione proceſſus. Dec. conſil. 159.ſub num.6. uerſic. ſed in his. Rimin.iun. 269. num.33.34.uol.3.Cæſar Cont.in l.un.limit.7.nu. 55.& 56.& limit.12. num.1.& 2. C. ſi de momen. poſ.Borgn.deciſ.Fiuiz.5. nu.29. & deciſ.10. nu.21. ubi copioſe de hac materia tractat, & ipſā declarat.

Nullitatis cauſa cumulari poteſt nedum cum cauſa iniuſtitiæ, ſed etiam ſimul & ſemel ſuper utraque probationes admitti poſſunt,ſecundum Bar. in l.1.col. 3. uerſ.circa ſecundum. C. quando prouoc.non eſt nec. ubi dicit quod communis conſuetudo ita obſeruat,& Imo.in l.ſi expreſſim.colum.32.de appel, * ubi aſſerit hanc propoſitionem eſſe communem, quam tamen Rot.deciſ.7. inc.licet.de reſtitut.ſpol, in nou. limitat non procedere ubi eſſet repugnantia



tia.ui. Put.deciſ.127.num.2. & deciſ.434.lib.2.

¶Nuncio creditur de ſua relatione in re modica, l.ea quidem.C.de accuſ.c.cum parati.de appellat.Cyn. in l.ſi quis decurio.colum.1.C.de falſ.in l.magis puto.§.ne ratio.de reb.eor.l.1.§.pen. de of.præf.vrb. l.diuus.la 2.de cuſto.reor.glo.in iudicio.in cap.venerabilibus.§.ſecus.de ſent.excom.in 6.glo.nō probatur.in prin.in cap.propoſuiſti.82.diſt.glo.in executoribus.in cap.ſi teſtes. §.teſtes.4.quæſt.3.Bal.in cap.ex parte.num.19.de confeſ. Lap. alleg.77.nu. 6.Bad.in cap.præterea.num.8.de teſti.cog. Gandi. de malef.ſub rubr. quom.de malef.cogn. verſ.nonnunquam ponuntur.Bar.in extrauag.ad reprim.in ver.per nuncium. in fin. Hoſtien. in Sum. de dolo. ſub rubr.de contum. §.qualiter. verſic. quid ſi abſens.Rom.conſil.497.verſ.obijcitur ſecundo.Bald. in cap.quoniam contra.de probat.num.45.Soc.regu.89.num.4.in l.ſciendum. colum.56. in princip. de ver.oblig. Iaſ.in l.ſanum mente. poſt prin.C.de tranſac.& in l.ſenium.poſt prin. C. qui teſtam.fac. poſ.Gandi.de malef.ſub rubr.de citat. in fin. Niconi. qui multis hoc dictum firmat in d.cap.quoniam contra.par.1.nu.58.Pro qua materia vide Menoch. de præſump.lib.2.præſump.25. & 26.ubi ſe ipſum & alios citat,& multa ad propoſitum vide per Niconi.vbi ſup. num.173. cum plur. præced. & ſeq. vbi de minimis & modicis multas quotas ponit. & de fide nuncio præſtanda vel non, vide eund.ibid. nu. 185.& Ioan.Bap. Fer. in rep.eiuſd.cap. num.37.& de materia relationis nuncij vide copioſe Gabr.concluſ.lib.2.de citat.concl.4. per totam.vide ſup.ver. minima non ſunt in conſideratione.

## O.

OBLATIO verbalis debitorem non liberat,niſi realiter, & cum fideiuſſoris præſentia facta ſit. Ang. in l. de pupillo. §.is cui. & l. prætor ait. §. ſi quis paratus. de op.no.nun.Anch.conſ.86. ante fin.235. in prin.331.poſt prin.Rom.163.cir.fin.Pract.Pap. in for.lib. quo agitur ex compromiſſo. verſ. legitime obtulit. Aquen.l.ſi mora.num.9. ſolut.matrim. Marſil. in l. is qui cum telo.num.67. C. de ſicar. & ſing.479. oblatio. vbi plura de hoc. Iafr.late deciſ. 359.oblatio verbalis.quid autem ſit quando creditor non vult acceptare,tractat cumulando Gabr.cōcluſ.lib.3.de ſolut.concl.8.& 9.vbi tractat materiā. l.magnam.C.de cōtrah.& commit.ſtipul.quod ſcilicet dies interpellat pro homine.

¶Obligās de perſona ſe ipſum, & quod vbique locorum conueniri & capi poſſet, poterit vbi reperitur conueniri,& iurari ſuſpectus, & capi, nam volenti nulla fit iniuria,vt inf.verſ.volenti dolus non infertur. & vnuſquiſque fauori & priuilegio ſuo renunciare poteſt,per clauſulam,renuntians omni legum auxilio, de qua ſupra verſ.clauſula renuntians &c. Gozad. conſ.69.num.19. & 20. vbi Corn. & alios ad hoc citat. Crau.conſil.290. num.4. Anch.Regi. quæſt.37. par.1. vbi dicit, quod hoc caſu etiam in domo propria capi poterit. de quo per Maſ. Galeſ. ad form.oblig.camer.quæſt.4.& 6. Bero.conſ.138. num.4.10.& 11.volum.1.Bal.in l.Titio centum.§. Titio centum.il 2.de cond.& dem.Doct. in l.ſi conuenerit.de iuriſd.om.iud.deciſ. Fiuiz. 1. num.3. & ſucceſſiue.Dixi in qq. meis lega.quæſt.8. num..vbi copioſe tracto, an quis ſe ipſum carceri obligare poſſit. & per tot. quæſtio.præſertim num.16. vide verſic.ſeq.

Obligare licet poſſit quis ſe, vt vbique locorum fuerit repertus cōueniri poſſit, ad capturā tñ pſonalē obligare ſe non poteſt,ex reg.l.liber homo.ad l.Aquil. nec valet huiuſmodi pactum etiam reſpectu iudicis & officialium, cum hanc iuriſdictionem capiendi non habeant reſpectu paſtorum,ſed authoritate legis & ſtatuti.Luc.de Pen.in l.1.colum.2. verſ.quæri conſueuit.C.de Curioſ.& ſtatio.lib.12. Bal.conſil.285.nu.9.lib.1.Curt.de ſequeſtr. quæſt.22.Purpur.conſil.282.nu.24.25. volum.1. quam propoſ. teſtatur communem Mat. Brun. de ceſ.bon. quæſt. 20.prin.num.14.15. Anch. Regi. quæſt.37.par.1. Viui.in op. com. in ver.debitor non poteſt. colum. 2.& quia Socin.conſil.99. nu.11. volum.1. dubitat de hoc,& alij, de quibus in deciſ. Fiuiz. 1.num.7. & ſucceſſiue.contra dixerunt:dic tu cum Bald.& Ang. in l.alia.§.elegāter. ſol.mat.propoſ.procedere quo ad carcerem priuatum, ſecus quo ad publicum, ut uoluit etiam Imo.in cap.2.de pignor.nam hoc caſu in uim pacti poterit quis carcerari, etiam quod haberet bona ſtabilia. Abb.conſ.42.colum. 1.uerſ.tamen his non obſtan. Put. de Sindic. tit. de barat.§. captura.uerſ.tamen debitū. & ita ſeruatur in pract. Gig.conſil.96.num.13.14.15. & vide infra uerſ.uolenti dolus non infertur.

Obligari ex pacto licet quis ad caſum fortuitum poſſit.Rom. ſing.441.tu ſcis quod quis. tamen quādo caſus eueniret culpa eius cui promittitur, promittens non obligatur,l.cum proponas.C.de naut.fœno.& l.qui officij.§.fin.de cōtrah.emp.pro quo dicto in facto conſuluit Rom. conſil.183. in caſu.col. 2.uerſ.quarto Bal.ubi ex mente Bal.in d.l.cum proponas. per illum tex.dicit, quod promittēs aliquid ſub pœna,non tenetur, ſi non obſeruet culpa illius cui facta eſt promiſſio. uide infra uerſic. promiſſio facta de alium non inquietando.& uerſic.renuciās omnibus.

Obligatio acceſſoria fideiuſſoris,ad id ſe obligantis ꝙ primo in obligationem deuenit, non augmentatur ex eo quod augmentetur in principali obligatione propter moram,ſeu cōtumaciam.l.ſi fideiuſſores magiſtratuum.in prin.& l.fin. de fideiuſ. ad municip. l.libertus.§.fin.not.plene in l.quæro. in prin.loca. in l.centum Capuæ.de eo quod cer.lo.& in l.2.§.ſi. qui ſatiſd.cog.Rom.conſ.507.ſub num. 1. uerſ.tūc ergo. Ang.de malef. in uer. pro quibus. uer.quæro an fideiuſſor teneatur. Fel.in ca. cum ordinem.col. 5.in prin.de reſcr.Marſ.in rubr.de fideiuſ.quæſtio. 91.copioſe Boer.deciſ.314.ſub num.4. uerſ.præterea condemnatio.ut puta,fideiuſſor iudicatum ſolui tenetur ad id in quo reus eſt condemnatus,reſpectu principalis petitionis, non autem ad id in quo condemnatus eſt reſpectu incidentis negationis in iudicio factæ, uel reſpectu accreſcentis cōtumaciæ. glo.or.in l.ſiue in duplū.qui ſatiſd.cog.quā ad hoc citat Rom.conſ.270.nu.7.& Boer.ubi ſup.

Obliga-

Obligatio ad antidora in pactum deduci non poteſt. vt, mutuo tibi centum, cum hoc, vt tu mihi etiam mutuare debeas cum opus fuerit. gloſ. 14. quæſt. 3. cap. ſi fœneraberis. Bal. ex. S. Thoma. in rubr. C. de vſur. Abb. in cap. conſuluit. in fi. de vſur. Rom. conſil. 500. num. 9. Laur. de Rodul. in d. cap. conſuluit. colum. 1. verſ. opponitur ſecundo. Archiep. Floren. in tract. de vſur. colum. 3. verſ. nã etſi teneatur. Iaſ. in l. ex hoc iure. colum. antep. verſ. xv. effectus. de iuſt. & iu. Rebuf. in praxi benef. ti. de pura ceſ. in fi.

Obligatio in futurum non naſcitur in his quæ gratuito conceduntur, & ſunt meræ facultatis. cap. poſſeſſiones. 16. quæſt. 1. glo. fin. in l. ſolent. de of. procõſ. Balb. de præſcr. 4. par. 5. par. prin. queſt. 1. Cyn. Bal. & alij in l. 1. C. de ſeruit. & aq. exemplificant in eo qui per longiſſimum tempus iuit ad molendinum alicuius, vt ex hoc cogi non poſſit continuare, quia iſtud ire fuit per modum facultatis. quod idem Cy. alibi dixit in l. 2. C. quæ ſit lon. conſuet. Io. And. in cap. Ioannes. de cler. coniug. Iaſ. in l. quominus. nu. 29. de flumin. Dec. in l. ſi certis annis. num. 3. C. de pact. Rip. in cap. cum eccleſia Sutrina. num. 44. de cau. poſ. & propr. Iac. de S. Geõr. in tract. feud. verſ. & cum molendinis. num. 4. Gabr. concl. lib. 5. de præſcr. num. 4. vide ſupra verſic. Hoſpitans aliquem. & infra. Præſcriptio iuſue. & verſ. ſubditis ſuis.

Obligatio in genere non tollitur per emptione pecuniæ debitæ, quia genus perire non poteſt: niſi de voluntate in contrarium aliquo modo appareat, quia tunc ſecus. Doct. in l. incendium. C. ſi cer. pet. vbi Saly. in 3. opp. Bar. in l. quod te. colum. 1. ff. eod. & ibi Iaſ. idem Iaſ. in l. ſi pluribus. col. 5. de lega. 1. Alex. in l. in ratione. §. diligenter. ad l. falci. & in l. ſi ex legati cauſa. vbi alij. de ver. oblig. Bertr. conſil. 83. col. 2. volum. 3. Socin. iun. conſil. 120. num. 16. volum. 1. Gabr. concluſ. lib. 3. de reb. cred. concluſ. 1. num. 2. vbi d. l. incendium. materiam tractat cum limit. & ſublimit.

Obligatio inter patrem & filium ciuili iure non oritur. l. frater à fratre. §. quæſitum. de cõdic. ind. quia perſona patris & filij cenſetur vna & eadem. l. fin. C. de impub. & nulla maior coniunctio inter eos eſſe poteſt. Rimin. iun. conſil. 21. num. 56. & hoc ob patriam poteſtatem, quæ iuris ciuilis eſt, l. nam ciuium. de his qui ſunt ſui vel al. iur. §. 1. Inſt. de pat. poteſt. & ſibi ipſi nemo obligari poteſt. l. ſi quis pro eo. §. 1. de fideiuſ. Alexand. in l. cũ filiofamilias. nu. 2. de lega. 1. Alberi. in l. licitatio. §. fiſcus. de public. Secus de naturali obligatione, quæ eſt de iure gentium, & ex ſolo conſenſu naſcitur. l. cum amplius. §. is natura debet. de reg. iur. natura enim iſti ſunt ſeparati, vt dicit Montic. in tract. de patr. poteſt. §. ius autem. num. 12. & de iure naturali filius non acquirebat patri, ſed quiſque per ſe bona ſua poſſidebat, & ob id naturalis obligatio inter eos oriri poterat. Vacon. lib. 1. declar. iur. ciui. declar. 10. prope fi. verſ. at de iure naturæ. Ceph. conſil. 467. num. 69. & ſucceſſiue.

Obligatione generali non veniunt bona hypothecari prohibita. ita Bar. in l. codicillis. §. inſtituta. num. 5. de lega. 2. Alex. conſil. 16. num. 10. & conſil. 20. nu. 9. volum. 5. Neguſ. de pigno. par. 2. memb. 2. num. 29. Clar. in §. feudum. quæſt. 31. verſic. in propoſito. Sicut in feudo dicimus bona feudalia in obligatione generali non comprehẽdi. vt per Neguſ. vbi ſup. num. 43. & regula. l. fin. C. quæ res pign. oblig. poſ. Quod obligatio vel hypotheca generalis non ſolũ comprehendit omnia bona præſentia, ſed etiam futura, procedit quando omnia poſſunt hypothecari, ſecus quando deficit potentia, vt ſup. & ita iudicatũ refert Foſſan. deciſ. 193. in fin. Quæ autem ſub hac obligatione veniant, & non, ponit copioſe Gabriel. concl. lib. 6. de reg. iur. concl. 12.

Obligationem abſenti quæri ex probatione reſultante ex confeſſione emanata, nõ principaliter ad obligandum confitentẽ alteri, ſed tantummodo ad probandum, dicit Ang. in §. ſi vero expreſſim. in Auth. de hær. & falci. colum. 4. quem ſequuntur Soc. reg. 63. fal. 7. Fel. in cap. cum M. de conſtit. col. 17. Bald. per illum textum l. deſiderium. C. depoſi. vt, ſi quis approbat aliquod inſtrumẽtum tamquam verum, vigore huius approbationis omnes quorũ intereſt contra approbantem agere poterunt. Hyp. alios allegans, ſing. 202. verſ. Item confeſſio facta. & in repet. rubr. C. de prob. ſub num. 110. verſic. & teneas etiam menti. Cur. iun. conſil. 168. colum. 3. Fel. alibi in cap. ſi cautio. de fid. inſtrum. colum. 8. limit. 3. Io. de Anan. conſil. 85. colum. fin. Affl. deciſ. 375. num. 3. & 5. diſſentiunt ab hac ſententia, Bar. in l. admonendi. de iureiur. colum. 6. verſ. Item quæro quid ſi inſtrumentum. & ibi Iaſ. in rep. colum. 65. Butr. in cap. fin. de iureiur. Caſtr. conſil. 92. lib. 2. Feli. in d. cap. cum M. colum. 16. in fi. Pro cõcordia vide dicta ſup. in materia confeſſionis.

Obligatus ad aliquid faciendum, ſiue ex ſtatuto, ſiue ex pacto, non tenetur, ſi occurrat caſus inſolitus, & extraordinarius, Alber. in l. fiſtulas. §. frumenta. de contrah. emp. vbi infert ad ſtatutum Paduæ diſponens, quod villa teneatur ad emendationem damni dati ex incendio, vt non teneatur ſi de cœlo fulgur cadat, cuius ictu accendatur ignis, quia talis ignis ex inſolita cauſa dicitur eueniſſe, per illum text. & in l. Seius. §. medico. de annu. lega. Fulg. conſ. 193. factum ſuper quo. colum. 3. verſ. ad tertium reſpondetur. vbi conſuluit, conductorẽ molendini q in ſe omnem caſum ſuſceperit, non teneri ſi flumen mutauerit alueum, quia de tali caſu non videtur cogitatum, & ex conſequenti talis caſus tamquam inſolitus & incogitatus iuris communis diſpoſitioni relinquendus eſt. l. commodiſſime. de lib. & poſth. l. ſi extraneus. de cond. ob cauſ. Quid autem in hoc diſponat ius commune, vide ſup. verſ. datiarijs remiſſionem. & verſ. emens frumentum.

Obligatus aliquam rem reſtituere, tenetur ſuo iuramẽto eam propalare, Bertach. in tract. de Epiſc. nu. 28. & 29. Cagno. in l. 1. num. 45. C. de eden. Bero. conſ. 33. lib. 2. glo. in l. 2. C. quan. & quib. quar. pars. lib. 10. quæ dicit. quod vxor tenetur manifeſtare bona hæredibus mariti per iuramentum. ſequitur Craue. de antiq. temp. par. 1. ſect. 5. ſub nu. 17. Sylua nupt. lib. 2. ſub num. 49. ſicut & hæres tenetur pro veritate inuentarij manifeſtare bona defuncti. Bertr. conſ. 128. num. 4. & 270. in fin. vol. 3. vide ſupra verſ. debitor debitoris.

Obligatus ex diſpoſitione teſtatoris reſtituere poſt mortem ſuam vni ex perſonis quã eliget, & ſic non

certæ,



certæ, ſed incertæ perſonæ certificandæ poſt mortem, nõ poteſt viuens eligere, & reſtituere: quia intereſt eorum qui futuri ſuperſtites poſt mortem eligi ſperant, vt non fiat electio in vita, ne forte electo præmoriente, reſtitutione facta, ipſi fruſtrentur ſua ſpe quam habent ex diſpoſitione teſtatoris, l. cum pater. §. à filia. de lega. 2. ex quo textu infert ibi Bart. quod qui ex teſtatoris præcepto tenetur reſtituere pauperib. poſt mortẽ, nõ põt ante mortẽ reſtituere, quod ſi reſtituat, huiuſmodi reſtitutio nõ obeſt pauperibus ſuperuenientibus poſt reſtitutionẽ, vt dicit etiam Rom. in terminis dicti. §. à filia. in cõſil. 452. nu. 3. Alexan. poſt alios in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis dolum. num. 6. de verbor. obligat. Bar. Ange. & alij in l. poſt mortem. C. de fideicom. Bal. conſil. 77. lib. 1. hanc ſententiam dicit communem Alexan. vbi ſup. quam multis exẽplis comprobat Dec. conſil. 416. num. 20. & ſucceſſiue. Anchar. tenet contrarium conſil. 202. circa primum. num. 4. Pro quo vide Dec. in l. cum tempus. de reg. iur. num. 2. & 3. Pro declaratione vide ſupra verſic. bona fideicommiſſi alienari.

Obligatus facere aliquid ex diſpoſitione teſtatoris, ſub pœna priuationis relicti, ſi per ipſum non ſtat quominus adimpleat, nullum damnum pati debet, ſed relictum conſequi debet, ac ſi omnia à teſtatore ordinata impleta fuiſſent, l. iure ciuili. de condit. & dem. l. iure ciuili. de reg. iur. cap. imputari. cap. cum non ſtat. de reg. iur. in 6. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. in fi. ſi quis caut. l. Labeo ſcribit. de contrah. emp. l. fin. prope fin. de reſcin. vend. l. ſi poſt diem. §. item ſi qua. quan. dies lega. ced. l. 3. de cõdit. inſtit. l. Iulianus. la 1. de cond. & dem. vbi Soc. nu. 7. l. prætor. §. ſi quis paratus. l. de pupillo. §. ſi is cui. de oper. nou. nunc. l. ſi cum fundum. in fin. de pact. glo. & Bar. in l. ſi ſuper poſſeſſione. C. de tranſact. Caſtr. & Soc. in l. in teſtamento. la 2. de cond. & dem. Alex. conſil. 33. colum. fin. lib. 6. Dec. in d. regu. iure ciuili. de regul. iur. & conſ. 70. colum. 3. verſic. Tertio reſpondetur. late Durand. de ar. teſtan. tit. 6. caut. 35. Idem ſi à caſu & fortuna adimplere fuiſſet impeditus. vt plura allegans dicit Ceph. conſ. 633. nu. 19. & 20.

¶ Occidẽs aliquem venientem contra ſe cum enſe vel cultello, ad ſui defenſionem occidiſſe dicitur, & hoc probato ſtatim eſt probata defenſio, quæ omni iure permittitur. l. vt vim. de iuſt. & iur. l. 1. §. cũ arietes. ſi quadrup. paup. fec. dic. ita Bart. in l. ſed etſi quæcumque. in prin. per illum tex. in 2. not. ad l. Aquil. ſequitur Alexand. conſil. 109. num. 2. conſil. 76. nu. 4. volum. 1. Iaſ. conſil. 133. num. 9. volum. 1. Cæpola conſi. 59. viſo proceſſu. Corn. conſil. 167. viſa inquiſitione. num. 9. volum. 1. conſil. 162. in hac. num. 21. conſi. 204. pro deciſione. num. 8. eo. vol. Dec. conſil. 459. viſo eleganti. num. 1. & 2. conſ. 469. viſo. num. 9. conſi. 676. in caſu. num. 3. conſil. 678. caſus. num. 2. Marſil. in l. 1. in prin. num. 38. & 40. de ſicar. & conſil. 4. de vultu. num. 17. Crau. conſil. 309. vbi plura de hoc, uide ſupra in ver. inſultatus ab aliquo. & in verſic. inſultatus ab aduerſario. & inf. verſ. prohibitio aliquo caſu.

Occidens bannitum captum exiſtentem in manibus familiæ, tenetur lege Cornelia de ſicar. ita Nel. in tract. ban. in 2. par. 2. temp. quæſt. 28. incip. Bannitus captus erat à familia. per §. trãsfugas. l. 3. de ſicar. quia tunc eſt ſub protectione curiæ. l. fi. C. de cuſto. reor. vnde nimirum ſi offendens illum debet puniri. ita Bart. in l. in laqueum. de acq. rer. dom. in d. §. transfugas. & in l. legis Iuliæ. ad l. Iul. de vi priua. Bald. in l. libertas. de ſta. hom. vbi ſubdit in propoſito, quod ſi bãnitus eſt captus, carceratus, & debet ſuſpendi, ſi affines eius cum ueneno occidant in carcere, ne vituperentur, debent puniri tamquam parricidæ. idem dixit Ioan. de Anan. in cap. cum iuramento. colum. vlt. de homic. & de bannito carcerato tenuit idem Bal. in l. fin. C. de malef. in l. fideicõmiſſum. §. ſi quis. de lega. 3. & in l. 1. C. vn. vi. colum. pen. Bar. in §. arripiat. in Aut. ut om. ob. iud. Io. An. ad Specul. de accuſ. p. 4. §. ſequitur. in addi. magna. colum. 3. Imo. in l. Publius. §. 1. de cond. & dem. Io. de Anan. in cap. 1. in fi. de ſortil. Gand. de malef. rubric. de ban. pro malef. colum. 7. verſic. ultimo duas quæſtiones. Marſil. ſing. 150. Acceſſus. uerſ. nam licet. & ita practicatur, præſertim in regno, vt dicũt Iſer. ſuper conſt. regni. pœnam eorum. colum. vlt. & ibi Afflict. ſub num. 75. verſic. ſecunda quæſtio. cum num. ſeq. & in conſtit. pacis cultum. ſub nu. 35. verſ. 21. lib. 1. conſtit.

Occidens proditione priuilegio eccleſiæ gaudere non debet, quia proditorius actus inter cæteros deteſtabilis eſt, & ab omnibus exemptus. cap. 1. de homic. cap. inter alia. de immun. eccl. cap. 1. de homic. in 6. cap. ſi contumax. & cap. diffiniri. 17. quæſt. 4. Hinc eſt, quod bannitum proditione occidens non iuuatur à ſtatuto permittente bannitos occidi, ſed perinde punitur ac ſi hominem ſimpliciter occidiſſet, ſecundum Ang. in l. fin. per illum tex. C. de delator. lib. 10. Cæpo. conſil. 34. ſi unquam. Hyp. ſing. 16. proditores. & conſ. 32. plura ſunt. colum. 2. dixi copioſe, in queſt. 26. num. 26. Quis autem dicatur proditorie occidere, habetur in conſtit. Ægidiana. fol. 283. num. 4.

Occidere homines prohibitum eſt lege Diuina. Exo. c. 20. Deut. cap. 5. Mat. ca. 5. naturali, & poſitiua, ſeu ciuili. ut in prin. Decret. & Inſti. de oblig. quæ ex delicto naſcunt. in prin. & l. 1. in fi. de fur. nam tale ius proprio naturali inſtinctu nefas reputat hominem homini inſidiari. l. ut uim. de iuſt. & iu. in fi. & Gen. cap. 4. cir. med. ibi. ſanguis fratris tui clamat ad me de terra, & 8. diſt. c. 1. §. 2. & cap. ſeq. Inſt. de iu. nat. gen. & ciu. §. pen. & in Decretal. toto tit. de homic. & in rub. & tit. ff. & C. de ſicar. Clem. ne Romani. de elect. in prin. uide infra uerſic. prohibitio aliquo caſu.

Occiſus, ſi ignoratur à quo ſit occiſus, an præſumatur ab inimico capitali occiſus. Puta. T. eſt inimicus capitalis. S. reperit eſſe occiſus. S. & ignoratur à quo, ſuſpitio eſt contra. T. quæritur an probata capitali inimicitia. T. ſine alijs indicijs poſſit poni ad torturam. & Specul. in tit. de præſump. §. ſpecies. uerſ. ſed pone Petrus &c. in fi. tenet quod ſic, quem ſequuntur omnes Doct. quos recenſet Hyp. conſ. 3. nu. 10. & conſ. 8. num. 8. uolum. 1. cum multis cõcor. ibi per eum adductis. Contrarium tenet Arim. in addi. ad Ang. in tract. malef. in uer. fama publica. num. 29. & 50. uide illos, quia ſunt libri communes.

Occultans bona doloſe non gaudet beneficio ceſſionis

bono-

bonorum.iux.l.hæreditatum. §.fin. & ibi Paul. & Alexand.ad leg.falci.Immo punitur in duplum eius quod occultauerat. Bald.in l.1.C.qui bon.ced.poſ. col.2.in prin.verſic. quæro quid ſi cedens. & verſi. quærit glo.an iſte.& ibi Salyc.colum.2.verſi.redeo ad.q.ſequitur Aret.in §.fin.colum.1.Inſt. de actio. & ſub num.8.verſic.quæro aliquis ceſſit. Ratio patet ex dictis ſupra verſ. ceſſionis bonorum beneficium.& vide Bald.conſ.400.in libris.colum.2. vol. 5.& Nat.conſi.361.videtur.num.6.ſimile eſt quod dicitur ſupra in ver. fallitis ſeu decoctoribus.

Occultans inſtrumentum in quo quis habet intereſſe committit falſum, & punitur de falſo. l.Paulus. & ibi Bart.de falſ.glo. in l.ſi quis affirmauerit.ff.de dolo.& ibi Bal.not.dicit, quod ita bis fuit in ciuitate Peruſij per illam glo.iudicatum. Iaſ.in l.ſi teſtamentum. in fi.C.de teſtam. vbi loquitur in ſubtrahente inſtrumentum. & ibi idem dicit de notario negante ſe rogatum de inſtrumento, intellige ſi cõuincatur. l.ſi quis decurio.C.de falſ.Ioan. And. ad Specul.de inſtrum.edit.§.inſtrumentum.in prin. ſuper ver.in fine.vt dicebat Odofr.in 2.q. Bal.in l.qui accuſare. C. de eden. quem ibi Alexand. & Purpur. ſequitur.num.1.& 8.Bal.& Iacob.de San. Geor.in l.prætor ait.§.prætor ait. ff.eo. num.19. Caſtr. in l.non idcirco.C.de teſtam.Feder.de ſen.conſ.113. credo. Alexand. conſil.74. colum.pen. verſ.fortificantur. an.fin.volum.1.Iaſ.conſil.225. num.7. volum.2. & hoc niſi excuſaretur notarius, quia proceſſiſſet diuturnitas temporis,& eſſet bonæ famæ,quia tunc nõ teneretur. Ioan.And. vbi ſup. ſequitur Alexand.in d.l.qui accuſare.in 2.not.& ibi Soc.in 5.not. Boer. deciſ.292.nu.5. Fel.c.accepimus.num.16. de fi.inſtrum. Dec.d.l.qui accuſare.nu.5. Ang.de maleſ.in ver.falſario. num.9. vbi loquitur etiam in lacerante & comburente.

¶Offendens poſt pacem non præſumitur offendere ex cauſa antecedenti propter quam pax facta fuit, ſed potius ex cauſa de nouo ſuperueniẽti,ne in plures pœnas incidere dicatur,l.factum. §.in pœnalib. & l.ſemper in obſcuris.de reg.iur. cap.in pœnis. & cap.in obſcuris.eod.tit.in 6.Rom.conſ.183. in fin. Iaſ.in l.qui ſeruum.in 2.not.de ver.oblig.Pariſ.cõſil.165.num.26.& 28.lib.4.& fuit ſententia Bar.in l.aut facta. §.cauſa.de pœn. & in l.ſi de certa.C.de tranſact. Mandoſ.iun. ad d.conſil. Rom. ſuper ver. ſuperueniẽte.hoc intelligit,dummodo de noua cauſa appareat, alias ex præced.cauſa offendiſſe præſumeretur,& ita Rotam tenuiſſe teſtatur. de hac materia copioſe dixi,quæſt.41.& vide ſup.ver.fractor pacis.& vide Cephal.conſil.35. in prin. & 462.nu. 15.vide inf.verſ.pax non dicitur rumpi.

Offendi quis dicitur quando ex aliquo ſibi illato ad iracundiam iuſte prouocatur,licet ex eodem veniat inferrenti pœna imponenda, vel non.de manum.teſtam.l.teſtamento Centurio.not. Bar.in l.licitatio. §.quod illicite. de public. & in l.1. de his quibus vt indign.Rom.conſil.183. num.2. Iaſ.in l.cum te.C. de inoſ.teſtam.Grat.reſp.136.num.13.lib.1.Pariſ. conſil.165.num.4.lib.4.Gozad.conſi.31. num.13. vbi dicit, quod offenſa eſt quicquid aliquem ad iracundiam prouocat,dummodo pœna imponi poſſit. allegat Bart.in l.ſi.C.ſi cont.ius vel vtil.publ.

Offenſi exculpatio adeo releuat inquiſitum, & omnia alia contraria indicia debilitat,vt ex eis torqueri nõ poſſit,nec condemnari,niſi crimine manifeſte liquidato.Bal.in l.2.& ibi Iaſ.colum.fin.C.com. de lega. Alex.conſil.24.colum.4.verſic.fortifico. vol.2.allegando tex.in l.Paul.§.1.de bon.liber. Fel.in cap.1. ad fin.de præſump.Hyp.conſil.61. poſt redditum. & ſing.22.confeſſio.Pet.Gerar.ſing.55.nota bene. Hyp.in pract. §.diligenter. num.118. Gram. voto 24.in cauſa Nicolai.Cæp.conſil.2.num.16.& num. 17.vbi ponit, quid ſi offenſus primo inculpaſſet offendentem,& poſtea moriens eũ exculpaſſet.& idẽ dicit Gomeſ.in reg.de infir.reſign. q.9.40.Spec.in firm.Crau.conſil.6.num.64.volum.1.Couuar.var. reſol.lib.2.cap.13.num.8. Foler.in pract.in octauo folio.char.322.num.78.Plot.in conſil.110. in cauſa.in vol.1.conſ.crim.diuerſ.Gig.de crim. læſæ Maieſt.lib.2.rubr.quom. & per quos.q.26.nu.5. Cæpola caut.1. Iaſ.de eo per quem fac.erit.l.1.num.9. vide infra verſ.vulnerati ſolius aſſertio.

Offenſus licet remiſerit omnem iniuriam in foro conſcientię,non ob id excluditur,quin poſſit in foro cõtentioſo agere ad emendationem damni, glo.in c.ſi quis contriſtatus.9.diſtin.Bart.in l.ſi tibi decem.§. quædam. de pact.& in l.non ſolum. de iniur.Bald. in cap.1.§.iniuria.de pace iuram.firm.iniuria enim & uiolentia eſt de per ſe, & damnum de per ſe,ſecũdũ Bal.in l.ſi domus.de ſeruit. vrb.prædi.niſi in remiſſione adeſſent uerba,plenam remiſſionem. Bald. in d.§.iniuria. Rom.in l.2. ad Syllan. uide ſupra in uerſic.forus contentioſus. & in uerſic.abſolutus uel punitus.

Offerſus mandans alicui uindictam pro iniuria ſibi illata,præſumitur eam iniuriæ ſimilẽ mandare, unde ſi mandatarius occidat iniuriantem, & ne excedat in uindicta, mandans non tenetur de homicidio. Cuma.in l.ſi quis mihi bona. §.iuſſum. num.17.de acq.hęr.Rom.in ea.l.§.ſed ſi mandaui.num.6.uerſ. & inducitur. Alex.in l.1.C.de his qui.ut indig.uerſ. item ſecundum. & conſil.126.colum.fin. uerſic.nec obſtat.uolum.4.Arim.ad Ang.in uer.Sempronium mandatorem.quæſt.21. Iaſ.in d. §. ſed ſi mandaui. colum.fin.uerſ.tenendo deciſionem Bar.& in l.ſeruum fugitiuum.col.5.uerſ. Secũdo not. limit.C.de ſeru.fugit.& conſil.188. uolum.2. Dec.conſil.622. Bero.q.10.Gabr.concl.lib.7. de maleſ.concl.2. nu. 54.& uide ſupra uerſic. mandans aliquem tantum vulnerari.

Offerre minus legitime, & non offerre, paria ſunt.l. quoties.qui ſatiſd.cog.ubi tex.ad lit. Quoties uitio ſe cautum uel ſatiſdatum eſt, non uidetur cautum. & ibi not.Bar.non refert,non fiat, uel male fiat.idẽ in l.cum hi.§.prætor.de tranſact.in l.ſi ſoluturus.& in l.creditor.ſecundum unam lect. ff.de ſolut.ſequitur Iaſ.conſil.9.inci.circa primum dub.nu.13.in fi. & conſ.44.inc.ad dubia.ad fi.lib.1.quod & aſſeruit Rol.conſil.14.inci.quoniam.num.25. & conſil.63. perſpectis.num.28.uolum.1.conſil.73. uiſo inuentario.num.30.uolum.2.conſil.8.inc.præſuppoſito. num.28. conſ.41. Habita.num.42. conſil.42. quod merces, numero 21. & conſil. 73. habita, numero 26.uolum.3. uide ſupra uerſic. implementum eius quod.

Officiales

¶Officiales adminiſtrationem temporalem habentes non poſſunt durante officio cõueniri de geſtis ante officium.l.pars literarum.& ibi glo. & doct.de iudici.Catal.de ſind.par.3. col.2.in paru.verſ. An autẽ durante offic.Pariſ.in ſim.tract.car.44.in paru.Ro. conſ.415.nu.3.& 4.Alex.conſ.12.nu.1.vol.4.aliàs cõſ.1.n.12.Iaſ.in l.2.n.2.& 3.de in ius voc.Soc.reg. 249.Ceph.cõſ.439.n.82.& 83. Borg.deci.Fiuiz.5. n.20. vbi videre potes differẽtiã inter officialẽ habẽtem iuriſdictionem & imperium, & habentem imperium & dignitatem. quod ſeruit ad multa circa materiam controuerſiarum iuriſdictionaliũ.& quo ad propoſitionem vide eundem ibi.num.22. & 23. vbi docet contrarium de cõſuetudine ſeruari. Quid autem importet iſta obſeruantia, vide ſupra verſic. curiæ ſtylus.& inf.uerſ.ſtylus iudiciorum.

Officiales licet teneantur pro baricellis,nuncijs, & familia, pro ijs ad quæ ſunt deputati, ff.fur.aduer.nau. l.1.§.ſerui.de publican.l.1.§.quod nouiſſime. & §. familiæ.cum ibi plene not.per Bar.Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.de offi.procõſ. & in Rubr.C.de pœna iud.qui male iud. not. plene in c.cum ad ſedem. de reſtit.ſpoliat.tamen, ſi ipſos exhibeant,liberantur.l.quantæ.de publican.Bal.conſ.230.nu.4.lib.1. Abb.in cap.1.ſub num.7.de reſtit.ſpoliat. Fel.in c. Petrus.col.3.verſ.quinto declara.de homici.Dec.in l.2.num.13.quod quiſq.iur. Marſ.in repet. rubr.de fideiuſ.ſub num.182.in l.fin. num.169. de iuriſdict. om.iud.Ægid.Boſ.in tit. de carcer.fideiuſ. commit. num.37.& in tit.de fur.num.56. Felyn.in cap.licet cauſam. poſt num.12. de probat. vide infra verſic. poteſtas ubi tenetur. ſeu, poteſtas conuenitur ciuiliter.

Officiali iniuſte exequenti licitum eſt de facto reſiſtere.l.prohibitũ.C.de iure fiſci.lib.10. vbi Bar.hoc notat.& l.defenſionis facultas.eo.tit. Bald.in l.1.in repet.q.12.C.vn.vi.& in l.vt vim.q.7.de iuſt.& iu. Iaſ.conſ.20.nu.20. & conſ.86.num.15.vol.3. Dec. conſil.151.Maximi.num.6. & in c. ſi quando.nu.2. de offi.deleg.Marſil.in l.1.num.15.de quæſt.in l.1.in prin.nu.71.& ſucceſſiue. vbi ſimilia adducit. ad leg. Corn.de ſicar.& in pract.crim.§.diligenter. nu.51. cum ſeq.Socin. in l.plerique. nu.4. de in ius vocan. vide ſupra verſic.eximens non iuſte. & infra verſic. vim inferenti.

Officialis malefactorem capere volens, ſi eum inſequi incipiat in ſuo territorio, non poteſt ipſum fugientem in alieno territorio capere, ex ſententia Bal.& Flori.de Sanc.Pet.in l.ſicuti.§. Ariſto.ſi ſeru. vend. vbi Paul. Caſtr.not.non licere immittere in alienã. & ibi glo.in ver.facere licet. dicit,nota, in ſuo facit quod vult quilibet, non in alieno. & alleg. concor. vt in ea.& Bal.vbi ſupra, reiecta oppoſitione.l.capite quinto.de adult.dicentis, licere marito adulterũ è domo fugientem, etiam extra domum capere.firmat propoſitionẽ, per caſus poſitos in d. §.Ariſto. & quia mutatio territorij inducit mutationem poteſtatis. arg.l.ſi dominiũ.de fur. l.quis ſit fugitiuus. §.item.Celſus ſcribit. de ædil. edic. Sequitur Aret. de maleſ.ſuper uer.quod fama.ſub nu.62.uerſ.quærit an ſi officialis.vbi infert, quod iudex loci capturæ poteſt captum repetere, c.ex parte. de uer.ſig.il l.vbi liquet quod capitulum Carnotenſe excommunicauit quandam Comitiſſam, quia officiales nolebant reſtituere quemdam latronem ab eis captũ in territorio dicti capituli.& ita dicit Bar.in l.ſi cui. de accuſ.Remitto de hoc ad copioſe per me dicta in qq.legal.q.30.nu.42.& ſucceſſiue.

¶Onera alicui impoſita,diminutis facultatibus diminuenda ſunt, ca.propter ſterilitatem. de loca.l.forma.§.illud.de cenſi.l.2. C. de alluui. & paſc. de iu. immun.l.cura.§.deficientiũ.glo.in l.omnes.la.1.C. de annon.& trib.lib.10. Rom.conſil.369.num.30. Fely.in cap.cum ex officij.num.2. & in fine.de præſcr.Bellenc.de charit. ſubſi.q.34.nu.2.Gig.de penſio.q.35.nu.8. & q.62. Rebuf.de pacif. poſſeſ.poſt nu.115.uerſ.10.concl.Craue.conſ.195. nu.6.emergens enim calamitas nouum expoſcit auxilium, & nouum ſuffragium.l.de ætate. §.ex cauſa. de interrog.actio.habetur in c.pen. de cler.non reſid.in ca. ſuggeſtum.de decim.l.ex facto. de vulg. Hyp.ſing. 142.233.& 619.vbi plura ad hoc adducit, & dicit, quod exactor tributorum habet facultatẽ arbitrio boni viri diminuendi tributum ei cuius patrimoniũ aduerſa fortuna collapſum eſt: non enim afflictio addi debet.capit.cum percuſſio.7.quæſt.1. Hypol. ſing.241.vbi concor.citat, & applicat. vide ſup.uer. collecta eſt imponenda.

Onera extraordinaria fieri poſſunt ordinaria ex diſpoſitione ſtatuti.l.1. C. de indiction. lib.10. & ad illa tenetur eccleſia.Ioann. Cald.conſil.7. an ſi ſtatuto.in tit.de conſtit.Ioan. And. in cap.1.de cenſi. in 6.Guiel.de Cun. & Iacob. Butrig. in l.placet.C. de Sacroſanct. Eccleſ. quorum dicta cum alijs ad hoc refert Curt.iun.conſil.68.num.4.Quod tamen dictum procedit, modo non fiat ſtatutum odio clericorum & eccleſiæ principaliter. Bald. conſil.280. præmiſſo ſtatuto. lib.2. & conſil.434. licet iudex. verſic.utrum autem priores.lib.3.dum allegat Inn. in cap.poſtulaſti.de for.compet. Bar.in l.reſcripto. §.fin.de mun.& hon.quẽ ſimpliciter ſequitur Abb. conſil.26.uolum.1.& Iaſ.conſ.39. in fin.uol.3.dixi ad Curt. iun. conſil.147. ſuper uer. non poſſit ſtatuere.

Oneribus diſtribuendis æqualitas ſeruanda eſt, cum ſit nutritiua & conſeruatiua concordiæ.Socin.conſ. 4. colum.4. lib.quarto. aliàs conſil.51. nu.8. lib.4. Crau.conſil.148. num.13. & conſil.414. num.15. non enim debet unus alterius onera portare, tot.ti. C.ne mari. pro ux. & ne fil.pro pat.l.1. C. ut nul. pro alie.deb.conuen.lib.11. & nemo ultra modum ſuarum facultatum grauari debet. l.1. C. de muner.patrimo.Bald.in l.per ſingula. C. de diſcuſ.ſed onerum diuiſio pro modo facultatum fieri debet.l. reſcripto.de mun. & honor.glo.& Bar. in l.1.C.de apoc.publ.lib.10.

¶Opem delinquenti tuliſſe, nec auxilium præſtitiſſe dicitur,qui non ex propoſito,ſed incidenter, atque fortuito armatus delicto aſtitit. Anch. conſil. 216. uerſic. hæc autem contraria. Felyn. in cap. ſicut dignum.col.3. uerſ. & omnia iſta limita. de homicid. & c.1.col.6. uerſ.limita niſi præſtans.de offic.deleg. Pariſ.plura ad hoc allegans. conſil.152.numero 32. & conſilio 164. numero 11. lib.4. uide infra uerſic. præſentia ſola. & ſupra uerſic. conſilium ad homicidium.

Opem ſimplicem præſtans vel fauorem delinquenti, qui ſine tali ope idem delictum veriſimiliter commi ſiſſet, non æque punitur vt principalis, ſed mitius arbitrio iudicis.glo.in c.fœlicis.in ver.ſimplici fauo re.de pœn. in 6. & in Clem.1. in ver. defenſauerit. de pœn.Ang.in l.in furti.§.ope. & in l.is qui operi. de fur.Arim.ad Ang.de maleſ.ſuper ver. dicto male fic.Hyp.in l.ſi in rixa.col.6.de ſicar. Cæpo.in materia, in conſ.2.per tot. Soc.iun. conſ.38.num.15. vol.2. Ad hoc facit,nam faciens aliquid contra prohibitionem legis certam pœnam non ſtatuentis,extraordinem arbitrio iudicis punitur. gloſ. eſt ſing.
* & communiter approbata in l.nemo martyres. C. de Sacroſ.Eccl. de quo arbitrio iudicis in pœnis vi. Fran.Nicon.in c.quoniam cōtra.de probat.p.1.nu. 197.cū plur. ſeq. & ad propoſitionem vi. ſup.verſ. Auxilium dantes. & verſ.maleficium conſulens.

¶ Operarius conductus in fundū ad incidēdum ligna, ſi accuſatur tanquam mandatarius de damno dato non tenetur,ſed tantum eum conducens, quia credebat bona fide fundum eſſe conducentis,l.in rem. §.tignum.de rei vendic. ſed ſi artifici nunciatum ſit quod non incideret ligna vel fabricaret in tali fundo,quia ſpectat ad denunciantem, tunc laborando vel ædificando conſtituitur in mala fide, & tenetur ex mandato. Rom. in l.de pupillo.§.ſi forte.de no. op.nunc.pro veritate vide Arim. ad Ang.de Maleſ. in ver.& Sempronium.nu.15. Fel.late in c.conſtitutus.de reſcr.ſub nu.19. verſ.ex hoc quotidie.

¶ Opinio alicuius doct.ſingularis non dēt mouere iudicem ad recedendum à communi opinione in iudi cando. ita Bald.in l.1.in fin.de ſenat. Roman.conſil.179.ampliſſime.colum.5. ſequitur Iaſ.conſil.19. num.3.conſil.26.num.6.conſil.71.ad fin.volum.1. & ſi inhæreat ſingulari relicta communi, præſumitur per ignorantiam iudicare.Iaſ.conſil.84. omiſſa. num.8.volum.1.& in l.2.num.15. & 16. de iureiur. vbi multa dicit de ſingulari opinione. & in l. ſciendum.§.ſi fundum.num.7.qui ſatiſd.cog.Hinc dicūt Bald.& Paul.in l.fin.C.de inſtit. & ſubſt. quod etiā propter opinionem Bart. non eſt recedendum à cōmuni opinione.Si tamen ſit doctor authēticus, qui ſtet pro matrimonio, eius ſententia præualet communi, & ſecundum eam iudicandum eſt contra cōmunem.ita Hoſtien.in capit. ſi vir.de cogna. ſpirit. quod dictum extollit Abb.ibi. & in cap.fin. 2.not. de re iud.& in conſil.180.colum.3. Im.in l.1.col.3. ſolut.matrimon. Barbat.conſilio 6. num.30. lib.1. Boer.conſil.40.num.89.Menoch.alios citans, conſ. 18.num.15. hoc dictum Socin.iun. in l.1. in 3. not. ſol.mat.& in conſil.86.num.31.volum.2.declarando dictum Hoſtien.vbi ſup.dicit verum,quādo agitur de matrimonio iam cōtracto diſſoluendo, & de ſeparandis his qui ſimul vti matrimonialiter cōiuncti aliquo tempore vixerunt: non autem quādo agitur de probādo matrimonio ab initio inter aliquas perſonas, quæ nunquam ſimul vti matrimonialiter coniunctæ habitauerunt,& altera pars matrimoniū abſolute negat.& aſſignat rationem,vt per eum ibi. & vide Iaſ.conſilio 178.numero 9. volum.2. Vel ſecundo præfertur ſing. communi, ſi melioribus rationibus innitatur.ita Dec.conſilio 250. viſis.num. 1.conſilio 271.numero 12.conſilio 284.ad fin.conſ. 366.num.7.conſil.456. num.9. Nat. conſ.120.nu. 1.conſ.358.num.10. Roland.conſil.100. num.49. cum ſeq.par.2.

¶ Oppoſitum idem operatur in oppoſito, quod propoſitum in propoſito.l.fi.§.fi.de leg.3. Dec.in c.2. nu.1.de conſt.in 2.lect.exemplificat Oſaſ. deciſ.25. nu.16.Contrariorū enim eadem eſt diſciplina.l.1.de his qui ſunt ſui uel ali.iur.l. & ſi contra. ubi gloſ.de vulg.& pup.dixi ſupra uerſic. contrariorū idem eſt iudicium.ex quo inferri poteſt, quòd ſicut occidens non legitime bannitum non iuuatur ſtatuto permittere bannitum impunere occidi, ita occidens nō legitime cancellatum non incidit in pœnam, ſed iuuatur dicto ſtatuto, ex Cæpol.conſ.7. crim.quod late proſequitur Marſil.ſing.340.uerſ.hoc eſt uerum.

¶ Oratio vniuerſalis recipit limitationem de habili, & de quo ius ſentit, vel alibi diſpoſuit.l.inter omnes. vbi Bart.qui ſatiſd. cog.idem Bar. in l.1.§.nūtiatio. col.3.verſ.venio.de no.op.nun.& ibi Iaſ.& omnes. Bal.in c.canonum ſtatuta.poſt prin.verſ.extra quæro.de conſtit.gl.in l.1.C.de Sacroſ.Eccl.in l.qui certo loco. de cond.ind.l.ut gradatim.§. ſed ſi lege.de mun.& hon.l.1.mand.not.in l.omnes. C. ſine cenſu vel reliq.glo.quibuſcumque.in §.1.Inſt.de verb. obli. Iaſ.in l.quamdiu.col.1.in fi.C.qui adm. Oldr. conſ.332. col.pen.in med.uerſ.non obſtat. Lap.alleg.29. conſilium fuit. nu.7. Alber. de ſtat.p.1.q.9. item quæro.col.3.poſt prin.Rom.cōſ.180. ſi admittimus.col.1.in me.uerſ.redeūdo. Iaſ.in l.fideiuſſor. §.prætor ait.in 1.not.qui ſatiſd.cog.& in l.quodcūque.nu.2.de uer.obl.in l.filiusf.nu.3. ſi cert.pet.in l.1.nu.35.de acq.poſ.in l.ſi is qui pro emptore.nu. 208.de uſucap.in l.moribus.nu.27. de vulg. Niconi.in repet.c.quoniam contra. de prob.p.1.nu.114. Quod enim quis non poteſt facere in ſpecie, non præſumitur uoluiſſe facere in genere. c.quod clericis.de foro comp.vbi Ant.de But.& alij.Ioan.And. in c.eius.de immu.eccl.in 6.Barb.conſ.53. num.19. uol.2.Dec.conſ.218.in cauſa.nu.3. hinc dixit Bart. in l.ſi quis ſub conditione. uerſus fi. de cōd.inſtit.ꝙ uerba generalia ſtatuti nō aptantur ad impoſſibilia & illicita.quē ſequitur Rui.conſ.111. uiſo ante.nu. 17.& conſ.125.& primo.poſt nu.4. uol.5. Barb.d. conſ.53.nu.18.uide inf. uerſ.uerbum nullum adeo.

¶ Ordinatio defuncti in feudo nō ualet.c.1.de ſucceſ. feu.Iaſ.conſ.236.col.4. in prin.lib.2. Dec.cōſ.606. nu.16.Pariſ.conſ.98.nu.3.uol.2. Curt.iun.in tract. de feu.par.4.nu.125. cum ſeq. Affl.de feu.cogn.in prin.uerſ.Secundo modo, Bero.q.95.nu.4. Clar.in §.feudum.q.40.& hoc ubi domini conſenſus nō interuenit, Ceph. conſ.657.nu.4. pro quo uide infra uerſ.res alicui conceſſa in feudum. & uerſ. uaſallus alienare feudum,& in alijs uerſ.ibi.

Ordinatio facta de clerico ex curſu temporis præſumitur ſolemnis & ualida. l.ſi filiusfamilias.C.de petit. hær.Bar.in l.qui aliena.§.1.ubi alij. de acquir.hær. Ang.in l.ſciendum.de uer.oblig. Dec.qui plures citat,conſ.222.nu.9.375.nu.3.& 486.nu.10.ubi atte
* ſtatur de communi.Ruy.cōſ.217.n.6.uol.1. Ceph. cōſ.152.nu.32.ubi loqui uř ēt de ſubſtātialib.actus, & conſilio 170.nu.22.& 192.nu.42. etiam vbi agitur de magno præiudicio tertij.glo.Imo.& alij in c. peruenit.de emp.& vend.Fel.in c.illud.num.10.de



præſum.in cap. ſicut.num.36.de ſent. & re iud.Iaſ. in l.1.nu.15.verſ. Tertio ſingulariter limita. C. qui adm.Ceph.conſ.163.nu.18. & conſ.170. nu.22. & ſufficere diuturnitatem decem annorum dicit Iaſ.in l.ſi certis annis. C. de pact. clericus enim præſumitur recte inſtitutus, quando diuturno tempore tenuit eccleſiam.Fel.d.cap.ſicut num.29. Nat.conſil. 162.num.26.vol.1. Alia cumulat ad hoc Gabr.con cl.lib.1. de præſump.concl.1. nu.16. veritatem huius propoſitionis vide copioſe apud Ceph. filium conſi.684.inter conſ.patris.per totum.

Ordinatus à digniori & maiori, licet poſterius receptus, cæteris præferendus eſt.l.fin. de albo ſcriben. vbi hoc not.omnes poſt glo.ibi. & in c.per tuas.vbi Ab.2.not.& Feli.nu.2.de maior. & obedi. & in rubr.eo.tit.nu.4.Boer.de author. mag.conſ.nu.12.& 81.Mart.Laud.de dignit.not.32. & 92. Vnde ordinatus à Papa,quamuis poſterior, præfertur ordinato ab Epiſcopo,& ſi anterior ſit.c.quia ſæpe. cap.hi qui.cap.ſi à ſede.de præben.in 6. Burſ.conſ.343.dū ordo.nu.10.Quid in hoc ſit de conſuetudine, ponit Boer.vbi ſup.vi.ſup.verſ.dignior quis dicitur.

Ordo denominationis prioris demonſtrat ordinē charitatis & maioris dilectionis, Ang. & Imo. in l.qui ſoluendo non erat.de hære.inſtit.Bal.in l.pen.in 3. oppoſ.C.de ver.ſig.& in l.1.C.de edic. Diui Adria. Tol.Alex.in l.qui duos.col.2.nu.5. de lega.1. vnde ſi in aliquo inſtrumento vna domus eſſet obligata Titio, & in eo. hypothecata Sæio, hypotheca Seij erit poſterior propter ordinem ſcripturæ, Ang.in §.etenim.in Auth.de hær.& falci.An autem & quādo talis ordo attendatur, vide Bal.in l.2.§.prius.de vulg.& pup.iunc.addi. in ver.ſeruando. vide ſupra verſ.Nominatio prior.& inf.verſ.teſtator præſumitur maiorem.

Ordo eſt figura ſubſtantiæ cuiuſcunque rei, & nihil conſtat ſine ordinis compoſitione.vt ſcribit Bald.in cōſ.ſchiſm.poſito ſub rubr. ſi quis aliq.teſt.prohib. col.2. reaſſumptus a. Iaſ. in præf. ad tit. C. de iure emphy.& relatus à Catel.Cot.in ſuis memor.in lit. O, in ver.ordo. in prin.ex illo enim breuis inſurgit rerum omnium diuiſio,quæ ſolet rem clarā & apertam reddere.c. ſuper literis. de reſcr.glo.in proem. Inſtit.§.eaſdem.Crau.in proem.tract.de antiq.tēp. relatus à Menoc.cū Neguſ. & Neuiz.in procem.tracta.de arbitr.iud.in fin.

Ordo iudiciarius cū ſit de ſubſtantia in quolibet actu, pactis priuatorum tolli nec peruerti poteſt, vt notat Myſing.conſ.28. nu.32. ex quo inferunt Doct. pacto partium fieri non poſſe vt inſtrumentum habeat exequutionem paratam. Iaſ.in l.quæ de legato.nu.6.& 7.de leg.1.Fran.Marc.q.396.qui id etiā admittit ſtante ſtatuto de inſtrumentis exequēdis. vnde vrbanius eſſe ſine iudice poſſeſſionem nō apprehendere dicit.l.3.C.de pignor.quod tamen procedere in obligatione perſonali dicit Ant. de Canar.de exeq.inſtrum.q.32. ſecus in reali, quo caſu pacto partium poteſt inſtrumentū habere exequutionem paratam, Lanfr.poſt Abb.in c. de cauſis.de off.deleg.cuius dictū probat Galeſ. ad form.camer. oblig.par.3.q.4.in fi.Franc.Beci.conſ.17.num.2.in fin.Foſſan.deciſ.Pedem.26.nu.6. uide ſupra verſic. inſtrumentum guarentigiatum.

¶ Originarius ortus in loco, verus & proprius ciuis dicitur.l.ciues.C.de incol. lib.10.glo. in l.ciues. C. de appel.l.incola.ia 1.de ver.ſign.& hoc eſt in dubitatū de mente Bar.in l.1.col.3. verſ.quæro ēt an capitulum.ad municip. Aret.conſ.77.col.1.verſ.cir ca primum.ubi dicit quod appellatione ciuis in materia ſtatuti,& in materia ſtricte & proprie intelligenda,continetur originarius qui ibi ortus eſt.citat gl. in l.1.in fin. de tutor. & curat.dat.ab his. & quāuis non habitet in loco originis, eſt tamen uerus ciuis illius loci,ita ut ibi cōueniri poſſit.Bar.in l.eius qui. §.Celſus.poſt prin. ad munici. uide ſup.uerſic.ciuis vt quis dicatur.& verſic. habitatio ad eſſentiam. & uerſ.ciuium appellatione.

# P.

PACE facta inter Principes ad inuicē belligerantes,reſcindi debent ſententiæ late contra rebelles occiſione rebellionis, ita Bal.in c.1. §.ſententiæ quoque.num.1.de pace Conſtan. quia ceſſante cauſa, quæ fuit diſcordia,ceſſare debet effectus,ſcilicet,ſententia.arg.l.generaliter.C.de epiſc. & cler. immo Bal. ibi in §.poſſeſſiones.nu.2.ſubdit,quod poſſeſſiones quæ poſſidebantur ante tempus belli, pace facta,reſtitui debēt illis qui ante bellum poſſidebant.Bal.ſequūtur,Rol.cōſ.1.n.118.vol.3.& refert Meno.cōſi. 103.nu.3.& 4. multa ad hoc congerit not. Tiraq.in tract.ceſ.cau. p.1.44.45.46. & hoc fauore pacis,cui multa tribuunt priuilegia, Fel.in c.quæ in eccleſiarum.col.mihi. 22.uerſ. Secundo nota in hac materia.de conſt. Alex.conſ.136.col.fi. uerſ.non obſtat poſtremo.uol.1.& ut copioſe dixi infra uerſic. pacis fauor.

Pacis fauor & prærogatiua tanta eſt, ut pro quiete & tranquillitate ſubditorum poſſit princeps remittere damna illata ſubditis, & eorum iura penitus tollere.c.in noſtra.in fi.de iniur. Bartol. Ang. Paul. & alij in l.conuentionum.ff.de pact. Bal.in tit.de pace Cōſt.in uer.priuilegia omnia.Ang.in l.uenditor. §.ſi conſtat.ff.com.præd. & in l.Antiochenſium.de priuil.cred.Alex.conſ.94.nu.18.uol.5. Iaſ.cōſ.236. nu.6. & in l.conuentionum.ff.de pact.num.8.& 9. Grat.conſ.114.nu.7.lib.2. Bero.conſ.76. num.37. uol.1.Soc.iun.conſ.68.num.21.& 158.uol.1.Barb. conſ.41.ſub nu.14.uol.1.conſ.1. ſub nu.106. uol.3. conſ.3.ſub nu.7.uol.4. Fel.conſ.ult.nu.10. Rim.iu. conſ.103.nu.17.Ceph.conſ.121.nu.15. qui loquitur in arbitro uel arbitratore, quod pro bono pacis poſſunt extendere manus ad ea quæ ſunt extra cōpromiſſum.uide inf.uerſ.ratificatio actus. Hinc eſt, quod ſi Princeps bānitū reſtituat ob pacē publicā, alienata per principē ēt ex contractu reuertuntur ad ipſum reſtitutum.Bero.d.cōſ.76.nu.110. & 113. uol.1.quem cū alijs in hanc ſententiam citat, & dictum declarat Burſ. conſ.54. num.15. & late Ruin. conſil.21.num.7. & nedum ob pacem publicam, ſed etiam ob priuatam familiarum. Pacis enim fauore multa ſpecialiter contra communes regulas conceduntur.Rom.conſil.332.in 4.dub.Fel.in cap. ad audientiam.il 2.concl.2.de reſcr.per tex.in cap.

niſi eſſent. de præben. Ad propoſitum vide ſup. verſic. mandatum regulariter licet. & verſ. pace facta. & inf. verſ. ſuperior ad lites.

Paciſcens, quod caſum fortuitum non opponet, ſi aliquibus caſibus expreſſis, ſubiecit clauſulam generalem, tenet caſuum fortuitorum omnium renuntiatio. glo. ſuper ver. admittetur. in §. ſed ſi aliquis. ca. qui ad agendum. de procur. in 6. Alex. conſ. 3. viſo inſtrumento. col. 2. poſt med. verſ. fortificantur prædicta. vol. 1. per not. gl. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitū. ſuper verſ. ſpecialiter. ſi qs caut. no. in c. bona fides. depoſ. & ibi glo. ſuper ver. de culpa. cir. med. verſic. caſus fortuitus. de quo Alex. late in l. ſi extraneus. in prin. de cond. ob cau. in l. ſi cum dotem. in prin. ſol. mat. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de lib. & poſth. vbi late tractatur materia extenſionis vnius caſus ad alium. Iaſ. late in d. §. quæſitum. nu. 30. & ſeq. & Canoniſt. in c. propter ſterilitatem. de loc. & cond. vbi eſt proprie locus huius materiæ. & vi. ſup. uerſ. expreſſio caſus vnius fortuiti. & verſ. cōductor gabellæ ſi ſuſcipiat. & inf. verſ. ſuſcipiens caſum.

¶ Pacta etiam extranea, & quę regulariter non inſunt naturæ feudi admittuntur in feudis. Oldrad. conſil. 234. factum tale eſt. nu. 2. vbi rationem aſſignat, & concor. citat. ſequitur Iaſ. in prælud. feud. nu. 98. & in conſ. 17. nu. 6. vol. 3. & inter conſ. Bruni. conſil. 9. Roland. conſil. 96. viſo inſtrumento. nu. 46. & 47. vol. 1. Beci. conſ. 88. cum feudum. num. 17. & conſil. 101. in propoſita. nu. 19. & 20.

Pactorum quorumcunque derogatio generalis nō includit pacta confirmata per principem, niſi de eis mentio ſpecialis fiat. glo. not. in Clem. dudū. §. pen. ſuper ver. pacta. de ſepult. ſequitur Iaſ. conſ. 105. in cauſa. nu. 6. vol. 1. & conſ. 173. circa primum. num. 27. vol. 4. vbi ſimilia congerit. & in l. fi. col. fin. C. ſi cont. ius vel vtil. publ. Alex. cōſ. 125. viſo titulo. nu. 8. uol. 2. conſ. 122. viſo puncto. nu. 7. uol. 4. conſ. 30. ponderatis. nu. 1. uol. 5. Barb. conſ. 23. capio primū. ſub nu. 4. uerſ. & ſi quiſpiam. vol. 1. Dec. conſ. 198. & pro tenui. ſub nu. 4. uerſ. & facit glo. Ruin. conſil. 229. uiſa licentia. nu. 6. in fi. uol. 1. Nat. conſil. 274. communitas. num. 3. comprobat Bero. conſ. 146. in cauſa nobilis. nu. 23. uol. 3. Pariſ. conſ. 140. inſpectis. nu. 6. uol. 4. uide Ro. conſ. 393. ſub n. 13. uerſ. unde ſuccedit. & ibi Mandoſ. iun. ſuper uer. confirmatas.

Pactum appoſitum contractui donationis, quod donatio prætextu ingratitudinis reuocari non poſſit, nō ualet, tanquam contra. l. fi. C. de reuoc. donat. ſecundum Paul. & Iaſ. in l. fi. C. de pact. Butr. & Imo. in c.
* fin. de donat. & eſt communis opinio ſecundū Alexand. in l. ſtipulatio hoc modo cōcepta. de uer. obliga. niſi interuenerit iuramentum, quia tunc tale pactum per illius appoſitionē confirmatur, Alex. conſil. 40. ſuper primo. col. fi. uerſ. fruſtra quæritur. uol. 4. Corn. conſ. 102. uol. 1.

Pactum contractui dotis appoſitum, quod gener non computet in ſortē fructus perceptos ex fundo ſibi obligato, donec ſoluatur ſibi dos, eſt licitus, & non ſapit vſuram. c. ſalubriter. de vſur. & ibi Doct. Bar. in l. in inſulā. §. vſuras. ſol. mat. Bologn. conſ. 19. & omnes tam Summiſtę quàm Theologi in tract. de vſur.
* & eſt cōis ſententia ſecundum Io. a Med. de cōtrac. c. de acq. per uſur. §. ad c. ſalubriter. & fatetur communem Bal. nouel. de dot. par. 7. priuil. 3. & Pariſ. conſ. 64. vol. 4. vide infra verſ. pactum de ſoluendo intereſſe. & ſupra verſ. mulier recipiens aliquid.

Pactum contractui incontinenti apoſitum dicitur pars illius. l. fundi partem. de contrahenda empt. Corn. conſ. 349. col. 1. uerſ. inſtamus itaque. lib. 1. Fel. in c. cum Ioannes. nu. 4. de fi. inſtr. cenſetur enim ei ineſſe, etiam ſi contractus ſit ſtricti iuris. Paul. Caſtr. in l. lecta. ſi cer. pet. col. 2. in fin. verſ. itē ex hoc tex. & ibi Alex. not. 2. Fulg. not. 2. Dummodo pactum reſpiciat rem quæ in contractum venerat, ſecus quando de alia re prorſus ſeparata pactum fieret. Fulgo. vbi ſup. Tiraq. de retr. conuen. §. 1. glo. 5. num. 24. verſ. ſed & ſecundo intellige. vbi materiam hanc copioſe declarat. Ex quo nota quòd pactum incontinenti appoſitum veſtitur cohærentia contractus. de quo late per Doct. in l. petens. C. de pact. & in d. l. lecta. per Corn. 288. col. 3. in fi. & 4. vol. 3. per Alexan. cōſ. 90. col. pen. vol. 1. & conſ. 118. col. 1. & 2. vol. 3. qui materiā declarat. Fel. in c. qualiter & qñ. col. 17. de accuſ. Rip. reſp. 13. lib. 1. vide ſup. verſ. incontitenti dicitur.

Pactum de non diuidendo in perpetuum non valet. l. in hoc iudicio. §. ſi conueniat. ff. com. diuid. & in l. fi. C. eo. Alex. & Iaſ. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. de cond. ind. Rom. conſ. 13. Alex. cōſ. 13. col. 1. vol. 2. Curt. ſen. conſ. 52. col. 2. & 3. Cur. iun. conſil. 114. nu. 13. Dec. conſ. 265. col. 1. 282. col. 2. Marſil. ſing. 9. Iaſ. in §. quædam. col. 8. Inſtit. de action. & hoc verum nedum in ſimplici pacto, ſed etiam in iurato. Alex. Dec. & Curt. iun. ubi ſup. Rui. conſ. 54. col. 3. uerſ. non obſtat etiam iuramentum. vol. 1. & licet Alber. de Roſa. in d. l. fi. C. com. diuid. & Iaſ. in d. §. ſi cētum. & Pariſ. conſ. 127. uol. 4. uideantur ſentire contrarium, tñ eorum opinio non eſt bona. vt per Rol. conſ. 84. nu. 2. uol. 1. & de hoc late Ceph. conſil. 44. nu. 23. in 1. par. hanc materiam multis exornat Foſſan. quem poſt hæc ſcripta uidi, deciſ. 142. incip. Pactum de non diuidendo.

Pactum de non petendo reſtitutionem impedit prætēſionē ſpolij. Rot. in nou. 68. & 392. glo. in c. ex inſinuatione. de proc. & ibi Abb. col. 2. Inno. in cap. ſuper hoc. de renunc. nu. 2. Spec. de petit. & poſſeſ. §. 1. caſu. 15. deciſ. Tholoſ. 259. Soc. conſ. 59. col. 1. uol. 3. in l. rem quæ nobis. col. fi. de acq. poſ. & reg. 378. fall. 3. Iaſ. conſ. 38. col. 2. uol. 3. Pariſ. cōſ. 1. nu. 151. uol. 1. Rebuf. in pra. benef. tit. de ui in reſign. adhib. nū. 7. eo magis ſi ſit iuramento vallatum. Rot. 16. & 18. de reſtit. ſpol. in nou. Alex. conſ. 93. num. 5. uol. 5. Pariſ. ubi ſup.

Pactum de retrouendendo illicitum non eſt, ſi alia non concurrant in fraudem uſurarum, tam de iure, quā de conſuetudine. l. 2. C. de pact. int. emp. & uend. & ibi Doct. & in c. illo uos. de pig. Aſt. in ſum. lib. 3. tit. 6. c. ſequitur uidere de quarto. uerſ. ſeptimo quādo. Siluef. in ſum. uer. uſura. 2. q. 15. Doct. in c. ad noſtram. de emp. & uen. Bald. conſ. 133. Guiel. Bout in quodl. de uſur. Belluga in Spec. prin. rubr. 41. in tit. de mat. cenſ. ſiue ad certum tempus, ſiue in perpetuum fiat. d. l. 2. & ibi Salyc. in terminis. Siluef. ubi ſup. Guid. Pap. in tract. de uſur. nu. 18. & 28.

Pactum de ſoluendo intereſſe certo contractui appoſitum, etiam in cauſa dotali, donec differatur ſolu-





tio, eſt illicitum, & facit contractum vſurarium, ſecundum Doct. in cap. ſalubriter. de vſur. Alex. conſil. 27. volum. 4. 74. & 141. volum. 5. 31. volum. 6. &
* eſt communis ſententia ſecundum Socin. conſil. 88. num. 18. 130. num. 10. volum. 4. & fuit dictum Cardin. in d. cap. ſalubriter. Dec. tamen conſil. 119. & in cap. cum venerabilis. de excep. tenuit contrariū in terminis. d. cap. ſalubriter. & l. curabit. C. de act. emp. idque commune dicit. & fuit ſententia Calderin. Anchar. & Abb. in d. cap. ſalubriter. Bal. nouel. de dote. par. 3. priuil. 3. Alex. conſil. 31. volum. 6. Rubeus conſil. 108. & iſta ſeruātur in praxi, vt diffuſe ponit & conſiderat Nauar. in com. reſol. vſur. cap. 20. vide ſupra verſic. mulier recipiens aliquid. & verſic. pactum contractui dotis. & verſ. vxori ad exactionem.

Pactum executiuum ſuper facultate apprehendendi poſſeſſionem propria authoritate, in contractibus, non tranſit in ſingularem ſucceſſorem, quando agitur de executione iuris perſonalis. Bar. in l. creditores. C. de pignor. colum. ſexta, in fin. verſic. aut loquitur de iure perſonali. & colum. ſeptima. verſic. hoc præmiſſo. Saly. in l. fin. in fin. C. de execut. rei iud. Iaſ. in l. a Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. num. 17. de re iudic. Pract. Pap. in for. exec. ſent. diffin. gloſ. 1. num. 18. Butr. in capit. quia. G. colum. fin. verſic. ſi ſucceſſor eſt ſingularis. de iudic. & ibi Aret. colum. pen. in fin. & ſeq. verſic. Aut igitur actione perſonali. Grat. reſp. 58. colum. 2. uol. 1. vbi dicit ita Doct.
* communiter tenere. & reſp. 37. colum. 2. eod. ubi idem dicit. Ang. in d. l. creditores. colum. fin. verſic. vnde eſt uidendum. Rui. conſil. 166. colum. 1. uol. 4. Socin. conſil. 13. colum. 1. uolum. 4. Ripa in l. 1. §. ſi hæres. num. 21. ad Trebel. Niſi alienatio facta in fraudem fuerit reſciſſa per iudicem, Bar. But. & Angel. ubi ſupra. ubi dicunt idem eſſe quando alienatio per legem reſcinderetur. uide ſupra uerſic. facultatem poſſeſſionem capiendi.

Pactum executiuū in vltimis uoluntatibus non exercetur contra ſingularem ſucceſſorem, quando agitur de iure executiuo perſonalis obligationis. Bar. in l. creditores. C. de pignor. colum. 6. in fin. uerſic. aut in ultimis uoluntatibus. Ant. de But. in ca. quia. G. de iudici. colum. fin. uerſic. in ultimis autem uoluntatibus. & ibi Aret. colum. pen. uerſic. aut agitur. & colum. ſeq. Iaſ. in l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. de re iudi. num. 10. Niſi doloſe alienatio facta ſit. ut per Doct. ubi ſup. quod intelligi debet, ut ſit ſpeciale in ultimis uoluntatibus, quod contra ſecundum poſſeſſorem exerceri poſſit pactum executiuum, quando alienatio eſt facta dolo, etiam ſine reuocatoria, nam in alijs regulariter agi non poteſt abſque reuocatoria. ita Bart. in l. ſi is cui. §. qui in poſſeſſione. ut legat. nom. caueat.

¶ Pallor dicitur indicium conduuans ad inferrendam reo torturam. Iaco. de Beluiſ. in ſua praxi crimi. tit. de quæſtio. nu. 20. uerſic. primum tremor & loquella. Fran. Caſſon. de maleſ. lib. 1. cap. 8. iux. illud Ouidianum, O quàm difficile eſt crimen non prodere vultu. ex pallore enim timor oritur, qui perpetrati delicti ſatis apertum indicium eſt, vt eſt apud Gel. noct. Affl. lib. 19. cap. 6. vbi dicit pallorem contrahi ex timore, ex eo quod ſanguis non diffunditur ad extra, ſed contrahitur ad cor. & dicit Cic. lib. 2. de oratore. vultum eſſe imaginem animi. Aduerte tamen ad hoc dictum, quia eſt multum fallax, ut dicit Carrer. in pract. num. 120. cum multi adeo puſillanimes ſint, ut etiam ſi ſint innocentes, læui metu terreantur. Boſſi. in tit. de indici. num. 41. Gram. uoto 30. num. 17. & quod iudex non debeat moueri ex ſolo pallore faciei. docet Bald. in l. præsbiteri. C. de epiſ. & cler. & hoc indicium eſſe fallax, dicunt Foſſan. deciſ. Pedemon. 24. num. 10. in fin. ubi hoc obſeruatione comprobat. uide ſupra uerſic. inquiſiti mendacium.

¶ Papa ad aliquid faciendum præſumitur ſemper moueri ex iuxta cauſa, niſi ubi aliquid facit contra conſtitutionem reſpicientem generalem ſtatum eccleſiæ, tunc enim non eſt ſuſtinendus, niſi faciat cum cauſa magna, alijs nota, quæ ſit expreſſa & probata, quia aliàs non præſumitur. Inn. in cap. quanto. de conſuet. not. glo. in c. literas. de reſt. ſpol. in cap. propoſuiſti. de conceſ. præben. & 15. q. 1. c. teque ad perpetuam. Rom. 483. nu. 13. & 499. nu. 3. Fel. in c. quæ in ecrleſiarum. nu. 64. de conſtit. & in c. ſi quādo. col. 5. uerſ. primo quando. de reſcr. Hyp. ſing. 8. Lamber. de iu. pat. lib. 2. par. 2. q. 6. ar. 13. nu. 4. ubi dicit quod cauſa exprimi debet. Crau. de antiquit. temp. par. 1. ante num. 7. Oldrad. conſil. 326. col. 3. uerſic. item non ſufficit.

Papa alicui beneficium conferens ſcienter ob aliquod temporale, præſumitur cum eo diſpenſaſſe quo ad incurſum pœnæ ſimoniæ. ita Syluef. in ſum. in uer. ſimonia. §. 4. & §. 13. Pet. de Pal. in 4. ſent. diſt. 25. q. 4. Soto de iuſt. & iur. lib. 9. q. 5. ar. 2. ad fi. & q. 8. ar. 2. Turrecrem. in c. latorem. nu. 4. 1. q. 1. Feli. in ca. 1. de ſimo. & in c. de cætero. col. ult. de re iud. Couar. in c. peccatum. p. 2. §. 8. uerſ. hinc etiam. de reg. iur. in ſex. quos ſequitur Menoc. de præſ. lib. 2. præſum. 20. num. 12. Reiecta ſimpliciter ſententia Abb. in c. 1. de ſimon. Adria. quodl. 9. art. ult. uerſ. ad quartū. Maior. in 4. ſent. d. 25. q. 3. col. pen. & Caiet. ſuper. 2. 2. q. 100. art. ult.

Papa alicui beneficium ſi conferat, & illud poſtea de plenitudine poteſtatis det alteri, tenetur primo prouidere de alio ſimili. ita Bal. in c. 1. §. ad hæc. col. 7. de pace iuram. firm. per glo. ibi. & conſ. 46. præſupponitur. col. 4. in prin. uerſ. ad idem facit. quem ſequitur Iaſ. conſ. 1. nu. 26. conſ. 27. nu. 5. uol. 1. conſil. 213. nu. 21. vol. 2. Marſil. ſing. 634. nu. 5. Rol. conſ. 71. & ſi inter. nu. 13. vol. 3. Cot. in memor. verſ. Papa auferens mihi. dictum tamen hoc reprobat idem Iaſ. in l. quoties. nu. 13. C. de rei vendic. Nat. conſil. 501. nu. 48. vbi diſtinguit, aliud de conſilio & honeſtate, aliud de præcepto. vide ipſum. & Crauet. de antiq. temp. p. 1. nu. 33. & ſucceſſiue. vbi omnino uidendum.

Papa confirmare cenſetur ex certa ſcientia actū cuius tenor eſt inſertus in reſcripto confirmatorio. c. pen. ubi hoc not. Butr. & Abb. de confirm. vti. vel inut. Iaſ. conſ. 19. nu. 13. ubi loquitur in confirmatione traſactionis factæ inter laicos ſuper decimis. uol. 3. & ita conſuluerunt Roman. conſil. 327. iſtæ ſunt. ſub nu. 7. conſ. 336. circa propoſitam. ſub num. 2. Abb. conſil. 62. illud de iure ſub num. 4. uerſic. Ad ſecundum. vol. 1. Alex. conſil. 1. nu. 35. vol. 5. Pariſ.

conſil.3.ſingula.num.43.volum.4.Dec.in cap.Porrecta.colum.vlt. verſic. & iſta concluſio. de confirmat.vti.vel inuti.Gabr.concluſ.lib.6. de clauſ.concluſ.1.num.65.

Papa conuentionibus iuratis, & initis etiam cum ſubditis, vtitur iure communi, & eis ligatur vnà cum ſucceſſore, quia ſunt de iure gentium.l.ex hoc iure. de iuſt.& iu.nec ipſis contrauenire eum poſſe de poteſtate abſoluta, dicunt, Abb. Felin. Dec. & omnes in cap.1.de conſt. Mart.Laud.in tract.de princip.q. 88.Socin.conſil.4.num. 1. volum.3. conſil.86. nu. 14.vol.4.Crot.conſ.184.per totum.vol.2. Dec.conſil. 286.nu.5. & conſ.151. nu.10. vbi dicit Deum, non modo principem, ligari promiſſione propria: ex Bal.in l.1.in prin.de pac. ſequitur Crot. vbi ſup. nu.51.& idem Dec.conſ.689. num.17. refert Burſ. conſ. 342.in prin. vbi plura de hoc. vide inf. verſic. Princeps obligatur ex pacto.

Papa dans indultum Cardinali, non cenſetur tollere ius conferendi alicui competens, & ſic præiudicare tertio, l. 2. §.merito, & §. ſi quis a principe. ne quid in lo.publ.gloſ.in cap.ad aures. verſ.intentionis.de reſcri.glo.fin.in l.ratas. C. de reſcin.uendit. gloſ.in cap.penul.de eccl. ædif. gloſ. in cap. paſtoralis.de priuil.gloſ. in cap.2. de relig. dom. gloſ.in cap.ex multiplici.de decim.in ver.intentionis. & in capit.expoſita. de arbitr.cap. ſuper eo. vbi Abb.de of.deleg.ca.quamuis.de reſcr.in 6. cap. ex tuarum. de aut.& vſu pal.not.Bald.in l.1. colum.1. de conſt. prin. Oldr.conſil.268. quæſtio eſt. in prin. vbi loquitur in priuilegio generali papali ad decimas. Cald.conſil.12.ſub tit.de priuil. & verba potius impropriari debent, quàm ꝙ iuri tertij præiudicetur. Card.& Bald.in d.cap. ſuper eod.Alex.conſil,125. viſo titulo.uolum.2.& conſil.3. ex his quæ.colum. 2.volum.5. Card. conſil.65. num.5. verſic. ad hoc reſpondeo.late Dec.conſil.373. uiſo conſilio.num. 10.& in d.capit.ſuper eo.colum.1. Felin.multa cumulans in cap.cauſam quæ.colum.8.de reſcr.etiam ſi in ipſo indulto eſſet clauſula (ex certa ſcientia) Bald.in prælud. feud. colum.14. verſ.item dicit. & habetur per Dec.in d.capit. ſuper eod. colum.1.vbi allegat Paul.de Caſt.conſil.157. quæſtio iſta.Felin. in cap.nonnulli.in 5.limit.4.fal.de reſcr. Aret.conſil.15.colum.5. Alexand.conſil.23.uiſo. colum.fi. uolum.5. licet etiam in eo adeſſet clauſula, motu proprio, quia hæc operatur tantum quo ad præiudicium concedentis, non autem quo ad tertium. Dec.conſil.33.viſo puncto.nnm.6.& in cap.fin.nu. 12.de conſtit.Rota deciſ.7. in anti.de offi.Vic. Domin.in cap.fin.in fin.de offic.Vic.in 6. Gig.conſilio 22.num.1. & ſucceſſiue. uide infra uerſic.verba impropriãda ſunt.

Papa diſpenſare poteſt in his quæ ſunt iurſs poſitiui, etiam ſine cauſa, & pro cauſa ſufficit uoluntas, ut dicit Innoc. in capit. cum ad monaſterium. de ſta. monac.& ibi Card.& idem Card. in capit.perpendimus.colum.octaua, de ſent. excommun. Specul. in tit.de leg.§.nunc breuiter. uerſic.15. Abb. & Io. de Anan.in cap.fraternitati.de ſciſm. Anto.de But. in cap.1.in fin.de conſtit.dicens, quod ipſa liberalitas eſt pro cauſa diſpenſationis Papæ contra poſitiuum ius. quem ſequitur ibi Imo.colum.13. uerſic.poteſt etiam abſque cauſa. Cardin. Alexand.in cap. per uenerabilem. qui fil. ſint legi. per text.in capit.cum in ueſtris. de conceſ. præbend. in uerſic. ex indulgentia ſpeciali.Fel.in cap.primo.& in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtit. & in capit.auditis.il ſecundo. de reſcr. uerſic. nihilominus attende bene.Imo etiam dicit Abb.in capit. ſecundo.de ſciſm. quod iſte ſic diſpenſatus eſt tutus quo ad Deum. Felin. in d.cap. auditis. Gozad. conſil.51.numero 15.ubi ponit an Papa diſpenſare poſſit, ut quis relictam fratris defuncti ſine liberis ducere poſſit. & dixit Anch.in conſilio 374. incip. reuocatur in dubium. quod licet de iure diuino nepos uxorem patrui ſui non poſſit habere, iux. illud Leuit. capit. 18. turpitudinem patrui tui non reuelabis, tamen Papa ex cauſa poſſet diſpenſare. & idem Anch. in conſil.409.inci.uiſo, & diligenter.ad materiam late Ferettus, conſil.68. incip. quamplures doctores. per totum.uol.1.

Papa dominio & bonis nobilem aliquem ſi priuauit, ipſa bona publicando, ex qua publicatione feuda ad dominos reuerſa ſunt, & eum poſtea reconciliet eccleſiæ,& reſtituat,recuperabit illa feuda, ita not. Ægid.deciſ.743. inci.concluſio patet.iunc.concluſ. ſeq.quæ incipit,his ſuppoſitis.quia liberatio rerum feudalium proceſſit immediate ab ipſa priuatione ſeu publicatione, nullo alio actu interueniente qui præceſſerit, & ideo taliter amiſſa reuetuntur ad priſtinum ſtatum facta ſimplici reſtitutione, per tex. in l.fin.C.de ſen.paſ.ipſum Ægid. refert & ſequitur Fel.in cap.inter quatuor.de maior. & obedi.colum. fin. ubi dicit dictum Ægidij eſſe intelligendum in reſtitutione, ſecus in diſpẽſatione,per dictum Bald. in l.prima.de rer. diuiſ.Abb.conſ.94. colum.2. vbi firmat, quod reſtitutus per Papam ad bona confiſcata, recuperat etiam res emphyteuticas per Papam iam alteri conceſſas, intellige mediante condemnatione. Alexand.in l.Gallus.§. & quid ſi tantum. de liber. & poſthum. colum. octaua, verſic. quod intellige. vbi defendit Baldum contra Cyn. vt ibi per eum. vide infra verſic. Princeps poteſt alicui.

Papa ex cauſa diſpenſare cum monacho poteſt vt contrahat matrimonium. quouſque legitima proles procrearetur. Ioan.And. in capit. quod ſemel Deo. de regul. iur.in 6. requiritur tamen quod cauſa ſit maxima, vt idem Ioan. And. dicit in capit. cum ad monaſterium. de ſtat. monach. & ibi Zabarel.in §. Abbas.quæſt.quarta, & hoc firmat poſt.D.Thom. & doct.a ſe relatos,Phil. Fran.in d.reg. ſemel Deo. verſic.& facit hæc regula. Anchar. in capit.primo, de conſtit. Im.in Clemen. prima. de conſanguinit. & affinit. Bald. in l.reſcripto.C.de prec. impub.of. verſic. item diſpenſat. vbi concludit idem in clerico conſtituto in ſacris. Doct.in capit. cum olim. de cler. coniug. Gozad. conſilio 51. numero 16. Ad hoc, an ſcilicet poſſit cum cauſa, vel etiam ſine, ex ſua pontificia poteſtate, vide Abb. in capit. ex publico.de conuer. coniug. Bartholom. Socin.in l. Gallus. in §. & quid ſi tantum. de lib. & poſthum. Fel.in c.ſi quando.col.3. verſ.propterea dicit Hoſt. de reſcr.ubi allegat Theolog.opin. & in cap.inquiſitionis.in prin.de ſent.excom.poſt Abba. & Im.in cap.



cap.ne dei eccleſiam. de ſimonia. uidendus eſt omnino Anchar. conſilio 339. incip. pro maiori. ubi poſt Ioann. Andr.in d. regu. ſemel Deo. refert illud exemplum de Remigio monacho ſacerdote de regia ſtirpe Aragonum, qui diſpenſatione apoſtolica (cum defeciſſent maſculi) duxit uxorem, ex qua ſuſcepit Petronillam, quæ ſucceſſit Regno, nupta Raymundo comiti Marchioni, ex quibus ortæ ſunt octo generationes illius domus Aragoniæ.ad materiam uide Ioann. Bapt. Ferret. conſilio 32.numero 19. & ſequen. uolum.1. & uide Aretin. conſil.59.in facto. & Dec.in conſil.112. in præſenti. colum.2.& Pariſ.in addi.ad Bar.ſuper Aut.ingreſſi. C.de Sacroſ. Eccleſ. in uerſic. ingreditur monaſterium.Socin.copioſe.ſuper cap.is qui fidem.de ſponſal.numero 23.Fely.in cap. ſi quando. poſt num.5. de reſcrip.Iaſ.in l.fin. ante fin. C. de tranſact. uide ſupra uerſic. diſpenſatio permittitur aliquando. & uide Roman.conſil.307.nu.4. & ibi Mand. iun.copioſe ſuper uer.oriretur.

Papa infamem ſcienter ordinando, præſumitur illum reſtituere famæ. Ab.in capit.2.num.3. de ſciſm. ex tex.in capit.præterea.de teſti. & ibid. Felyn. num. 6.idem dixit glo.in cap. cum autem. 44. diſt. ſuper uer.utrunque.quam glo.ſequuti ſunt,Bald.in l.Imperialis. §.ſi miles.C.de nupt. & Alex.in l.quidam conſulebat.num.8.de re iud.Idem in ſpurio dicunt, vt præſumatur cum eo diſpenſaſſe, ſi eum promoueat ad epiſcopatum ſcienter. Barb.conſ.26.col.3. lib.2.Iaſ.in l.Barbarius.num.13.de of.præt.Dec.in cap.ſi quando.num.5.de.reſcr.Ioan.de Sel.de beneſic.p.3.quæſt.8.num.41.Pariſ.conſ.44. nu.15.uol. 4.Mandoſ.ſen.ad reg.de idiom.q.5.num.4.Rebuſ. in praxi benef.tit.de diſpenſ.nu.7. Gram.d.81.nu. 8.uide ſupra uerſ. Papa alicui beneficium. & infra. Princeps ſcienter inhabilem.

Papa non poteſt de ordinaria poteſtate, inuitum tranſferre ſine iuſta & rationabili cauſa,& probabili, & ſic ante eius ratificationem eccleſia uacare non dicitur.cap. ſicut alterius.7. quæſt.1. arguendo de matrimonio carnali ad ſpirituale.Rom.pluribus id cõprobans.conſ.345.num.5. cauſam iuſtam, bonum pacis & concordiæ eſſe dicit Corſ. in uer.Pax.ſing. 2.poſt Barb.in cap.1.de feri. Fel.in cap. quæ in eccleſiarum.nu.43.de conſt.& in cap.2. col.4. uerſic. pro iſta limit.eo.tit.

Papa non poteſt id ſtatuere ex quo conſtat,uel ſaltem uehementer præſumitur uniuerſalem ſtatum eccleſiæ perturbari.9.quæſt.ult.cap.per principalẽ.Inn. de ſent.excom.cap.inquiſitioni. Rom. conſil.380. num.3. Staph.ſuper ſigna. ſub tit. de modo prouiſ. uerſ.ſed prædicta opinio. Loffr. conſ.40. num.28. Fely.in cap.ſi quando.colum.5.de reſcr.poſt Rom. conſ.345.nu.14. uide infra uerſ. prælatus explicare ardua.& uerſ.recedere à iure regulari.

¶ Parricidij committendi conſcius non tenetur reuelare, nec ob id incidit in pœnam.l.quiſquis.C.ad l.Iul.Maieſt.ex ſententia Bar.in l.utrum. ad l.Pompon.de parrici. Sed minori pœna quam pœna parricidij punitur. Hyp. in d. l.utrum.num.3. Alibi tamen Bar. crimen læſæ Maieſtatis & parricidij quo ad non reuelantis pœnam parrificat, in l.1. §.occiſorum. ad Syllen. Afflict. ſuper conſt. ſub rubr. de rap.virg.colum.1. Dec.in cap.1.colum.4. verſic.verum quia. de offi.deleg. quam ſententiam nimis rigidam dicit Hyp. vbi ſupra: qui tamen concludit conſcium non reuelantem teneri, ſed non pœna parricidij. idem in conſcio tractatus occidendi fratrem, & non reuelante, vt non mortis, ſed relegationis pœna puniatur, dicit tex. in l.frater. & ibi Hyp.poſt alios.de parricid. participium præteriti temporis ſtatuto appoſitum comprehendit negotia præterita & futura.ita Bart.in l.illicitas. in princ. de offic. præſid. vbi ſi ſtatutum mandat reſcindi venditiones factas cum minoribus, illud participium præteriti temporis, factas, includit factas tam ante, quam poſt ſtatutum. Ruin. conſil. 39.numero 18.lib.1. & conſil. 49. num.11.lib.3. Socin.iun. conſil.21. numero 5. verſic. & ad regulam.lib.1.Bald.in l.omnes populi. colum.7. verſic. ſed pone ſtatutum. de ius. & iu. vbi dicit, ſi ſtatutum excludat filiam dotatam ab hæreditate, intelligitur etiam de dotata ante conditum ſtatutum, ab hæreditate, tamen delata poſt conditum ſtatututum, refert & ſequitur Dec. in cap.Eccleſia S.M. colum.21.in fin.cum ſeq.de conſtit.Socin.iun.alios referens.d.conſil.21.num.10. Ceph. conſ.644.nu. 33.& ſeq.

¶ Paſcendi & lignandi in alieno territorio ius ex immemorabili conſuetudine ſeu præſcriptione acquiri poteſt. Hoſtienſ.in capit.dilectus. colum.prima. verſic. quid ſi aliquis miles. de arbitr. & ibi Ioan. Andr. in princ. Ant. de But.colum.ſecunda,uerſic. quid ſimiles. & ibi Abb. & alij. niſi talis conſuetudo ſeu præſcriptio fuerit violenta. vt per Doct.ſup. & Bertrand.conſil.ſeptimo,colum.ſecunda, verſic. præterea quamuis.volum.primo.in nou. & ibi.nu. 4.limitat quando ille locus, in quo quis præſcriprione tanti temporis acquiſiuit ius lignandi, vel paſcendi non habet tot nemora vel paſcua quæ poſſint vtriſque ſufficere, quia tunc ſemper dominus vel vniuerſitas loci, contra quam fuit inducta talis præſcriptio, tali caſu eſſet præferenda. Gabr.concl. lib. 5. de præſcr.concl.prima.num.10. & ſequen.

¶ Pater aſſignans portionem bonorum filio ſimpliciter, non adiecto quo titulo aſſignet, in dubo in peculium aſſignaſſe cenſetur. ita Bart. in l. vlt. de pecu. lega. & in l.ſi donatione. numero quarto. C. de collat. Bald.in aut. ex teſtamento. num.quarto. C.eod.in l.cum virum. numero 13. C. de fideicom. & in l.executorem.ſub numero 32.verſic. & vnum ſcias. C. de execut. rei iud. Alexand. in l. in quartam.numero 24.ad l.falci. & in l. ſi donatione. ſub numero 15. verſic. quando autem. & ibid. Dec. ſub numero 34. verſi.tertius caſus.C.de collat. & idem Dec. conſilio 86. colum. vlt. ſub numero octauo, verſic.nam reſponderi poteſt.Grat.conſil.ſeptimo, numero quinto,lib.ſecundo. Pariſ.conſil.33. num. 10.volum.tertio. Marſil.ſing.57. non præſumitur. Ceph.conſil.494. numero 25. volum. quarto. Decian.conſil.3. num.21. volum.1.per l. cum pater.§. pater pluribus. de legat.ſecundo. & l.ult. de pecul. leg.Menoch. conſilio 451. numero decimooctauo. Quod nota pro filijs à quibus fiſcus pro delicto vult auferre bona, & pro illis qui cum filijsfamilias

milias contrahunt, iux. terminum. l. 1. §.filiumfa. depoſ.& l. 5. §.filiusf.de ac.emp.

Pater emphyteoſim pro ſe, filijs ſuis, & nepotibus accipit, poſtea vult eam totam vni filiorum prælegare, quæritur an poſſit, quæſtio iſta eſt ardua, Alexand. conſilio 26.volum.5. conſuluit quod ſic, * & dicit eſſe magis communem opinionem. conſil. 107. volum.quarto, conſuluit contrarium, & dicit magis communem.hanc queſt.late & melius quam cæteri tractat Iaſ.in l. ſi reus.num.4. de pact.vbi ponit affirmatiuam. & ſeipſum remittit ad per ſe late ſcripta in l. 2.quæſt.22. & vlt.per 5.colum.C.de iu. emphy. in hac materia Fulg. conſuluit, conſil.166. viſa copia. & tenuit pro parte affirmatiua. contra opin.Bar.in l.iuriſiurandi.§.ſi liberi. de oper.liber. num.6. conſuluit etiam Roman. conſilio 35. viſa * facti. cum Bar. dicit communem Alexand. conſilio 8.num.15. volum.3. vide Arela. in addi. ad Alciat. de præſump.præſump.31.lit.I.Menoch.conſi.112. num.172.conſilio 226.num.13.vide infra verſ.pater non poteſt prælegare.& ſupra verſic.emphyteuſim acquiſitam.

Pater iniuriatus grauiter à filio, ei generaliter indulgendo, videtur ei remiſiſſe ſolum animi rancorem, prout petenti filio facere tenebatur, non autem etiam cauſam ipſum exhæredandi, quia in hoc non ſufficit generalis, ſed requiritur ſpecialis remiſſio.ita Bald.in l.in ipſius. C. famil.erciſcun.not. * Bart. & alij communiter in l.ſi tibi. §.quædam. ff. de pact. Bart. & Bald. in l. non ſolum. §.primo, de iniur.Bald.in l.ſi domus. de ſeruitu. vrban. Butr. & Imo. in capit.de his. de accuſat. Roman. in l.2. ad fin. ad Sylen.Bald.in capit.primo.§.iniuria.colum. 2.de pace iuram. firm. in vſi.feud. Ang. in tractat. malefic. in verſic. comparent dicti inquiſiti. num. 28. & ibi Arimin. teſtatur de communi cum Bart. Maran.par.6.prin.num.88.Marſil.ſing.246.remiſſio.vbi limitat non procedere quando facit plenam remiſſionem. vide ipſum.

Pater, licet de iure.ff.non eſſet prouiſum quod eſſet legitimus adminiſtrator bonorum filij, hodie tamen de iure nouo Cod. dicitur adminiſtrator legitimus.l.cum oportet.& l.fi.§.ubi autem.C.de bon. quæ lib. & l. 1.C.de bon.mater. Hinc eſt quod habet plus iuris quam tutor.nam pater poteſt, ſubſiſtente cauſa, alienare res immobiles filij, abſque decreto iudicis.l.fin.§.ſin autem alienum.cum ſeq.C. de bon. quæ lib. Azo in ſum. dic. tit. cuius dictum pro ſing. refert & ſequitur Bald.l.præſes.C.de tranſact. Secus in tutore.l.lex quæ tuores. C.de admin. tut. l.non ſolum. C. de prædi. min. toto tit. ff. de reb.eor.poteſt etiam pater ut legitimus adminiſtrator conſtituere alium procuratorem ante litem conteſtatam, Bart.& Doct.in l. 1.C.de bon.mater. reprobata gloſ. ibi. tutor non, niſi lite conteſtata. l.neque.C.de procur. Iaſ.in l.filiusfamilias. qui ſatiſdat.cogan. numero nono, & hoc propter confidentiam quam lex habet de patre, vt infra verſic. pater non præſumitur filios. pro quo uide Zabar. ad cap. Raynaldus. de teſtam. verſic.porro. & hæc no.pro ſtat.Vene.lib.4.cap.8.

Pater licet æqualitatem inter filios ſeruare præſumatur, l.vlt. C. commu. utr.iud. l.ut liberis.ubi Dec. C.de collat. Menoch. de præſump.lib.3. præſump. 15.numero 26. tamen eſt ſecus quando de contraria patris uoluntate conſtat: tunc enim lex non vult ſeruari æqualitatem, dummodo aliorum legitimam non diminuat. l.hac ædictali. §.ſin autem. C.de ſecund.nup. §.ult.in Aut.de nup. l.omnimodo. & l.quoniam in prioribus. & l. parentibus. C. de inoffic.teſtam. Bald.conſil.208. numero primo. uolum. 5. & conſilio 356. numero ſecundo. eod. uolum.Ang.conſil.394.numero tertio.Paul.conſil. 150. in princ. & conſilio 429. uolum.2. Curt. iun. conſilio 110. numero octauo, ad fin. & num.10. Manti.de coniect.ult.uol. lib.6.tit.2.num.5. & 15. ubi pluribus authoritatibus propoſitionem comprobat.& num.15. ubi illam declarat. & quid ſit in feudo, late proſequitur Cephalus conſ.3. num.55. de æqualitate autem ſeruanda uide ſup.uerſ. Æqualitas debet.& uide Ceph.conſ.638.nu.28.

Pater licet in aduentitijs generaliter habeat uſumfructũ in bonis filij, l.cum oporteat.C.de bon.quę lib. Inſtit.per quas perſon. no. acq. in prin. tamẽ iſtud non intelligitur in dote aduentitia, cum ſpecialiter ſtatuatur contrarium per iura antiqua Digeſt. ita Iaſ.in l. 2. §.quod ſi in patris.num.20.ſolu.matrim. & in l.poſt dotem.num.109.eod.tit.in l.marcellus. num.56.ad Trebel.in l.1.col. fin. in prin. C. de Sacroſ.Eccl.in aut.quas actiones.num.19. C.eod.in l. poſtquam liti.num.16.C.de pact.in l.fratres.num. 4.C.de inof.teſtam.in l.quoniam in prioribus.uerſic. 1. C.eo.in l. filium quem habentem.in fin. fam. erciſ.in l.bonorum.nu.13. C. qui adm. in l.1. num. 2.C.de ſecun.tab.in l.1.num.12. C. de contratab.in l.certum eſt.col.1. ad fin. uerſ.ſed audi.C.un.legit. ubi per iſtam propoſitionem decidit unam nouam. q.ut per eum.& in aut.ex teſtamento.num.5.C.de collat.in l.ſi pater.in fi.C.eo.in l.ſicut certi.num.8. C.de teſtam.mil.in aut. ex cauſa.nu.7. & 13. C.de liber.præt.in l.omnes populi.nu.61.de iuſt.& iu.in l.ciuitas.nu.17.ſi cer.pet.in l.iuſiurandum & ad pecunias.§.iuſiurandum.in fin.de iureiur. Rom.conſ. 40.uiſis.circa fin. uerſic. breuiter ego. & conſ.436. quod indultum.uerſic.Nono.Niconi.copioſe in repet.cap.quoniam contra.de probat.p.1.num.127. vide ſupra uerſic. Lex poſterior. & uerſic.pater aſſignans.

Pater licet in feudo nouo poſſit filijs præiudicare cum conſenſu domini.Iſern. Aluar.& alij.in c.1.de alien. feu. pater. ſecus tamen in feudo antiquo, ut ipſi dicunt.Alexand.conſil.55.nu.17.& 18.uol.4. Ruin. plene conſ.7.num.23. & 24. uolum.1. Dec.conſil. 395.colum.1.Bertr.conſil.1.nu.99. quos & alios ad hoc citat Ceph.conſ.12.num.4.& in tantum pater in feudo nouo poteſt filijs & deſcendentibus præiudicare, ut nec ipſi contradicere poſſint.Bal.in c.1.de uaſ.decr.æta. Affl.deciſ.112.nu.6. Crau.conſ.135. nu.8.Goz.conſ.9.nu.49. copioſe alibi Ceph. conſ. 3.num.34.ubi late ponit, qualiter in feudo cum cõſenſu principis qui illud conceſſit, ijs poteſt præiudicari quibus ius in ſpe tãtum competit.idẽ Ceph. conſ.468.nu.9. & ſucceſſiue. ubi copioſiſſime hanc materiam tractat, quando feudum dicatur nouum, quando antiquum, & an & quomodo pater filijs præiudicare poſſit: pręſertim nu.34.& 35.cum ſeq.

Pater



Pater licet præſumatur legitime dotare filiam, & tunc non ſoleat inſpici quãtitas patrimonij, ut dicit Dec. conſi.26.num.2. poſt Caſtren. conſi.108.in antiq. quod eſt in nou.275.ſuper primo.colum.3.num.6. libro 1.Curt.ſen.conſi.80.colum.fin. Iaſ.conſ.221. libro 2.Alexan.conſi.121.uolum.6.Ruin.conſ.27. & 34. uolum.3. præſertim ſi filia renuntiat: Tamen hoc limitatur quando ſtatutum municipale vlterius procedit diſponendo, quod talis filia ſit cõtenta dote a patre data, ita ut nihil aliud petere poſſit.Bal.in l.fin.colum.2.C.de dot.promiſ.verſ.ſed pone quod iſta filia.quem ſequitur Alexan.vbi ſupra, & Iaſon ubi ſup.qui dicit hoc ſeruari de cõſuetudine, & hoc caſu ſi cõſtaret de magno exceſſu, eſſet etiam augenda dos.Brun.in conſi.poſt trac.de ſtatu. exclud.fœmi.num.4.Menoc.conſi.251.per totum.Oſaſ.conſ. 76.nu.23. referens iudicatum per Senatum hoc caſu, ut dos reduceretur ad congruitatem non obſtan. ſtat.fœmin.excluſ. neque enim mulier dotata dicitur, niſi ei data dote congruenti. Natta conſilio 37. numero quarto.vide infra verſic. dos filiæ debet eſſe competens.

Pater non cogitur dare dotem filiæ minori, quæ indigno contra eius uoluntatem nupſit, ſecundum gl.& Archid.in cap.de raptoribus.36.queſt.1.Ioan.And. Butr.Abb.& Zab.in c.accedens. de procur. Abb. in c.cum cauſam.de raptor.in c.1.de adult. in c.1. ubi Præpoſ.de ſponſal.Fran.in c.1.§.porrò. de ſponſal. in 6.Bald.in l.fina.colum.penult. C.de dot.promiſ. Saly.in l.qui liberos.de ritu nupt. Fulg. in l.ſed ea. de ſponſal.Bald.in l.2.§.quod ſi in patris.ſoluto matrim.Anchar.conſi.21.Alexand.conſi.97. uolum.1. conſi.209.num.17.uolum.6.Pariſ.conſi.29.nu.61. uolum.3. Nec etiam filiæ ingratæ, quia ingratitudo tollit debitum naturę.§.optime.in Authen.de nup. Hoc tamen caſu ſi eſſet data non reuocaretur prætextu ingratitudinis.Bald.in dicta l.fin. Bal.& Imo. in l.poſt dotem.ſol.matrim.Iaſ.in §.fuerat.Inſtit.de actio.col.22.uerſ. tertio nota quod. vi.ſupra verſic. filia cogere poteſt patrem.

Pater non cogitur filium artificem alere, cum ex artificio uel lucro ſuo, ſaluo honore, alimẽtare ſe poſſet, ex ſententia Barto.in l.ſi quis a liberis.§.quod ſi filius.de liber.agnoſc.& in Authen.res quæ. C. com. de lega.poſt gloſ.in §.1.l.2.ſoluto matrim. Dixi, ſaluo honore, quia ſi dedecus eſſet filium operari, non teneretur laborare, & patris officium eſſet illum alere, dicta l.ſi quis a liberis, cum ibi no. de quo per gl. in c.cum haberet. de eo qui dux.in mat.quam pol. per adult.& ita declarat Abb.in c.ex literis.de conuerſ.infid.colum.2.uerſi.& intellige.ſequitur Deci. licet non alleget Abb.in cap.Epiſcopus.de præben. colum.2.uerſic.hoc tamen.Rolan.conſi.54. nu.48. parte 2.conſi.5.num.30.& conſi.14.num.16.& 51. parte 3. vel, ſaluo honore, quando ſcilicet filius haberet propria bona, & redditus, quo caſu non tenetur pater ei præſtare alimenta.Bald.conſi.30.lib.2. vbi plus dicit, quod tunc quis dicitur habere aliunde alimenta, quando propria bona & redditus habet, non autem quando ſua induſtria illa neceſſario quęrit, ſequitur.Crau.conſ.199.num.6.uerſ.quarto adduco.Soci.conſ.64.in fi.uol.4. Meno.conſ.8.nu. 22.p.2.Gabr.concl.1.de alim.nu.27.

Pater non cogitur præſtare alimenta filio beneficiato, quando filius ex redditibus beneficiorum alere ſe poſſet.Deci.conſi.576.colum.1. uerſi.quibus tamẽ. & in c.Epiſcopus.de præben.uerſi. nam ſi efficiatur clericus, quia factum Epiſcopi non debet nocere patri, regu.non debet.ff.de reg.iur.per promotionem enim ad clericatum filius eximitur a patria poteſtate, ſub qua manens laicus exerceret artem, vnde aleretur, uel niſi honeſte exercere poſſet, pater ipſum aleret, & ſi ipſe pater inopia laboraret a filio aleretur, iux.reg. correl. videmus enim quod pater fame oppreſſus poteſt filios etiã inuitos pignori dare pro ſe alendo, ut infra verſ. pater tenetur filium alere, etiam ſi.circa medium, ſed ſi filius ſit clericus, id de eo patri facere non eſt permiſſum.ca.indecorum, & ibi communiter Doct.de eta.& qualit.ordin. ut per Marſil.ſing.101.& Gerar.ſing.ult. igitur &c.vt ſup. verſ.conſuetudo quòd pater non teneatur, & uerſi. filius propter ingratitudinem.

Pater non poteſt aliquo onere filium in legitima grauare, c.Raynutius.de teſtam. l.quoniam in priorib. C.de inoffic.teſtam.Affl.deciſ.162.num.3. Rimin. iun.conſilio 50.num.76. & 77. quia debetur ex diſpoſitione legis, non patris. Bart.& Fulgoſ.in Auth. excipitur.C. de bon.quæ lib.& pro ea competit filio rei uendicatio cõtra tertios poſſeſſores, caſu quo patris hæredes non poſſideant tantum quantum filio pro legitima ſufficiat.Caſtren. conſilio 254. per textum.in l.ſancimus.§.repletionem.C.de inof.teſtam.Bart.& Alexan.in l.in quartam.ad legem Falcidiam.Afflic.vbi ſup.nume.7.Gram.ad eum. ſuper uer. tertios poſſeſſores. & Vrſil. in adnot.ad eum. num.2.ubi plura de hoc.& Ceph. conſi.467. nu.4. 5.& 6. vide ſup. in ver.legitima.

Principis verbo, quod aliquis rebellionis vel læſę maieſtatis, vel aliquod aliud crimen commiſerit, propter quod delinquentis bona veniant confiſcanda, non creditur, vbi de ipſius principis commodo agitur. Ruin.conſilio 41. numero 12. 46. numero 10. 147.colum.3.ante med.175.numero octauo,lib.1. 98.colum.8.in fi.lib.4.3.num.5. & 30.lib.quinto. Dec.conſilio 445.num. 60.61. 62. cum aliis.vbi id iuribus & rationibus firmat. & conſilio 606. num. primo.& per tot.Gram.deciſ.15.numero vndecimo & duodecimo. & deciſ.65. numero ſexto. Gig.de crim.læſæ maieſt.lib.3. quæſt.14. Plot.in repetit.l. ſi quando. ſub num.762. verſic.nam etiam de iure. C.vn. vi. Crauet.conſilio 48. numero primo. 293. numero quarto,& de antiq.temp.p.prima.num.5. verſic. hoc igitur ita. Iaſ. conſilio 34. libro primo. 86. colum.quarta. verſic. ſed fortaſſis. libro tertio. Ceph. conſilio 302. numero 82.83. & ſeq. & conſilio 458. numero 77. vide ſupra verſic. aſſertioni Papæ quando vult.

Principis voluntas habetur pro facto. Afflict. in tit. quæ ſint rega.in prin.num.8. cum eius voluntas ſaltim de facto ſeruanda ſit.Socin.iun.conſil.40.num. 35.lib.1.Cyn.in l.reſcripta.quæſtio.3. C.de præci. Imp.offer.Barb.conſil.34.colum.fin.volum. 2.cum concor.vt per Corn.conſil.213. Alias.colum.2.vol. 4.Socin.ſen.conſilio 120.memini. colum.4. volum. 3.Reputatur enim lex.l.1.de conſtit.prin.l.pen.C. de donat.int. vir. & vx. quæ, ſiue iuſta,ſiue iniuſta ſeruanda eſt l.proſpexit. ff. qui & à quibus. Ceph. conſ.28.in fine.

¶ Priuati habentes ius commune cum eccleſia, propter eccleſiam iuuantur, vt contra eos non currat præſcriptio minor 40. annorum. iux. cap.de quarta.de præſcr. ita Innoc.in cap. ad audientiam. eod. tit.& Abb.in cap.1.eod.tit.& in cap.fin.de iurepatron.ſequitur Iaſ.in l.ſi emancipati. num.17. C. de collat. & in conſilio 130. num.25. volum.primo. poſt Alexand. conſilio 122. viſo puncto. num.17. volum.4. Barb. conſilio 84. mihi uidetur. numero ſecundo,volum.tertio. Hyp. in l.de minore. §.tormenta.numero 13.de quæſt.conſilio 84. uias tuas. num.27. Balb.tract. præſcrip.p.1.5.p.prin. quæſt. 4.num.2.vide ſupra in ver.frater fidelis.

Priuatio etiam per verba affirmatiua importat negationem.glo.in l.fin.in fin. de excep. doli. quam ſequuntur Oldrad. conſilio 311. allegationes. num. 4. Socin. in l. eadem. §. Cato. colum.16. ad fin. de ver.oblig.& in l.1.colum.5.in prin.de vulg.Iaſ.poſt Ang.in §.æque.num.43.Inſt.de action. Idem Iaſon in l.inter ſtipulantem.num.3.de ver.oblig. & in l.ſi prius.colum.10.num.33.de op.nou.nunt. Bar.in l. de ætate.in 3.quæſt.prin.ff.de min. & in l.nec codicillos.C.de codicil.

Priuationem iuriſue amiſſionem non inducit id quod lege cautum non eſt. §. cum igitur. in Aut. de non elig.ſecun.nub.ver.ſicut enim. quem ponderat Bal. in aut.ex teſtamento.colum. vlt. C. de ſecun. nup. Alex.conſil.103.uidetur.num.15.uolum.1. Iaſ.in l. quod te.col.10.ſi cer.pet.Dec.in l.pen. colum.2. de iuriſd.om.iud.Tiraq.in l. ſi unquam. uerſ. reuertatur.num.25.& 26.de reuoc. donat. glo. in cap.fin. de iurepatr.quam ibi ſequitur Abb. & in cap.quærelam.col.3.de iureiur.

Priuationis a lege impoſita pœna,non extenditur,nec habet locum niſi ubi lex dicit.§.cum igitur. in auct. de non elig.ſecun.nub. Bald. in aut. ex teſtam. col. pen.C.de ſecun.nup.glo. in cap.fin. de iure patro. & ibi Abb.not.glo.19.quæſt.1. in ſumma. capit.1. §.illud.quæ fuit pri.cau.benef.amit. Alexand.conſil.103.uidetur.num.15.uolum.1. Iaſ.conſil.118.nu. 10.uol.1.Dec.conſ.90.& pro tenui.nu.1. 466.ſtante ſtatuto.num.8.553. in ciuitate.num.5.581. uiſo puncto.num.10.Tom.Parpal.in l.ſi quis maior.nu. 65.C.de tranſ.Menoc.de arbitr.iudi.lib.2.centu.3. caſu 276.per totum. Beci.conſ.18. quæſtio eſt. nu. 19.& conſ.35. num.5. Curt.iun. conſ.137. habita. nu.17.ubi dixi in addit. ſuper ver. a iure expreſſis. uide ſupra uerſic.conſtitutio pœnalis.& uerſ.pœna priuationis.& inf.uerſ.uaſallus licet ueniat.

Priuatus beneficio etiam ipſo iure, non poteſt ab illius poſſeſſione amoueri, niſi cauſa cognita,ca.licet Epiſcopus.de præben.in 6.Felin. in cap.fin. colum. 7.uerſ.fallit ſecundo. de pręſump.Bald.in l.ſi deſerta.C.ſi propr.publ.penſit. ubi dicit quod in præiudicium etiam de facto poſſidentis, nil agi poteſt eo non citato. allegat Innoc. in cap. inter quatuor. de maior.& obed. pro quo faciunt dicta per Fely. in c. 2.de ſimon.quem refert Gig.conſ.13.nu.4.

Priuatus iniuſte & uiolenter, etiam per iudicem, poſſeſſione ſuæ rei, ante omnia reſtituendus eſt, adeo ut nulla contra eum reſtitutionem petentem opponi poſſit exceptio per petentem fore adiudicationẽ nulliter ſibi factam confirmari.de reſtit.ſpol.ca.conquærente. C. ſi per uim uel alio mo.l.2. C. un.ui.l. authoritate.not.Bar.in diſput.inc.Lapus.Card.conſil.132.col.fin.uerſ. ſi ergo debet eiici.Rom. conſil. 158.nu.6.Goz.conſ.93.ſub nu.16.uerſ.ad quartũ. Gram.conſ.ciu.96.nu.5.Crau.conſ.18.nu.8.124.n. 4.140.nu.2.& hoc quando fuit à iudice priuatus de facto,ſine cauſę cognitione, & iuris ordine non ſeruato,quia iudex hoc modo procedens æquiparatur priuato.glo.in l.non uidentur, §. qui iuſſu. de reg. iur.Rom.in l.1.poſt.n.15.de re iud.Iaſ.in l.ut uim. in gl.1.de iuſt. & iu. Alc.de p̄ſum.reg.3.præſum.9. in fi.& de ipſo eo caſu ut de priuato iudicat. Car.in Clem.1.§.fi. de celeb.miſ.quem ſequitur Dec. in l. factum,a,iudice. de reg.iur.& in d.l.ut uim. nu.24.

X Secus

Secus ſi cum cauſæ cognitione procedendo, probabili ignorantia ductus aliquem priuat, nam hoc caſu priuatus non eſſet ante omnia reſtituendus. Archid.in cap. quia præſulatus. num.3.1.quæſt.4. in capit.hoc quippe.in uer.prædeceſſorum.3. q. 6. Iaſ.in l.iuſte poſſidet.in prin.de acq.poſ.Deci.conſ. 125.nu.8.& conſ.200.in prin.quam ſententiã communem dicit Curi.iun. conſi.175. nu.5. Et ad hanc materiam ui.Iaſ.conſi.162.col.2. in fi.uol.1.& in l. ſancimus.uerſ.octauo extende. C. de iudic. Rolan. conſ.53.nu.25.uol.1.Menoc.de recuper.poſ.reme. 1.nu.329.ui.ſup.uerſ. iudex hẽt præſumptionẽ pro ſe.& inf.uerſ.ſpoliato authoritate iudicis.

Priuilegia conceſſa clericis, & eccleſiaſticis perſonis tranſeunt ad ſuos familiares laycos.Pau. Caſtr.in l. 1.nu.8.C.de epiſc.& cler.Rip.in tract.de peſte.tit. de præſeru.remed.§.deuenio nunc.nu.124.Capyci.deciſ.12.in fi.& uidetur tex.in l.1.C.de epiſc. & cler.cir. med.ibi. Verum etiam hominibus eorumdem,& ad fi.uerſ.omnib. ibi eorum quoque miniſteria,Licet circa priuilegia aliis conceſſa ſoleat dubitari,an ad familiares trãſeant,ut per Cyn.& alios in l.1.C.de uxor.mil.Alex.in l.ſi finita.§.ſi de uectigalib.nu.7. & 8.de dam. inf. Et hoc uerum præſertim in priuilegio exemptionis fori, quia exempta perſona ab alicuius foro,uidetur etiam exempta tota domus &familia eius l.nõ aliter.de iudic.l. 1. C. ſi qua.præd.poteſ.uide ſup. uerſ.coloni eccleſiæ.& uerſ.familiaris & colonus eccleſiæ.

Priuilegia duo ad inuicem repugnantia ubi cõcurrũt, tractãs de dãno uitando utitur priuilegio ſuo cõtra tractantẽ de lucro captãdo, de minor.l.uerum.§.fi. & per omnes in Auth. quas actiones.C.de ſacroſ.eccleſ.Rom. conſ.179. ſub nu.16. uerſ. quia clarum, ſemper enim fauorabilior eſt tractans de damno uitando,l.fi.C.de codicil.ita in duob.contrariis cõcurrentib.dicit Soci.iun.conſ.127.nu.7.& 8.Deci.in l. non debet. c. in re obſcura.de reg. iur. ubi alios ad hoc citat, & in c.in præſentia. de prob. ſub nu.51. verſic.non obſt. iura.in capit. dilecti. poſt numerũ ſeptimũ,de excep. & conſilio 410. numero quarto. poſt Bald.Anch.& Caſtr. quos ibi citat ad hoc.

Priuilegium alicui conceſſum à Principe ob benemerita tranſit in vim contractus. Bal.in l.qui ſe patris. verſ.ex hoc ſcias.C.vn.lib.& eſt tex.in l.Titius puerum.de obſeq.libe.vnde efficitur irreuocabile,quia princeps in contractibus vtitur iure communi. Bal. in l.ex imperfecto.in fin.C.de teſtam. & efficaciter obligatur.capit.primo. vbi Abb. & But.de probat. not.Cyn.in l.digna vox. verſ.vltimo ſciaſ. C. de legi.intantum, quod etiam de plenitudine poteſtatis non poſſet contrauenire.Paul. Caſtr. in d.l.digna. vox. Bald.in cap.primo. §.ad hæc. verſi. Item not. ex gloſ. de pa. iuram. firm. Felyn. in capit. nouit. verſ.limita tertio.de iudici.Gram.deci.65. excellẽs. nu.25.& ſucceſſiue,vbi copioſe materiã hãc tractat. ad quam vide ſupra verſic. donatio remuneratoria reuocari. verſi.princeps recipiendo prætium.& inf. uerſ.priuilegium principis.

Priuilegia eccleſiis quo ad eorũ bona competentia nõ extenduntur ad clericos, quo ad eorum patrimonia, niſi a iure expræſſe diuerſum fuerit in aliquot caſibus ſtatutum, iux. reſol. quam tradunt Abb. & Felin. in capit. eccleſia S. Mariæ.de conſt. Abb. & But.in cap. ſi diligenti. de præſcr. quam ſententiam * dicit communem Dec. in d.capit. Eccleſia. numero 18. & eſt gloſ. ſecunda communiter approbata in Clem.1.de in int.reſt.quæ dicit, reſtit. in integ.iure min.competentem eccleſiis, non concedi clericis ratione patrimonij. de quo per Specul. in tit. de in int.reſt.§.qualiter.verſ.ſed nunquid.

Priuilegiis clauſulis in corpore iuris, nunquam intelligitur eſſe derogatum per quamcunque generalem derogationem priuilegiorum. gloſ. in l.hæres abſens. in prin. & ibi Bart. de iudic. tex. in l.decurionibus. & ibi glo. C. de ſilentiar.lib.12. Bart.in l. ſecunda. §.legatis. in fin.de iudici. & in aut. qua in prouincia.C.vbi de crimi.agi opor. facit tex.in cap. cum ordinem.de reſcrip. Bald. in capit.primo.in fi. in tit.quo temp. mil. in vſib. feud. in l. non plures. C. de ſacroſanct. Eccleſ. in l. fin. C. ſi cont. ius vel vtil.pub.& in ſecunda conſt. C. in verſic.ſi qua vero.per illum tex.Iaſ.conſilio 105. in cauſa.numero tertio. volum.primo. Dec. conſilio 164. viſo tenore.numero quarto,vbi quod clauſula, non obſtantibus,non videtur tollere priuilegia inſerta in iure communi.Gabriel.concl.lib.6. de reg. iur. concl.9. num.10.poſt Alexand.conſilio 101.num.12.volum. 1.& Iaſ.conſ.157.num.13.

Priuilegium bannitis conceſſum quod poſſint ſecure morari in ciuitate, adiecta cauſa, quia eorum opera ciuitas occupauerat aliquod Caſtrum, eſt irreuocabile.ita Bald.in l.ſi cum mihi.de dolo. per quã dicit ſe ita aliàs conſuluiſſe in ciuitate Senarum. & per glo. ordin. in l. decurionibus. C. de ſilentiari. libro duodecimo, &ibi And.de Barulo. idem tenet Alexand. conſ.216. ſub num.ſexto,verſic. & per hoc.poſt Bald.in cap.fin. in prin.quo temp. mil. in vſi. feud. in l.ſi quando. C. de inoffic. teſtamen. in princip. in l.fin.C.ſi cont. ius. & in l.non plures.in fin. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Dec. in conſilio 286. numero quarto, & conſilio 292. numero ſeptimo. Gram.conſilio ciui. 100.numero 92. Roland. conſilio 76.numero 18.volum.ſecundo. Rimin.conſil. 307.viſis.numero quarto. vide Gozad. conſil.5.an in quæſtione.numero vndecimo. & vide ſup.verſic. conſuetudo redacta.

Priuilegium ceſſat ceſſante finali ratione ipſius. de legat.ſecundo.l.Titia.§.vſuras. de mun. & hon.l.cura. §. deficientium.63. diſtinct. capit. dum Diui. quam propoſ.communem dicit Roman. conſi.180. numero ſeptimo.ſequitur Dec. in capit. cum acceſſiſſent. nemero 15. de conſtit. & in l. in omnibus. ante fin.de regul.iur.de quo late Tiraquel.in tract. ceſ.cau.par.prima.numero 204.& vide infra verſic. priuilegium extinguitur.

Priuilegium Comitis Palatini legitimandi etiam ad feudum, non includit feudum à Domino conceſſum,a,quo ipſe priuilegium recepit; non enim princeps cenſetur Palatino dediſſe poteſtatem reuocandi vel alterandi beneficia ipſius concedentis. Anchar. conſilio 309. prima facie Ruin. conſilio 69. ſub numero decimooctauo. & conſilio 99. numero octauo, volumine tertio. Quia gratia principis ſpecialis non debet minui uel alterari per factum ſui miniſtri generalem poteſtatem haben-

tis,



tis.cap. dudum. de præben.in 6.nec princeps uidetur Comiti Palatino dediſſe facultatem reuocandi, vel tranſgrediendi conceſſiones ſuas. arg. l.ſi hominem.ff.mand.Bar.in l.ambitioſa. colum.tertia. ſub numero 5.de decr.ab or.fac. Roman. conſilio 218. numero 5. & 6. Rip.in l. nemo poteſt. numero 84. de lega.1. Ceph.conſilio 23. numero 63. vide infra verſ.priuilegium principis quatenus.in fin.& ſupra verſ.comes Palatinus legitimare.

Priuilegium contra ius commune impetratum, eſt interprætandum taliter,ut lædat ius commune quanto minus ſit poſſibile.cap.eos.§.1.de temp.ordin.in 6.per quem tex.dicit ibi Domin.in prin.Quod data alicui libera poteſtate faciendi actum quem facere non poterat, tamen in eo debet canonicam formam ſeruare. ſimiliter dixit idem Domin. in cap. ſi pro debilitate.de of.deleg.in not. quod ille cui conceditur electio libera, non poteſt eligere non idoneum.pro quo in ſimili dixit Calderin. conſilio 22. ſub tit. de regular. quod mandatum Papæ de uendendis fructibus certi monaſterij reſeruati ſedi apoſtolicæ, intelligitur, dummodo cum licentia ſuperioris illius monaſterij. & in conſilio 8. ſub tit. de reſcr. & eſt deciſ. Thom.Faſt. dub.5. de qua Curt. iun.conſilio 105.numero 3. propoſitionem comprobat Barb. conſilio 59. colum.2. in fin. volum.3. & latius conſilio 47.colum.5.in fin. & colum.6.uol.1. quem tamen pulchris rationibus impugnat Menoc. de arbitr.iudi.lib.1.quæſt.7.numero 36.37. & 38. Dixi ad Curt. iun. ubi ſup. uerſic. canonicam formam. & ad conſilium 178.ſuper uer. iuris communis.

Priuilegium debet intelligi ita ut minus quàm poteſt operetur, adeo quod ubi poteſt tollere ius reſpectu unius, tunc ad id tantum reſtringitur, non autem ad illud in quo ius poteſt ex multiplici cauſa cumulari.cap. Dilecti. de foro comp. & ibi Ant. de But.in 5.not.& probatur in c.1. in uer. & id ipſum. de priuil.in 6. & in l.ſi quando. C. de inof. teſtam. Gozad.conſilio 88.numero 8. Grat. reſp.46. num. 7.8.lib.1. & reſp.ult.numero 5.lib.2.materia enim priuilegij ſtrictiſſime interprætanda eſt, cum tractat de ſubtractione iuris alterius. Innoc.de conſangui.& affin. cap. quod dilectio. in cap. accepimus. de priuil.& in cap.olim.de uerb.ſign. Dec.in capit. cum acceſſiſſent.num.14.de conſtit.in cap.cum ordinem.in prin.de reſcr. in l. in omnibus. num.11.de reg.iur. conſilio 113. colum. ſecunda. in prin. obſeruat Mandoſ. iun. ad conſilium Rom. 180.lit.O. & S.

Priuilegium extinguitur ſeu mutatur,extincta uel mutata perſona quæ fuit cauſa ipſius priuilegij. l.Paulus.in fin.de acquir. hær.l.1.in fin. C. de impon. lucrat.deſcr.lib.10.per quẽ iura ita expreſſe dicit Bal. in rubr.C. de uſur. quæſt.4. Anchar. conſilio 143. num.4.Alexand.conſilio 35.num.15.uolum.4.Bertrand.conſi.121. num.4.uolum.5.conſilio 237.nu. 2.uolum.6.Nat.conſ.218.num.7.Guid. Pap.deciſ. 489.Princeps.Crau.conſilio 293.ſub num. 10.uerſ. nec obſtare uidetur Afflict.qui declarat, in cap.1.§. præterea ducatus.numero 15. de proh. feud. alien. per Frider.Brun.conſilio 94.ubi ponit caſum & materiam.Iaſ.conſilio 20.numero 11.uolum.1.nec trãſit ad hæredem recipientis.cap.priuilegium.de reg. iur.in 6.l.in omnibus.& l.priuilegia.eo.tit.ff.l.cum patronus.in fin.de lega.2. §. ſed quod principi. Inſti.de iure natur.l.1.§. permittitur. de aq. quot. & æſtiua. l.3.§. fin. de cenſi. l. quia tale. ſolut. matr. Nat. conſilio 163.in caſu, numero ſecundo. Ceph. conſilio 615. numero 98. uide ſupra uerſic. formæ primæ.

Priuilegium licet generale, alicui etiam pio loco ad priuatam utilitatem conceſſum, nunquam id includit, cuius incluſione publicæ derogetur utilitati, C. de Sacroſanct. Eccleſ.l. iubemus nullam. Bald. ibi.& C.ut nem.lic.in emp.ſpeci.l.prima.lib.10.C. de nauic.non excuſ.l.iubemus. lib.undecimo. C.de cur. pub.l.nullus.libro duodecimo. de Immun. Eccleſ.capit.non minus.not. Ioan. And. ad Specul.de cenſ.§.nunc dicendum.in addi.quę incipit,pro hac. l.refert Roman.conſilio 436. numero decimo. ubi Mandoſ.iun.ſuper uer.utilitati. ut de conſtitutione facta ob publicam utilitatem, quod ei difficilius derogetur, & quod non ita de facili remoueatur, arguit Bald.in d.l.iubemus.in fin. not. Bar. in conſtitut. ad reprimen. in uer. non obſtan.refert & ſequitur Alexand.in l.Neſennius.in fin. ad leg. falci. uide etiam ad propoſitionem, Bald. in l. milites. cir.fin.C.de teſtamen. milit. ut & in ſtatutis ciuitatum, quod nunquam interpretentur in præiudicium Reipublicæ, dicit Bald.poſt Iac.de Arc. quem refert, in l. ſecunda. C. an ſeru. ex ſuo facto. Dec. conſilio decimo, ſub numero ſecundo,uerſic. & tali conſtitutioni.& ſub numero 8.uerſic.Tertio quia propter.

Priuilegium non ſoluendi decimas conceſſum alicui, apparet ipſo facto præiudiciale tertio cui decimæ de iure communi debentur, nihilominus quando princeps exprimit, & ſe declarat, tenet ipſum priuilegium, & non requiritur clauſula derogatoria eius in cuius præiudicium tendit. ita Abb. in capit. cum olim.il 1.per glo. ibi. de priuil. quem ſequitur Dec.conſilio 113.uiſo tenore. Quia de natura exemptionis eſt, ut eripiatur exemptus e manibus ordinarij, & ipſi non ſubſit. Dec. ubi ſupra uerſic. & in iſto priuilegio: & dicit Bald. in l.item lapilli. colu. tertia, uerſic. ego dico. de rer. diuiſ. quod quando apparet principem uoluiſſe concedere priuilegium, non ſunt neceſſariæ clauſulæ, non obſtan. & ſimiles.uide ſupra uerſic.principis conceſſio etiam. Rationem uide infra uerſic. priuilegium proprie dicitur.& ſupra uerſic.exemptionis priuilegium.

Priuilegium nunquam debet ita interprætari ut priuilegiato nocere poſſit. l.diuus.uerſic. nec ullorum magis intereſt. & ibi Ang. in fin. de teſtamen.mil. nec illud contra priuilegiatum interpretari. Bald. l.ſi Ruffinus. C. de teſtamen. milit. & ibi late per Alexand. & Iaſ.idem Iaſ.ad l.intra dies.2.not.de re iudic.Alexan.conſilio 32.numero decimo, uolum. quinto,quem ſequitur Iaſ.conſil.59.uolum.tertio, & alibi Alexand.ad l.prima,colum.quarta, de leg. primo.Crot. ad l.ſi is qui pro emptore.fol. octauo. de uſucap. uide infra uerſic. priuilegium ſcholaribus.

Priuilegium principis quatenus iura concedentis tangit,debet latiſſime interpretari,l.ſi.de conſtit.prin.

Sed quando reſpicit damnum,vel præiudicium tertij debet ſtrictiſſime interpretari. ita Innoc. in cap. cum dilecti. de donat.habetur in cap. olim. de ver. ſign.& in cap. ex tuarum. de auth. & vſu palij. Io. And.in d.cap.olim. Abb. in cap. ex parte.il 3.in 2. not.per illum tex. de decim. Iaſ.in l.quominus.nu. 126.de flumin.conſilio 145.numero 33. conſi.2●3. numero 29.volum.2. Dec.conſilio 413. numero 6. conſilio 453. numero 4.conſilio 520. numero 10. conſilio 588. numero 20. Nat. conſilio 64. Credo. numero 14.Roland.conſilio 50. num.41.volum.3. & conſilio 1.volum.4.idem Nat.conſilio 659. num. 9.Dec.in l.1.in 1.lect.ſub num.27.verſi. non obſtant iura. ſi cer. pet. & conſilio 279. numero 3. Capra com.opin.lib.1.verſic.Beneficia ſiue priuilegia. Pro limit.vide Iaſ.in l.fin.num.20. de conſtit.prin.Rui. conſilio 79.num.7.vol.3. quos refert Roland.conſ. 80.nu.46.volum.3. & aliter limitat idem Iaſ. in l. Imperium. num.14. de iur.om.iu. Dec.conſil.468. num.32.conſ.541.nu.11. & in l. fœminæ. ſub num. 59.verſ.vnde.de reg.iur.in ipſo enim priuilegio nō cenſetur cōceſſum,quod non reperitur expreſſum. cap. cum in iure.de offic.deleg. cap.cum dilecta.de reſcr. Socin.conſil.212. num.3. volum.2. Pariſ.copioſe cōſ.7.nu.50.vol.2.Gozad.cōſ.6.nu.31.Ceph. conſ.23.num.66. vide ſupra verſic.priuilegium comitis Palatini.

Priuilegium propriè dicitur, quando reſcribitur contra ius commune.Abb.in rubr. de reſcr.Dec.conſil. 157. colum. 1. verſic. Secundo ad declarationem. vbi etiam ponit qualiter priuilegiū differat à reſcripto, & dicitur quaſi lex priuata, non communis: quia reſpicit priuatam vtilitatem alicuius particularis.cap.priuilegia.diſtin.3.cap. Abbate.verſ.contra quod.de ver.ſign.Bar.in l.2.de conſt.prin. & in l.2.C.de iur.& fac.ignor.ſequitur Bald.in l.item lapilli.de rer.diuiſ. verſ.ego dico. Caſtr.in l.maritus. ſol.mat.Alexand.in l.quia perſona.eo.tit.Hoſtien. in ſum.eo.tit. verſi.quas vires. colum.2. Gemini.in ca.1.de exceſ.prælat.in 6.oppoſ.applica dictis ſup. verſ.Priuilegium non ſoluendi decimas.

Priuilegium ſcholaribus conceſſum à communitate ex forma ſtatuti,quod intelligantur eſſe ciues, non ob id obligat ſcholarem forenſem vt ibi conueniri poſſit vt ciuis pro debito alibi contracto. Guid.de Suz. in l. quod fauore. C. de legi. quia ꝙ ſit ciuis eſt ratione priuilegij, ergo non debet in eius odium vel læſionem redundare.d.l.quod fauore. & l●nulla. de legi.l.Alexandrinis.in fin.C.de decur.lib.10. Alex. conſilio 32.numero quarto.volum.quinto. vide ſupra verſic. conceſſum alicui. & verſic. Priuilegium nunquam debet.

Priuilegium ſecundum conceſſum,cum clauſulis derogatorijs generalibus a principe proprio motu, intelligitur derogare priori quamuis habenti clauſulas derogatorias ſpeciales,ne ipſius ſpontanea liberalitas, non ad alterius importunam poſtulationē cauſata impediatur per indirectum, ex quo non habet notitiam priuilegiorum conceſſorum cum clauſulis ſpecialibus,quorū poteſt probabiliter prætendere ignorantiam,vt in cap.primo.de conſtit.in 6. Roman.conſilio 327.num.8.ad fin.Soc.conſ.2.nu. 11.lib.3. Dec.conſil.142. ante fin. & 541. ante fin. Ruin.163.num.20.lib.5.Rip.reſp.6.in fin.lib.2.& in cap.1.num.55.in fi.de reſcr.Gram.deciſ.65.num. 23.& deciſ.ſeq.num.17.Rebuf.ſuper concor.in forma mand.apoſt.in ver.pro expræſſis. verſ.Secundo fallit.vide ſupra verſic, indultum habens clauſulam derogatoriam.

¶Probatio admittitur contra præſumptionē iuris & de iure per confeſſionem partis. Bart. & doct. in aut.ſed iam neceſſe. C. de donat. prop.nupt. & eſt glo.in corpore vnde illa ſumitur.& glo.in l.in contractibus.in prin.& ibi Bald. C.de non num.pecun. canon. in cap. is qui fidem. de ſponſ. Iaſ.in l. Titia. num.28.de ver. oblig.l.ſi ex falſis.nu.11.C.de tranſact.l.ſi duo patroni.§.idem Iulianus.num.9. de iureiur.l.ſi prius.num.39.de oper.nou.nunt.l.1.§.ſi is qui.num.14.ad Trebel.Bar.conſ.100.à domino.nu. 7.in l.Iulianus verum debitorem. nu.2. de condict. indeb.in aut. ſed iam neceſſe. nu.3.C.de donat.an. nup.Marſ.ſing.327.exceptio.nu.2.

Probatio aliquarum cauſarum ex quibus reſultet aliquid in genere,debet fieri per conteſtes, non per teſtes ſingulares.vt quando tractatur de probādo aliquem ſanctum feciſſe miracula.Vinc. & alij in cap. venerabili.de teſtibus.Archid.in ca.nec mirum.26. q.5.per cap.licet ex quadam. de teſti. Ant. de But. in d.c.licet ex quadam.de teſti.Alex.conſilio 100. ſub num.5.verſ.Secundo reſpondeo.volum.1.Purpur.in l.1.colum.12. & 13. ſi cer.pet. Fely.in d.cap. licet ex quadam.col.6.& fin. Gabr.concluſ.lib.1.de teſti.concl.2.nu.59.

Probatio coniecturalis ſufficit in his quæ ſunt difficilis probationis. Caſtr.conſilio 278. viſo. conſilio 326: in cauſa mota. Alexand.conſilio 64. viſo themate. num.5.vbi declarat.volum.1. conſilio 69. viſa facti. colum.1.conſilio 24. animaduerſis. num.6. conſilio 53. viſo themate. numero primo. volum. ſecundo. conſilio 37. conſultus. numero ſecundo. volum.7. Dec.conſilio 163. in cauſa. num.3. conſilio 174. in cauſa.numero quarto. verſi.decimo etiam.id in crimine læſæ maieſt. dicit Menoc. conſilio 101. eſt noua.numero 63. in probanda confeſſione coacta per torturam,& non ſpontanea. dicit Bal. in Aut. quas actiones.C.de ſacroſ. Eccl. Ant.in cap. veniens.il 1. de teſti. in caſu qui contingit per fracturam latronum. Ang. conſilio 102. teſtator. numero ſecundo. Alexan. d.conſilio 53. numero ſecundo. in adulterio.Blan.l.fin.numero 69. de quæſt. in furto, Marſil.in pract.in prin. numero 7. & 13. & generaliter in probando ea quæ oculte fiunt. Iaſ. conſilio 114. numero 20.volum.primo. Alexand.conſilio 77. in cauſa.numero quarto.volum.ſeptimo. Bero.conſil. 53. circa primum. colum. quarta. volum.1. Ceph. copioſe conſilio 652. per totum. uide infra verſic. probatio in his.

Probatio dicitur difficilis, vbi illud quod petitur non poteſt ad oculum demonſtrari. ita Bart. in l. in actionibus. colum. vlt. & ibi ſequuntur Doct. de in lit.iur. Imo. in cap.fin. colum. quinta. quod metu. cau.refert Iaſ.conſilio 111.circa primum. num.12. volum.primo.& conſilio 174.in ●rima. numero 20. volum.2.Plot.de in lit.iur.§.4.numero 20.& §.49. numero 24.ad fin.Nat.conſilio 545. certi iuris.nu. tertio. Menoch.de arbitr. iud. lib.ſecundo. cent.3.





caſu.208.num.2.Iaſ.limitat duobus modis in d.l.in actionibus.

Probatio eſt præferenda & uerior dicitur, quæ conſonat iuri communi,& eſt ueriſimilior.c.licet.uerſi. ex præmiſſis.de prob.l.ob carmen.§.teſtes.de teſti. Inn.in c.auditis.de præſcr.ſub.n.4.uerſ. Hinc colligunt quidam. & ibi Abb.col.4. Franc.Aret.cōſ.44. in fi.refert & ſequit Iaſ.conſi.163.nu.9.uol.2.Dec. conſ.448.nu.11.Ruin.conſi.112.nu.3.uol.5.Tiraq. in præf.l.ſi unquam.nu. 42. C. de reuoc.donat.ubi alios adducit.Gabriel.concl.lib.1.de teſti. concl. 4. nu.23.Becci.conſ.101.nu.47.

Probatio fieri à ſtatuto ſiue alia diſpoſitione ꝑ teſtes bonæ opinionis & famæ ubi requiritur, illa qualitas bonitatis articulari & probari debet. Ang. poſt Bart.in l.2.§.ſi quis neget.quemad.teſt.aper. & in. l.vel negare.eo.tit.Ale.conſ.82.col.2.vol. 1. Socin. conſi.136.col.3.in fi.uol.1.Cur.ſeni.conſi.55. col. 4.Barb.conſi.47.col.12.uol.1.Cæpo.conſi.57.ver: poſtremo.Iaſ.conſi.13.col.fin.uol.3.Deci.conſ.37. col.4.39.col.2.575.col.2.in.c. poſt ceſſionem. col. 3.de prob. & in cap.1.nu.14. de appel. Hyp. ſing. 187.Qualitas.& conſ.96.nu.3.& 4.Calca.conſ.28. num.11.& 12.Pariſ.conſi.24.nu.17.uol.3.Alci.de præſump.regu.3.pręſup.2.nu.9.ubi communem dicit.Gabr.concl.lib.1.de prob.concl.11.nu.6. verſi. Et regulare eſt. Pro ratione ui. inf. uerſi. Qualitas quando eſt cauſa.

Probatio indirecta admittitur contra pręſumptionem iuris & de iure,ut puta,in cauſa matrimoniali,ſi ſpōſus probare uelit illa ſponſalia fuiſſe mutuo conſenſu ante coitum uel alias legitime ſoluta, ut in cap. 2.de ſponſal.uel nulla fuiſſe propter aliquod impedimentum,admittendus eſt. Felin. in cap. cum. M. col. pen. de conſtit. eſt glo. in clem. 1. de probat. Alci.de præſum.par.2.nu.3.Couuar.ſuper.4.decretal.c.4.§.1.nu.7.

Probatio in his quæ a communiter accidentibus ſunt difficilis probationis, admittitur ꝑ cōiecturas & ſufficit pro plena probatione.l. filium eum definimus. de his qui ſunt ſui uel ali.iur.l.ſi uicinis.C.de nupt. l.conſenſu.§.ſuper plagijs.C.de repud.c.ueniens.il. 2.in fi.de teſt.c. Michael. de fil.præsb.iſtam regulā tradit Feder.de ſen.conſi.118. inc.nulli dubiū. Bal. in.l.quicunq;.col.pen.C.de ſeru.fugi.& in.l.ſi quis in hoc.C.de Epiſ.& cle.Bar.in.l.de pupillo.§.ſi qui ipſi prætori.q.9.de op.no.nunc.Caſtr.conſi. 218.& 326.Alex.conſ.64.uol.1.plura ad hoc cumulat Iaſ. ad l.4.§.prætor ait.de eden.nu. 20. & ſucceſſiue. & ui.ſup.in uerſ.Probatio coniecturalis.

Probatio quæ fit ex capite conſanguinitatis uel uicinitatis dicitur præſumptiua, non uera. Bald. in l.1.colum. 6. uerſi. oſtendo. C. de ſeru. fugit.in. l. non omnium.de legi.in.l. data opera. colum. 81. verſic. quid ſi dicit,ſcio. C. qui accuſ.non poſ. in l. conuenticulam.colum.5.C.de Epiſc. & cler.& in c. quanto.de præſum.Abb.in c.quoſdam.eo.tit.Fely. in c.literis.in.5.fal. de teſti.Aret.in. l. 1. ſi cer. pet. colum.3.& ibi Alexan.colum.8.Iaſ.colum.5.Deci. colum.6.Purp.colum. 13.& 14.Curt.iun.col.9.qui omnes ex hoc ad plures not.effectus inferunt. Et Alexand. conſil.50. colum.penul.uolum.5. Ruyn. conſilio 66. colum.6. in fin. iunct. ſeq. uolum.3. infra uerſic.Teſtis deponens ſuper ætatis.

Probatio quęlibet dēt de neceſſitate concludere.l.non hoc.C.vn.legit.l.neque natales.C.de probat. Bald. in l.ad probationem. la ſecunda. C. eo. Iaſ.conſilio 62.omiſſo.numero ſecundo.volum.primo.conſilio 153.difficultas.numeso 22. volum.ſecundo, in l.1. numero 14. ſi quis iuſd. non obtemp. l.ſingularia. ſub numero 59. vbi etiam Dec. numero 31. ſi cert. pet.Rip.in cap.cum eccleſia Sutrina.numero 78.de cauſ.poſ.& propr. Boſſi.tit.de defenſ.reor.num.35. Gabr. concluſ. lib.7. de crimin. concl.9. nu.2.Beci. conſ.78.in cauſa.num,11.

Probatio quando eſt impoſſibilis, propter temporis longinquitatem omnia ſolemnia interueniſſe præſumuntur, quia impoſſibilitati probationis parcitur.cap.fin.de pact. cap.faciat.22. quæſt.2. per regulam, vt res potius valeat quàm pereat.ca. Abbate.§.contra.de ver. ſign. idem not.Alex.conſil.48. num.6.conſ.50.num.5.Cæpo.conſ.ciu.38. num.9. Roman.conſ.275.num.3.Goz.conſ.83.nu.20. vbi
* dicit iſtam ſententiam eſſe communem. quam etiā ſequuntur,Bertr.conſ.194.nu.5.vol.2.Dec.conſilio 272.num.3. quæ præſumptio ſemiplenam probationem ſaltem facit.Aret.conſil.15. ſub nu.3.verſic. & iſtud indubitāter.Glo.in l.ſi duo patroni.in prin. de iureiur. Curt.ſen. conſ.73.col.3. verſ.tertio reſpondemus.Crau.conſ.258.num.16.in fi.Quæ præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium.l. generaliter.§.ſi petitum.in fi. de fideic.libert. Dec. d.conſil.272.ſub uum.3. verſ.ſed quoad. quem ſequitur Menoc.conſ.1.nu.206.

Probatio ſemiplena,vt eſt depoſitio vnius, ex partium conuentione plena effici poteſt. Specul.in tit.de teſti.§.reſtat. verſic. hoc tamen in quibuſdam. in 24. caſu.probatur in l.vlt.C.de fideic. Rom. conſ.204. numero ſeptimo. probatur in l.fin. C. de ſent. paſ. quod enim ex ſe inualidum eſt, partium conſenſu validari poteſt, vt in teſtibus dicit Ioan. And. ad Spec.vbi ſup. §.ſæpe. in 1.addi. & §.1. verſ.quid ſi videtur. vt & per Butr.in cap.cum dilectus. colum. ſecunda, verſic.ſi autem teſtis. & ibi etiam Imo. de conſuet.vt & in atteſtationibus inualidis,quæ conſenſu partium validari poſſunt, dicit Innoc. in cap. cum cauſam. de teſti. quem refert & ſequitur Saly. in l.ſi quis teſtibus. C.de teſti. colum.prima.ſequitur Roman.conſilio 104.in fin. & in ſententia nulla, quæ partium conſenſu validari poteſt, vt valeat in vim pacti,dictat glo.in l.1.iunc. tex.C.com. vtr.iud. quam glo. ſequitur Roman. conſilio 173. in fin.& in rubr.de arbitr.car.5. colum.prima.Alexand. conſilio 32. colum. ſecunda. in fin. volum. ſecundo.Hyp.in l.prima.§.ad quæſtionem.de quęſtio.num.14.

Probatio temporis certioris & ſpecificati, præfertur probationi incertæ & generali, ex ſententia Cyni: quam ſequitur Bald. in l.de rebus.C.de donat.ante nupt.pro qua facit tex.in l. ex facto. §.fin. de vulg. nam illa ſpecificata dicitur plenior quàm incerta. eſt deciſio Gemin. conſ.27. ſuper dubio. vbi dicit, quod ſi fuerit quæſtio de matrimonio,puta, ꝙ duo contēdāt ſuper una puella, quę utrique promiſerit, & anterioritatem inuicem clament, qn̄ vnus plene ꝓbat,alius nō ita, licet iſti actus ſint incōpatibiles,

tamen præfertur plene probans, licet ſit poſterior. iux.reg.qui prior eſt in tempore certo potior eſt in iure.l.qui potior. & l.qui balneum. qui pot.in pig. hab.glo.in Aut.de æqual.dot.§.his. verſ.poſterior. plene Din.in reg. qui prior. in 6. vide ſupra verſic. Collatio Papæ licet.

Probatio vera contra reſpondentem poſitionibus ex ſua reſponſione reſultat, ſicut contra libellantem ex verbis in ſuo libello poſitis. C. de liber.cau.l.cũ præcum.rem rat.hab.l.ne ſatiſdatio. fam.erciſ.l.qui familiæ.ſicut etiam ex poſitis in exceptionibus contra excipientem. Bart. de confeſ.l.certum. §.ſi quis abſente.& in l.2.in fin.C.vt nemo priua. Iaſ.in l.2. in fi.in 2.not.& ibi Dec.in 3.not.C.de inſt.& ſubſt. & idem Dec. in cap.cum venerabilis. ſub nume.22. de excep.Pariſ.conſilio 125. numero 17. lib.primo. dummodo reſpondens vel excipiens expreſſe fateatur, ſecus ſi tacite.Lanfranc.de exceptio. colum.2. verſic. iſtud quoque. vbi id quoque per exempla declarat.vide ſupra verſic. inſtrumentum in iudicio producens. & infra verſic. producens aliquid in iudicio.& ſupra verſic.confeſſio iudicialis ex poſitione reſultans.

Probatio vitæ bonæ habet minuere indicia quæ faciunt contra malefactorem, ita Bart. ex illo text. not. in l.quarta, §.ſed ſi ex improuiſo. ff. de re milit.idem not.Gandi.de malef.de indic.indu.ex qui. proc.ad tort.cir.fin. Bald. in l.fin.colum. vlt. C. de probat. Ang.in l.milites. C. de quæſt. Iaſ. conſilio 153.numero 33.& conſilio 175.ad fin. volum.2. & in l.1.in fin.C.com.de lega.Socin.conſilio 39.num. 25.volum. ſecundo. Roland. conſilio 38. num.34. conſilio 73.numero 35.volum.primo. Crau.conſil. 99.numero 11.Beci.conſilio 60.numero 26.conſil. 67.numero 21.conſilio 78. numero 25. conſilio 85. num.15.& conſilio 102.num.25. Quinimmo operari diminutionem pœnæ,dicit Alex.conſ.121.viſo proceſſu.nu.8.vol.7.

Probationes contrariæ actoris & rei,vbi ſunt pares numero & qualitate, fauorabilior eſt cauſa rei, quem tunc mandat lex abſolui. cap. in noſtra. vbi plene not.de teſti.l.cum de ætate.de probat.l.ob carmen. §.ſi teſtes. de teſti.Rationem vide ſupra verſic.cauſis criminalibus ad hoc.& vltra ibi & hic dicta, vide Roman.conſilio 156.in prin. Alexand.conſil.156. in fi.volum.ſecundo. Dec.in l.qui accuſare. colum. pen.verſic.quinto ampliatur. C.de eden. & in cap. ex literis. de prob. vbi Felyn. & alii. materiam copioſe proſequere ut per Hyp.conſilio 51.nume.41. conſil.65.numero 44. & in l.vnius.§.in ea cauſa.de quæſt.per totum.& vide ſupra verſ. cauſis criminalibus ad hoc.

Probationes factæ in cauſa ciuili non ſufficiunt in criminali, in qua requiruntur clariores. Bart. in l.2. §.hoc dicto.vi bo. rap.l.fin. in fin. de in lit.iurand. Blan.de indic.num.210. prope fin. Dec.conſil.175. colum.pen.verſ.non obſtat.& conſil.189.num.15. Marſil.in pract.§.diligenter.num.13. 20.21 .Ruin. conſ.19.num.9.& conſil.23.num.21. lib.5. Marſil. ſing.98.Ceph.conſil.652.nu.13.

Probationum plures & diuerſæ ſpecies in criminalib. ſimul iungi non poſſunt, ad faciendam plenam probationem.Bal.in cap.veniens.de teſti. & in l.ſi quis ex argentarijs.§.1.de eden. Alex. conſil.143. quoniam abunde.col.2.vol.2.Salic.in l.ea quidem. col. pen.C.de accuſat. Dec.in cap.1.colum. pen. verſic. ſecundam concl.de appel. in cap. cum cauſam. col. pen. de probat. & in conſilio 175. in cauſa. cir. fin. late Iaſ.in l.admonendi.colum.84. de iureiur. hanc materiam copioſe tracto.q.51.num.79. & ſucceſſiue.vbi habes ipſam clare declaratam. & vide ſupra uerſic. adminiculum cæteris. & uerſic. imperfecta plura.

¶Proceſſus factus poſt recuſationem & allegatam iudicis ſuſpitionem non valet, ſecundum Hoſtien. de appel.cap.cum ſpeciali. quem refert ibi Ioan.And. Innoc.vero ibi tenet ſolam recuſationem non ſufficere ad impediendum proceſſum,niſi etiam interpoſita fuerit appellatio. ſequitur Specul. in tit. de recuſ.§.qualiter. verſic. quid ſi ſubdelegatus. Bald. in hoc diſtinguit in l. vni. C. ſi quacũ.præd.pot.vt per eum. Roman. conſilio 220. aliorum ſententijs in hoc relatis, ſub numero ſeptimo. verſic. ego autem. diſtinguit, quod aut recuſatio & ſuſpitio eſt ualida, & poſt eam allegatam proceſſus factus eſt nullus: aut eſt nulla, & tunc pro ſolã allegationem ſequentem proceſſus non annullatur. & ita tene, nam actus nullus non ſuſpendit iuris alicui competentis exercitium. de inius. teſta.l.ſi quis filio exhæredato.§.quod ſi quis.il 2. uide ſupra uerſic. Iudex ad ulteriora procedendo. & vide omnino allegat. Lap.1.quæ tota in hac materia uerſatur, iunc. add. Mandoſ.ſeni.ad eum.

¶Procurator conſtitutus ad accipiendum poſſeſſionem beneficiorum vacantium & uacaturorum in dioceſi, non poteſt capere poſſeſſionem vacantium in ciuitate. nam dioceſis appellatione uerè & propriè non uenit ciuitas,ut ſentiunt omnes in cap.Rodulphus. de reſcrip. & Cardin. in Clem.2. §. ſane. quæſtio.7.in fin. de elect. Felyn.in d.capit.Rodulphus.ſub num.20.verſic.ſed uerius puto.vbi loquitur in iudice,qui datus quod procedat contra hominem alicuius dioceſis,non procedet contra hominẽ
* ciuitatis: & ita omnes concludunt in d.cap. Rodulphus. & ita ſeruari de ſtilo curiæ dicit Gigas referẽs Compoſt.& Card.in conſ.23.nu.9.

Procurator in criminalibus, licet regulariter nõ admittatur ubi agitur de pœna corporali, l.penult.§.ad crimen.de pub.iud.l.ſeruum quoque. §.publice.de procur.tamen ubicunque contra abſentem ſententiam ferri poteſt, ſemper admittitur excuſator ad cauſas innocentiæ allegandas, & probandas. Ioan. de Mon. Sper.conſil.306.viſa quadam. per totum,
* & eſt magis communis propoſitio ſecundum Aret. conſ.146.uiſa conſultatione.col.2.uerſ.ſed concludo. poſt Bar.in d.§.publice. & in d.§.ad crimen. & in tract.de procur.quæſtio.8.Hyp.conſilio 17.uol. 1.Boſi.in tit.an in crim.iud.quis &c.num.7.Reper. Fely.verſic.procurator non poteſt. & uerſic.procurator quamuis. & ad materiam uide Staphil. ſuper commiſ.& lit. iuſt. uerſic. & primo ſciendum. in fi. Royas ſing.169.procurator.Nota tamen quòd ubi ſtatutum pro delicto imponit pœnam pecuniariã, & in ſubſidium corporalem, ut ſi dicat, reus condẽnetur in centum libris, quas ſi non ſoluerit infra menſem, amputetur ei manus, tunc reo non ſunt





dandæ defenſiones per procuratorem, nec venit fideiuſſoribus relaxandus, ſed, ſi eſt carceratus, detineri debet: ſi eſt abſens, perſonaliter comparere tenetur.Dyn. & Bart. cum approbatione Imo.in l.2. de pub.iud.Bar.in l.1. de cuſto.reo. Ang. de malef. in ver. pro quibus Antonius. verſic. ſcias etiam. & in ver.fama publica.num.67. Signor. conſilio 169. quæſtio.Hyp.conſilio nono.numero quinto.vol.1. Socin.iun.conſilio 34.volum.2. vbi de hac materia procuratoris in criminalibus.Quid autem ſit in patre,vide in conſtit. Ægid. fol.225. colum.prima, & Campa. ſuper cap.Reg. fol.232. numero 44. & de fideiuſſore vide glo.de eo quod cer.loc.l.ſi poſt moram. in glo.acceptus. & copioſe Foſſan. deciſ.265. num.7.& ſucceſſiue, vbi habes an procuratori contumacis actorum copia danda ſit, & acta communicanda. numero 10. & quid de indicijs & informationibus ad partes ſumptis.num.12. & ſeq.regulam copioſe cumulat Gabr.concl.lib.7. de malef. concl. 9.per totam.

Procurator generalis poteſt mutuam pecuniã ſecundũ regionis conſuetudinem ad cambia recipere. Rom. conſ.94.ſub num.7.verſ.quo ad ſecundum.& conſ. 114.ſub num.4.verſ.quo ad ſecundum. Fely. in cap. cum M.de conſtitut.colum.4. verſ. & hinc eſt etiã. Ruy.conſ.93.nu.5.li.5.quia mãdato generali ea veniunt, quæ ſunt de conſuetudine regionis, & conſtituentium, vt ſup.uerſic.mandato generali ea veniunt.

Procurator, licet in cauſa criminali interuenire non poſſit, vt ſupra uerſic. Procurator criminalibus. tamen, ſi interuenerit, & admiſſus fuerit, vel nec à parte, nec à iudice reiectus ſit, geſta per eum valent. l.quamuis indubitati. C. de adult. per quem tex.ita firmant.glo.in cap.1. de iud.in 6.Canon. in cap.veniens.de accuſ. Doct.in l.ſeruum quoque.§. publice.de procur. Bald. in l.ita demum. in fin. C.
* de procur. vbi dicit communem opinionem eſſe, quod valet proceſſus cũ eo agitatus, ſi oppoſitum non fuit. & Rom. conſilio 215. num.3. ubi ad hoc plures doct.citat Mandoſ. iun. ſuper uer. per eum. quam ſententiam etiam communem dicit Felyn. in cap. meminimus. de accuſ. quem refert & ſequitur Dec.conſil.469. in fin. applica dicta ſup. uerſ.conſenſus præſumitur in actibus. & inf.uerſ. taciturnitas in iudicio.

Procurator priuati & uniuerſitatis conſtitutus ad omnes cauſas, cẽſebitur etiam pro futuris conſtitutus. Bar.in l.illud.§.ſed ſi ita.ff.quod cuiuſq. vniuer.nomi.l.1.in fin.C.quæ res pign. oblig. poſ. licet idem Bar.in l.damni.§.ſi is.num.2.de dam.inf. & in d.§. ſed ſi ita. nam contra eum eſt communis opinio, ut per Alex. in addit.ad ipſũ, ſuper.d.§.ſi is.& tenuit Rota in nouis, deciſ.413. quam ſequitur Rebuf.in l.8.pag.84.in prin. de uer.ſign.& ita in procuratore per eandem Rot. iudicatum fuiſſe teſtatur Veral.deciſ.393.par.2.in uer.procurator.referunt Foſſan deciſ.59.

¶Producens aliquid in iudicio illud approbare cenſetur.Oldrad.conſ.498.num.7.& 292.colum.1.Inn. in cap.cum uenerabilis.de excep.Bar.in l.poſt legatum. de his qui. ut indig. Bald. in l.alio.C.eo. & in Margar.in uer.inſtrumentum quod quis produxit, & conſ.15.num.2.lib.2. Innoc.ſequitur Lap.alleg. 119.ſub num.1.uerſ.in eo enim.ubi Mandoſ.ſen.concor.citat ſuper uer.Innoc.& Rom. conſ.23.ſub nu. 1.uerſ.& hoc maxime.& ibi Mandoſ.iun.ſuper uer. reproductus,ubi plures in hac materia citat.& uide ſup.uerſic.inſtrumentũ in iudicio producens. quod adeo uerum eſt,ut ex hac productione fundetur cõtra producentem intentio eius, contra quem quid productum eſt.C.de lib.cau. l.cum præcum. rẽ rat. hab.l.ne ſatiſdatio. fam. erciſc. l.qui familiæ. Iaſ.in rubr.de iureiur.col.4.uerſ.Sexto not.limita.Soc.iu. conſ.69.num.12.lib.1.Pariſ.conſ.50.num.60.lib.1. Gabr.concl.lib.7.de malef.concl.7. per totam.uide ſup.uerſ.probatio uera contra reſpõdentem. & inf. uerſic.teſtes licet per unam partem. & uerſi.ſcripturam producens.

¶Prohibita quæ non ſunt cenſentur permiſſa. l.necnon.§.1.ex qb. cauſ.ca.inter corporalia. ad med.de transl.præl.l.ſtatuas.C.de relig.cap.primo,de procur.in 6.not.gl.mag.in 3.par. in l.edita.C.de eden. glo.in cap.paſtoralis.de appel. Oldr. conſilio 150. in eccleſia. colum. prima. ad med. uerſic. circa primum. Specul.in tit.de teſti. §.de teſtium. colum.1. uerſic.ſed nunquid. Rota Faſto. cauſa 20. dub.51. incip.ſecundum dubium. Bald. in capit. primo. de prohib.feu.alienan.per Feder. colum. prima, poſt prin.uerſic.quæro. Socin.conſilio 70. colum.1.poſt prin. uerſ.his tamen. & conſilio 147. colum.tertia, poſt princip.uerſic.circa ſecundam. uolum. primo. conſilio 63.colum.1.in medio.uerſic. ex quo.uolu. 3.Iaſ.in l.centeſimis. §. ſi ita ſtipulatus. numero 10. de uerbor.obligat.& in l.cætera.poſt prin. de lega. primo.Oldrad.conſilio 228. in prin. Alber. de ſtatu.p.2.quæſt.177.colum.prima.poſt prin. Roman. conſilio 13.col.fin.ad fin. Oldrad.alibi conſilio 190. poſt prin.uerſic. ſed in contrarium. & conſilio 187. poſt prin.Franc. Nicon.ad cap.quoniam contra. de prob.p.1.nu.339.

Prohibita quæ ſunt per teſtatorem, licet alienari poſ-
* ſint pro reſtituẽda dote eius uxori, ex ſententia cõmuni, de qua per Corn. conſilio 38. placet mihi. colum.4.in fin.uolum.1.quam teſtatur communem Socin.iun.conſ.28. col.2. in fin.uol.2. & ante eum Soc.ſen.conſ.23.col.2.uol.3.Dec.conſ.376.col.1.& 2.519.col.2.Curt.iun.conſ.59. col.1. Goz.conſ.97. col.3.poſt Crot. in l.filiuſf.§. diui.de leg.1.col.49. uerſ.Octauo quæritur. ubi concludit mulierem pro dote ſua conſequenda habere hypothecariam in bonis fideicõmiſſo ſubiectis, & quod iſtud ius cõpetit etiam eius hæredibus,licet extraneis,ex Bal.Pau.& aliis in Aut.res quæ.C.com.de lega.tamen ſi ſit aliquis creditor antiquior ipſa muliere,is præfertur.eſt
* communis ſententia cum gl.in §.fuerat.Inſt.de act. ubi Iaſ.nu.72.Gomeſ.nu.27.Zaſi.nu.24.& communem teſtatur Bal.nouel.de dote.priuil.10.col.1. Neguſ.de pignor.p.2.mẽb.4.nu.98. Quã materiã late diſputãt Ab.& Barb.in c.ex literis.de pig. Io.Ignei in q.an rex.nu.138.quia iuri non cõuenit,ut quis in fraudem ſuorũ creditorũ bona ſua inalienabilia faciat.pro qua uide Rom.cõſ.233.& Rol. cõſ.85.nu. 24.uol.1.& hæc faciunt ad Venet. ſtat. lib.1.c.34.

Prohibitio alienationis ampliat relictum. Bald. per illum text. in l. proculus. in princip. de uſufruct.

vt, ex quo teſtator prohibet alienari, intelligatur etiam relinquere illi quem prohibet. Bald.ſequitur Rom.conſilio 206. licet de communi. num.4. idem tenet Alexand. conſilio 150. viſo themate. num.1. in fin.volum.7.vbi ex Bald.vbi ſup.dicit, quod ſi teſtator reliquit vxori vſumfructum fundi, & prohibet vxorem poſſe alienare fundum illum,quod per illam prohibitionem videtur ſibi relinquere proprietatem. Ang.in d.l.proculus. Paul.conſ.376.lib. 1.Alexand.in l.ſi conſtante.colum.1. in prin.ſolut. mat.Feret.caut.2.Alciat.in l.recte dicimus.glo.1.de verb.ſign.Barbat.conſil.64.num.6.verſic. & adducit Bald.volum.2.Crem.not.27.Maritus.Hyp.ſing. 561.Capias.Curt.iun.conſil.14.viſis.poſt prin.ver. & idem dicit Bald. vbi adnotaui ſuper ver. plenam proprietatem. & ſecundum dictum Bald. conſuluit Pariſ.conſil.7.A cum haberet.volum.2. ſequitur Picus in l.Titia.§.Titia.num.171.de lega.2.Quod dictum declarat Crau. conſil.25. dubia enim. nu.31. verſ.ex præmiſſis.vol.1.

Prohibitio alienationis facta à teſtatore, adiecto hoc, quod velit bona hæreditaria perpetuo manere penes eius deſcendentes,aut poſteros, extenditur etiã vltra quartam generationem in infinitum. Iaco. de Beluiſ.& Ang.in §.nos igitur.in Auth.de reſt.fidei. per text.in l.vlt. C. de ſuis & legit. l.cognoſcere.§. vlt.de ver.ſignif.l.iuriſconſultus.§.parẽtes.de grad. & in Auth.de hær.ab inteſt.§.1.Bart.in Aut.de reſt. §.1.Iaſ.in l. filiuſf.§.diui. in 2.lect. num. 155. & in 1.lect.num.113.de lega.1. & in l.vlt. num.5. C.de hær.inſtit.Alexand.conſil.59.num.2.volum.1.Soc. ſen.conſi.43.volum.3.Dec.conſ.364.& 625.dictio enim,perpetuo,idem importat quod,ſemper,& trãſit ad ſucceſſores in infinitum,d.l.vlt.C.de ſuis & legit.l.1.ſolut.matr.Bar.in l.voluntas.C.de fideic.Socin.conſil.44.colum.2.num.4. & 5.conſi.84. num. 4.conſi.51.nu.4.& conſil.57.col.2.vol.4. Cur.ſen. conſil.40.colum.8.verſ.quod etiam ponit.& conſi. 45.colum.4.Corn.conſil.59.uolum.2.& conſ.230. colum.penult.volum.3. Dec.conſil.38. colum.2.in quibus locis omnes concludunt, quod per hoc verbum(perpetuo) omnes cenſentur prohibiti alienare in infinitum, & vltra quartum gradum. pro quo vide ſupra verſic.dictio, perpetuo. & infra verſ.prohibitio alienationis facta liberis. & verſic. verbum (perpetuo.)

Prohibitio alienationis facta extra familiam, non extenditur ad hæredem legitimum, ita Bar.poſt Iaco. de Are.in l.Lucius.§.1. de lega.3. dato etiam quod non ſit de familia, quominus in eũ fieri poſſit alienatio.veluti in matrem,nepotes ex ſorore, & ſimi-
* les.l.1.de fun.dot.& eſt doctrina Bart.communiter approbata in l.ſi ita quis.§.ea lege. de uerbor.obli. l.pen. §.fratre. de alien. iud. mut.cau. fac.ſequitur Ang.in l.ea lege.C.de condic.ob cau.& in conſil.7. ex dicto.colum.2.verſic. contrarium credo uerum. & conſil.57.Domina Andrea. colum.4. uerſ. & di-
* cendum eſt quod non. & hanc ſententiam eſſe communem teſtantur,Corn.conſil.236. colum. penult. uolum.3. Alexand. conſilio,55.ponderatis.colum. 2.uerſic.tamen præmiſſis. uolum.3. Iaſ.conſil.142. col.pen. uol.2. uide infra uerſ. prohibitus alienare extra certum. Quis autem dicatur hæres legitimus. uide ſup.uerſ. hæredis legitimi. Ad propoſitionem uide Pariſ.conſ.89. nu.37. uol.2. ubi eam ampliat etiam ſi concurreret duplex prohibitio,quia nõ per hoc excluditur alienatio legalis, & neceſſaria.

Prohibitio alienationis facta filiis, non extenditur ad nepotes. §.nos igitur. in Auth. de reſtit. fideicom. collat.9. ubi Accur. ſuper uer.uoluiſſe. iſtud notat. cuius opinio communis eſt cum Bart.in l.filiusfa.§. diui.de lega.1.q.10.hanc ſententiam cum.d.glo.tenuerunt Rayn.Bal.Im. & Alex. in d.§.diui. & alibi Cyn.Bal.& Salyc.in l.uoluntas.C.de fideicom.Bar. alibi in l.Lucius.§.1.de lega.3. Bald.in l. Titius, in prin. de lib. & poſthum. & in l.quiſquis. C.ad leg. Iul.maieſt.& eſſe communem teſtatur Iaſ.in d.§.diui. in 1.lectu. col.14. uerſ. Decimo quærit Bart. & in 2.lectu.colum.21.uerſic. Decimo quærit.Bar.ibi tenendo tamen communem. Nam cum huiuſmodi prohibitio ſit odioſa,non eſt amplianda nec extendenda ultra perſonas expreſſas. Dec.conſ.377. uiſis.colum.3. uerſic. & hoc confirmatur. Odia enim reſtringi debent. reg.odia.in 6. & in odioſis appellatione filiorum non ueniunt nepotes,ut ſup.uerſi. filiorũ appellatione licet.ꝙ eſſet ſi extẽderet,nã induceret fideicõmiſſum, ꝙ eſt odioſum,ut ſup.verſ. fideicõmiſſi materia, & uerſ. fideicommiſſum dicitur onus.Niſi prohibitioni adiecta eſſet cauſa, quia uolo bona mea conſeruari in familia. Bar.in l.pater filium.§.fundum.de lega.3.Rom.conſ.457.Dec.cõſilio 182.Rip.in d.§.diui.ſuper.10.q. Bar.uerſ.circa tertium.Soc.iun.conſ.163.ſubtilis.colum.4.uerſic. ex his ergo. uolum.2. & conſil.180. ut præſens conſultatio.colum.7. uerſic. in oneribus enim.eod. uolum.

Prohibitio alienationis facta liberis, & deſcendentibus, & in perpetuum,comprehendit omnes deſcendentibus maſculos in infinitũ.l.ſciendum.ff.de uer. ſign.ita Iacob. de Beluiſio, in auct. de reſtit. fideic. in fine. dum ex hoc limitat illam regulam, Quod prohibitio alienationis extra familiam facta in perpetuum, non extenditur ultra quartum gradum poſt prohibitum, ut in d.Auct.in uer.codicillus. & Iacob.de Beluiſ. dictum refert & expreſſe ſequitur Alexand. in conſilio 56. incip. conſideratis uerbis teſtamenti.numero primo uolum.primo, & conſil. 59. attentis uerbis. uolum. tertio. numero quarto. ſequitur Iaſ.conſilio quarto. numero octauo, uolu. primo.in l.fin.numero quinto. C. de hæred. inſtit. l.filiusfam. §. diui. in prima lect. numero 113. & in ſecunda lect.numero 55. de lega.1. & ibi Crot. nu. 174.Ferd.Loaz.numero 493. Dec. conſilio 482. in caſu. numero nono, conſilio 516. quoniam cauſa. numero 16.conſilio 635.uiſo copioſo. num.octauo, & in cap. nouit. not.6. de iudic. Barb. conſilio 14. Deum inuocent.ſub numero tertio.lib.3. Nat.conſilio 437.pro fundamento. numero primo. Cæph. conſilio 134.in præſenti. numero 30.Dilec.de arte teſtan. tit.octauo, de uar. teſt.præcep. caut.2. incip.prohibitio. numero tertio. Didac. uariar. reſol. lib.tertio, cap.quinto.numero tertio.uerſic.Secundum.Porti.conſilio 40. Anno Domini. num.ſexto, & 28. Marz. in tract. de fideicomm. ſubſtitut. par. ſecunda, quæſtio. decimaquarta. uerſic. ad tollendam tamen.Gra.conſ.trigeſimoprimo.Thema tale. num.24.



num.24.conſi.133.pro reſolutione.ad fin.vol.2.vi. ſupra verſ. dictio,perpetuo,& verſ. prohibitio alienationis facta a teſtatore.

Teſtibus apertis & publicatis, & ſi non liceat vlterius examinare propter timorem ſubornationis, iuxta cap. fraternitatis, de teſti. tamen ſecus eſt quando primum examen eſſet nullum, quia non rite factũ: nam tunc teſtes poſſunt reexaminari, & referre ſe ad depoſitionem in primo examine factam. Alexand. conſil. 16. num. 6. volum. 1. & ita Rot. iudicaſſe teſtatur Veral. deciſ. 287. lit. T. par. 3. poſt Doct. quos ibi citat. ea ductus ratione, quia teſtes nõ poſſunt dici incerti, cum habeant relationẽ ad id quod prius factum fuerat, licet nulliter; & hoc verum præſertim ſi nullitas à culpa iudicis proceſſerit. Gui. Pa. deciſ. 72. & deciſ. 124. ubi dicit ita eſſe de conſuetudine omnium curiarum. Roland. conſil. 52. num. 18. volum. 4. & ita omnes tenere teſtatur Iaſ. in l.
* qui per ſalutem. num. 3. de iureiur. Pro qua materia, an ſcilicet teſtes poſt didicita teſtificata poſſint examinari ſuper eiſdem capitulis, vel directe contrarijs, vide quæ ponit late Gabr. concl. lib. 1. de teſti. concluſ. 21. per totam.

Teſtibus duobus deponentibus in ſpecie, magis creditur, quam mille deponentibus in genere. ita Alberic. in l. turpia. de lega. 1. refert Iaſ. conſ. ſecundo, numero vndecimo, & conſil. 178. numero tertio, volum. primo. Dec. conſil. 448. numero 37. Gabriel. commun. opin. lib. 1. tit. de teſti. concluſ. 4. nu. 72. vbi alios adducit. Nat. conſil. 362. num. 13. & conſi. 372. numero decimo, & vndecimo. Crauet. conſil. 94. numero tertio, volum. 1. Nota tamen, quod cum materia probatoria principaliter conſiſtat in iudicis arbitrio, iux. doctr. Paul. Caſtr. in l. admonendi. de iureiurand. ideo poteſt iudex etiam teſtibus plene deponentibus non adhibere fidem. Bart. in l. Lucius. de his qui not. infa. Bald. in l. cum magiſtratus. C. quando prouoc. non eſt neceſ. Curt. iun. conſil. 52. numero octauo, conſil. 106. numero quarto, & conſil. 178. numero ſecundo, & vbique addo. Dummodo tamen id faciant ex cauſa, & quando id facit, caueat ſcribi facere in actis cauſam, quare teſtibus non adhibuit fidem, ne poſtea moleſtetur in ſindicatu, ex conſ. Bar. in d. l. Lucius. ſequitur Gram. deciſ. 34. num. 47; deciſ. 92. numero 24. & 25. & voto 24. numero 20. & 22. vbi in hac materia multa ſcribit.

Teſtibus particularibus aut ſingularibus poteſt iudex aliquando fidem adhibere. ita Paul. de Caſtr. in l. admonendi. colum. octaua, de iureiurand. & in l. Lucius, de iis qui not. infa. refert & ſequitur Socin. conſil. 262. num. 12. p. 2. & conſil. 11. num. 6. p. 3. Curt. iun. conſil. 106. num. 4. & 9. Crauet. conſi. 78. num. 7. & conſil. 267. Neuzan. in Sil. nup. lib. 5. nu. 123. Pariſ. conſil. 57. num. 48. volum. 1. cum materia probationum iudici arbitraria ſit. Cæpo. conſil. 3. in fin. Dec. conſilio 163. colum. ſecunda, verſic. & per hoc non obſtat quod confeſſiones, & conſilio 463. in fin. cauſa autem iuſta credendi teſtibus ſingularibus eſt eorum integritas & legalitas, & quod deponant veriſimilia. Deci. d. conſilio 463. in fin. Marſil. conſilio 39. colum. tertia. in fin. & conſilio 71. colum. tertia, circa med. Crauet. de antiquitat. temp. p. prima. §. octaua datur. num. 11. Gabriel. plures in hanc ſententiam adducens concluſ. lib. 1. de teſti. concluſ. 2. nu. 62.





Teſtibus pluribus deponentibus eundem ſermonem, eiſdemque uerbis utentibus non datur fides, eorumque dictum redditur ſuſpectum. l. 3. §. primo. & ibi Bart. de teſti. Ioan. And. & alij in cap. nihil obſtat, de verbor. ſignificat. ſequitur Iaſ. conſil. 22. nu. 8. volum. 1. Alexand. conſil. 47. num. 5. volum. 2. conſil. 105. num. 22. volum. 4. Barb. conſil. 3. num. 16. lib. 3. conſil. 65. num. 21. eo. conſil. 11. num. 13. volum. 4. Nat. conſil. 96. num. 8. preſumuntur enim ſubornati. Socin. conſ. 274. num. 12. volum. 2. Crau. conſil. 78. in fin. & dicit Oſaſ. deciſ. 128. reſcripto. num. 10. quod teſtis præmeditatum ſermonem referens, & nimis animoſe deponens reijcitur.

¶ Teſtimonium eius qui propriam turpitudinem conatur tegere, vel iniuriam abſtergere, ſuſpectum redditur, vt dicunt doct. in capit. ſuper eo. il 2. §. 1. de teſti. ſequuntur Curt. iun. conſil. 27. ſub num. 4. vbi loquitur in matre deponente pro filia in cauſa matrimoniali. Alciat. de præſumpt. reg. ſecunda, numero quarto, verſic. & ex hac. Dec. conſil. 311. numero primo, in fin. vel etiam ſi de ſimili iniuria vindicanda ageretur, vti cum alias nuptias poſteriores contraxiſſet, vt per Socin. ſen. conſilio 17. colum. tertia, verſic. Item & ex alio. volum. primo. Sic aliis in caſibus ratione honoris ſenſit Felyn. in d. capit. ſuper eo. numero ſexto, in fin. & numero ſeptimo, qui aduocatos inſtruit vt magnam parentum affectionem deducant & probent. Idem ſenſit Pariſ. conſilio 15. numero 27. & 28. volum. 2. & conſil. 55. num. 35. volum. 4. Gram. conſil. 26. num. 45. qui reſpondit contra teſtimonium filii pro matre, vt per eum ibi. vide ſupra verſic. mater & aliæ perſonæ.

¶ Teſtis, criminalibus, etiam non interrogatus cauſam vel rationem ſui dicti reddere tenetur, alioquin nõ probat. Salyc. in l. fin. C. de probat. Roman. in rub. de arbitr. colum. 9. Mil. in pract. crimin. ar. par. 26. num. 18. cum ſequen. Alexand. conſil. 15. numero ſexto, volum. primo. Quod tamen procedit in teſte contra reum deponente, ſecus ſi in fauorem eius, quia tunc etiam non aſſignanti ſponte rationem fides adhibetur, tantus eſt fauor abſolutionis. l. Arrianus, de act. & oblig. l. abſentem, de pœn. l. fauorabiliores, de reg. iur. late Hyp. ſingul. 621. & 658. ibi. Teſtis in cauſis, & conſil. 4. numero vndecimo, par. prima, vbi multa conſil. Alexand. ad hoc refert. Crau. conſi. 2. nu. 3. p. 1. vbi multa ad materiam teſtium.

Teſtis deponens de veritate delicti, ſi eſt integer, facit indicium ad torturam. gloſ. in l. ſi quis. in ver. conuictus. C. ad l. Iul. maieſt. vt late proſequitur Rolan. conſilio 7. volum. primo. Cæpo. ante ipſum conſil. crim. 40. in 4. dub. Paris de put. de ſindic. cap. 12. in princ. ſecus ſi deponat de aliquo actu remoto vel proximo ipſi maleficio, tunc enim vnus non facit indicium ad torturam, ſed requiruntur duo ad pro-
* bandum indicium, vt communiter teneri dicit Soc. conſil. 54. num. 2. volum. 3. Hyp. conſil. 59. num. 6. Alciat. conſil. 455. num. 1. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. circa fin. Affl. in conſt. Humanitate. ſub num. 21. verſic. quæro pro declaratione. Carau. ad Rit. 41. item ſi accuſetur. nu. 7. qui omnes concludunt ad torturã, non ſufficere unum teſtem, niſi ſit omni exceptione maior, & deponat de veritate delicti. vide ſup. uerſ. actum humanum omnem.

Teſtis deponens falſum coram vno iudice, licet alterius iuriſdictionis ſit, iudicari tamen & puniri poteſt pro falſo ab eo iudice, coram quo falſum depoſuit, nec alius iudex de hoc conquæri poteſt. Guil. Benedict. in capit. Raynuntius, de teſtam. in ver. & vxorem, deciſ. 2. num. 434. Auffrer. de poteſt. ſecul. ſuper eccleſ. regu. 1. num. 8. Didac. pract. qq. c. 18. num. 8. Materiam huius propoſitionis declara ex dictis ſup. in uerſ. Clerici cum in ciuilibus. Clericus coram iudice ſeculari. Clericus licet in habitu. & verſic. remiſſiones de conſuetudine. & copioſe Foſſan. deciſ. 266. ſubditus cuiuſdam.

Teſtis deponens per uerbum (uel circa) non probat. cap. fin. de deſponſ. impub. quem tex. Ant. de But. reputat ibi ad hoc not. vt dicit Curt. iun. conſ. 144. numerõ quarto. Ruin. conſil. 10. numero tertio. vol. quinto, Bald. in l. ab hoſtibus. §. ult. num. tertio, ex quib. cau. maio. Guid. Pap. ſingul. 436. quem ſequitur Rebuf. in praxi benef. in tit. de diſpen. rat. æta. in uerſi. ſeu circa. num. 5. & 6. de quo uerbo, & quo modo intelligatur, ſcribit Menoc. de arbit. iudi. lib. 2. centu. 1. caſu 46. per totum. ubi multimode exemplificat.

Teſtis deponens ſuper ætatis probatione, ſufficit ſi dicat, ſcio quia ſum uicinus, uel conſanguineus. Bart. in l. de ætate. quæſtio. ſecunda, de minor. in l. de tutela. C. de in integr. reſtit. min. Bald. in l. teſtium. colum. fin. circa fin. C. de teſti. Bart. conſil. 92. col. ſecunda, in fin. & ſequen. Salyc. in l. ſi minorem. colum. tertia. C. de in integr. reſtit. Barb. conſil. 53. colum. prima, uolum. ſecundo. dummodo ſit maioris ætatis illo, pro quo deponit, ſecus ſi minoris. Caſtr. in l. prima, in fin. ſi cer. pet. & ibi Curt. iun. col. 9. & Aret. colum. quarta. Felyn. in cap. literis. limit. 2. de præſump. qualis autem ſit iſta probatio, uide ſup. uerſ. probatio quæ ſit.

Teſtis depoſitio de credulitate atteſtantis, admittitur in criminalibus ad excuſandum reum a pœna mortis. ueluti ſi teſtis dicat, ſe credere inquiſitum uulneraſſe uel occidiſſe ad ſui corporis neceſſariam defenſionem, ita Bald. & Salyc. in l. ſolam. C. de teſti. Alexand. conſilio 76. uiſa inquiſitione. numero quinto, ubi modificat, dummodo exprimat cauſas tendentes ad hoc, & conſilio 109. num. ſeptimo, uolum. primo. Dec. conſil. 459. & conſil. 469. Hyppol. ſing. 19. & ſing. 183. Secus in ciuilibus, ibi enim teſtis de credulitate deponens non probat. gloſ. & doct. in l. teſtium. C. de teſti. Hyp. d. ſing. 19. Crau. conſilio ſecundo, uerſic. tertio dico. uolum. primo. uide Oſaſ. deciſ. 122. numero primo. Ang. in l. ſciendum, in repet. in ſecunda, colum. de uer. oblig. ubi dicit, quod teſtes qui deponũt per uer. iudicio ſuo, non probant, refert & ſimpliciter ſequitur Alexan. conſilio 74. uiſo teſtamento. numero ſexto, uolum. 1. & conſil. 147. num. 16. & 17. uolum. 2. Dec. conſil. 256. in cauſa. numero quinto. Nat. conſil. 196. num. 4. conſ. 315. num. 6. Mazol. conſ. 63. nu. 20. & conſi. 101. num. 96. hoc enim modo dicuntur iudicare. Dec. conſ. 189. Lætatus ſum. num. 6. Crau. conſ. 13. nu. 43. & conſ. 262. nu. 4. in fi. ubi de teſtib. iudicãtib. i crimine hæreſis. declarat Rol. cõſ. 57. n. 33. li. 1.

Bal.in repet.l.de quibus, colum.25, de legi. vbi loquitur in teſte dicente, videre meo, ita fuit obſeruatum, vt nihil probet, quod not, Bart. in l. quid tamen, §.ſi arbiter. ff. de arbitr. vide infra verſic.verbum,credo.

Teſtis depoſitio ſecunda referens ſe ad priorem ſuam depoſitionem eſt admittenda. Sali.in l.iuſiurandū. C.de teſti. Dominicus in cap.teſtes. 3.quæſt.9.Bald. in cap.literis.colum.2.de præſum.Felin.in cap.cum in tua.colum.1.de teſti. vbi concludunt quod valet dictum teſtis dicentis, dico prout in alia mea depoſitione.ad idem Bar.in l.eos. verſ.quæro pro declaratione.ff.de falſ. quod etiam procedit quando prima depoſitio fuiſſet nulla. Bart. in l. legata inutiliter. colum.1. uerſ. facit in argumentum, de lega.1. Bald. in l.geſta. de re iud. quos ad hoc refert Gig. conſ.1.nu.5.

Teſtis depoſitioni factę in tortura, licet credatur quando varius reperitur, l.ſi poſtulauit, §.ſed ſi negauerit.ubi Bart. de adult. & in l.eos. de falſ. Alexand. conſil.63. uolum.1. & conſ.261. uolum. 6. tamen hoc non procedit quando teſtis eſſet periurus, quia contra tertium non creditur ei etiam in tortura teſtificanti, ratione periurij. Dec.conſ.189.colum.6. uerſic.nec obſtat quod infamia. Alexand.conſi.81. col.6.uerſ.deponit etiam.uol.3. & conſ.154. col.fi. uol.5.Corn.conſ.58.col.2.poſt med.uol.1.

Teſtis dicto ſuo falſitatem aliquam licet annectat, etiā ſcienter, nihilominus ualet eius depoſitio, dummodo falſitas illa non tangat negotium principale, ſuper quo deponit, ſeu eius ſubſtantiam, ita Anto.de But.in cap.cum cauſam.in fin.de teſti. poſt Specul. in tit.de teſte. §.1. in uer. item quod aliquid addit de ſuo.ſequitur Iaſ.conſil.42. ſub num. 10. uerſi.& propterea, & in l.2. ſub num.16. C. de bon.poſ.ſec. tab.l.ſi ex falſis.num.10.C.de tranſ.l.1.num.45.de of. eius, & ad hoc ut poſſit puniri de falſo, requiritur quod falſitatem commiſerit ſuper principali negotio, non autem ſufficit ſi ſuper incidenti. punitur tamen extraordinarie arbitrio iudicis. Iaſ.in l.ſi quis nec cauſam, in prin.num.22. ſi cert. pet.in l.1. §.1.num. 10.de no.op.nunt. Marſil. ſing.76. communis concluſio. uide ſupra uerſic. libris in parte defectuoſis, & infra uerſic.teſtis in parte uerus.

Teſtis falſarius licet extraordinarie à iudice punitus fuerit, non ob id ſublata eſt iudici facultas puniendi ipſum pœna ordinaria legis Corneliæ de falſis. ita Cyn. in l.nullum. C. de teſti. Abb. in capit.1.de crim. falſi.num.5. Iaſ.in l.1.§.qui mandatam.de offic.eius cui mand.eſt iuriſd.Dec.in cap.præterea.de offic.deleg.cum concor.per eos.adduc. Roma.conſil.213. præſuppoſito pro uero.conſ.375.in propoſita quæſtione.Bald. in d.l.nullum. Ad hanc propoſitionem faciunt dicta ſupra uerſic. condemnatus a iudice eccleſiaſtico. & ad materiā puniti ab uno iudice, an poſſit ab alio diuerſam iuriſdictionem habente etiam puniri, uide copioſe dicta per me in qq.legal.quæſt.17.numero 47.& ſucceſſiue, & uide ſupra uerſic. punitus ab uno iudice, & de teſte dicente falſum, an & quando puniatur de falſo, uel non, uide Gabr, lib.7. concluſ. de malef. concluſ.8. num.16.17.& ſequen.

Teſtis idoneus unus, & omni exceptione maior, licet ſufficiat ad faciendam ſemiplenam probationem, uel indicium de actu principali, ſecundum Bart. & Doct.in l.admonendi.de iureiur.tamen ad probandum indicium remotū, ſufficiunt duo teſtes minus idonei, nec omni exceptione maiores.Bald.Sali.& alij communiter in l. cunctos populos. ad fin.C.de ſum.Trin.& fide cathol. Bart.in l.1. §.quæſtioni fidem.de quæſt.Brun.de indici. colum.2. in fin. Soc. conſil.54.colum.2.in prin.uolum.1. uide ſup. uerſ. teſtes duo requiruntur, & uerſic. dictum teſtis ſolius.

Teſtis imperfecti qualitas coadiuuatur & ſuppletur per alium perfectiorem. Alexand.conſil.24.colum. 6.uerſ.nec prædictis obſtat.& conſil.166. colum.6. uolum.2.& conſil.120.num.23.uolum.4. Dec.in c. cauſam quæ.num.1.de offic.deleg. & in capit. licet cauſam.num.19. de prob. Iaſ.in l.ſi quis ex argentariis.§.1.de eden. & in l. ſi emancipati. C. de collat.colum.4. late Crau. conſil.73. num.27. Ceph. conſil.656.num.46. uide infra uerſ. teſtium debilitas. & facit, quia integerrima fides unius ſupplet defectum alterius, & ratione adiuncti purgatur ſuſpitio alterius, ut per Iaſ.copioſe ad l.prætor ait. de eden.§.cogentur.nu.2.& 4.

Teſtis in parte uerus & in parte falſus, in totum reputatur falſus. Alexand. conſil.53. in cauſa. num. 12.uolum. ſeptimo. Bart. Bald. & alii in l.ſi ex falſis. C. de tranſact. quos ſequitur Marſ. ſingul.76. communis, ubi copioſe de hoc, & in l.eos qui.num. 24. ff. de falſ. Rimin. iun. conſil. 113. uidebatur. numero 40.Nat.conſilio 315. in quæſt. numero 4. Ceph. conſilio 98. Dominus. num.37. Beci.conſil. 86. uidebatur. numero 15. &16. pro declaratione uide ſupra uerſ. teſtis dicto ſuo. & adde Innoc. in cap.fraternitatis, de hæret.in prin. Specul. in tit.de teſt.§.1.uerſic. item quid. Quod procedere etiam non diſtincto utrum capitula ſint ſeparata uel connexa, dicit Oldrad. conſilio 37. in prin. Bald. in l. fin.in 4.op.C.de edic.Diui Adr.tol. late Felin.in d. capit.fraternitatis. in uerſ. tertia concluſio principalis, quem refert Gig. conſilio primo. numero 28. Gabr.lib.ſeptimo, de malef.concluſ. quarta.per totam, ut etiam de inquiſitione, quæ falſa in uno capitulo, arguitur falſa tota, dicit Mantua conſilio 32. num.32. & conſil.62. num.36. Ceph. plures referens conſ.462.num.29.

Teſtis iuratus præſumitur, ſi notarius ſcribat talem teſtem iuratum reſpondiſſe.Bar.in l.Theopompus. colum.prima, poſt glo.ibi de do. præl. quam gloſ. dicit ſing. Bald.in cap. cum in iure.colum.ſecunda, de offic.delega.not. Abb.& Felin. in cap.tuis.num. ſexto, de teſti. & eſt communis ſententia teſte Alc. de præſum.regu.tertia.cap.13. numero quarto, & ſi ſemel iurauit parte citata, an, ſi uelit dictum ſuum declarare, pars iterum citari debeat, ponit copioſe Rebuf.in l.quod iuſſit.num.155. de re iudic. & cumulat pro negatiua Gabr. concluſ. lib.2. de citat. concl.1.num.185.

Teſtis non habens tantum in bonis quantum eſt cauſa ſuper qua deponit, an ſit idoneus necne, eſt iudici arbitrarium. gloſ. in §. ſi uero abſunt. in uer. facultatem. in Auct. de hær. & falcid. quam ſequitur vt ſingularem Roma.in l.2. in princ. qui ſatiſd.



tiſd. cog. Ale.cōſi.21.Viſo proceſſu.vol.3. ſequitur Deci.conſi. 105.& pro tenui. numero 5. Socin.reg. 442.fal.3. in fin. Dictum hoc improbat Iaſ.in auth. præterea.col.pen.C.vn.vir & ux. in l.ſi conſtante. 2.lect.nu.142.ſol.mat.& ibi Rip. nume. 32.& 33. Deci.conſi.163. in cauſa.in fi. Crot.de teſti.par. 4. nume.133.Apoſtil.ad conſi.Alex. 237. perſpectis. nume.4.vol.6.declarat Deci.d. auth. præterea.nu. 16.imo relinqui arbitrio iudicis quis dicatur pauper, dicit Meno.de arbitr.iud.lib.2.cent.1. caſu 65. numero 11.vi.ſup.verſi.teſtes deponentes. ad materiam teſtis pauperis ui. per Gabr. concl. lib.1.de teſti.concl. 18. per totam.

Teſtis unus ex pluribus a notario receptis ſi accuſetur de falſo, & dicat notarium aliter ſcripſiſſe quam ipſe depoſuerit, quo ad crimen falſi non magis creditur ſcripturæ notarij contra teſtem, quam teſti contra notarium. * eſt propoſitio communis ſecundum Alex.conſi.74.viſo teſtamento.col.pen.in fi.vol.1. & conſi.65.col.2.vol.2.pro quo ui.omnino Aegid. Boſſ.in tit.de falſ.numero 16.& 17. & Rol. conſilio 38.vol. 1. Contrarium in iudicio & in pract. ſeruari dicit Ioan.de Ami.conſi.119.nu.5. vi. Fel.in c.cum cauſam.in fi.de teſti.

Teſtis ut ab aliquo repellatur tanquā inimicus, ſufficit offenſam factā inter eos, licet alter ignoret. ita Bar. in l.1. in fi.per illum tex.de his quib.ut indig. quem ſequitur Imo.in c.Raynutius. de teſtam. Iaſ. conſilio 153.num.25.verſi. accedat.vol. 2. & conſi.167. num.8.vol.4.& in l.ſororem.col.vlt.C.de his quib. vt indig.Gram.voto 24.in cauſa Nicolai. nume. 1. vbi hoc ſingulare dicit.Hypol.in l. 1.§.præterea.nume.3.de quæſt.ubi multa cumulat.Vinc.Paleot. inter conſi.Alex.conſi.127.viſa inquiſitione.num.19. vbi hanc propoſitionem formaliter ponit. volu. 4. ſequitur Craue.conſi. 9. nume.6.Boſſi.in tit.de Inquiſit.nume. 52.Gram.conſi.2.in cauſa Regii. nu. 15.conſi.15.conditoris. nume. 13. & conſil. 46. & voto.3.nume.30.

Teſtis ut famam probet, debet deponere audiuiſſe a maiori parte.Bart.in l.de minore.§.ſi plurium. col. 5.verſi.ſed quid ſi dixi.ff.de quæſt.& in l.3. §. eius quoque.ff.de teſti.in fin. Ang. in l. 3. ff. ad Maced. Imo.in l.hæredes palam. in princ.de teſtam. Alex. conſi.20.inc.in cauſa appellationis.nume.9.vol.4. & conſi.94.in cauſa & lite.num.11.vol.2.Bald. conſi.406.lib.1.Curt.ſeni.conſi. 82.col.6.Deci.c. quia nos.not. 2. de appell. Pariſ. loquens de probatione famæ, in conſi.153.nu.13.& 14.vol.4.Gig.conſi.41. viſo & diligenter.nu.11.vi.ſup.verſic. teſtes de auditu deponentes.

Teſtis ut indicium faciat ad torturam debet eſſe omni exceptione maior, concurrente fama contra carceratū: Bart.in l.1.§.idem Cornelio.& in l.maritus.de quæſt.Bal.in l.milites.C.eo.& in c.1.§.ſacramentū. de conſuet.rec.feu.Alex.conſi.180.col.2.vol.2. Iaſ. conſi.22.uol.1.Deci.conſi.37.in cauſa rigoroſæ.colu.4.Gram. conſil.26.nu.48. Nouel.in praxi crim. nume.8.car.7.par.dicitur autem omni exceptione maior, contra quem nulla exceptio opponi poteſt. glo.in §.item uerborum.inſtit.de inutil.ſtipul. glo. in c.1.in ver.maiores.de conſang.& affin. Alex.conſi.64.col.2.uol.1.& conſi.72.col.pen.vol.2.Dec.in l.2.de reg.iur.Craue.conſi.99.col.pen.Rol. conſil. 7.nume.13.vol.1.Campan.ſuper. c. Regni, vbi. nu. 48. Et nedum debet eſſe omni exceptione maior, ſed debet etiā deponere de uiſu ſuper actu de quo quæritur. * eſt communis Doct.ſententia cum glo. in l.ſi quis.C.ad l. Iul.Maieſ.Bart.& alii in d. maritus. Car.& Imo.in clem.1.de hæret.glo.communiter approbata in l.in bonę fidei.C.de reb.cred.& in l.admonendi.de iureiur.Squil.de fi.cathol.c.31.Siman. in praxi hæreſ.tit.52. nu.13. vbi tractat de tormentis.Carrer.in pract.cri. nu.110.verſi. primum fallit. Plot.in l.ſi quando. C. un. ui. §.53.verſiculo ſexto quæro.nu.2.

Teſtium debilitas per conteſtes fide digniores firmatur, eorumque defectus aliorum idoneitate purgatur. Bal.per illum tex.in l. ſi quis ex argentariis. §. cogentur.verſi.quid enim. de eden. quem ad hoc citat Rom.conſi.290.nume.7.in fine.450.num.5. & 486.in fi.Alex.56.num.12.vol.2.Curt.55.poſt nu. 5.Iaſ.in l.cunctos populos.in 1.lect.col. pen. uerſic. Tertio fallit.& in 2.lec. nu. 53.C.de ſum.Trin. Deci.in c.licet cauſam.poſt nume.8.verſi. not. tamen. de probat.Marſi.in l.de minore.§.tormenta. num. 11.de quæſt.& in Rub.de fideiuſſ.nume. 287. Ang. conſi.1.in 1.dubio.quem refert Corſ.in ſing. uerſic. teſtis.x1.ſing.inc.licet pater.ſub nume. 2. verſic. & adduco quod pulchre uoluit.& Pariſ.conſi. 53. nu. 7.lib.4.I.B.Fer.conſi. 196.num.14. Applica dic. ſupra.verſi.ſuſpitio cauſata. Et de materia ſuppletionis inhabilitatis unius teſtis ex habilitate alterius. Grab.concl.lib.1.de teſti.concl.5.ui.ſup. uerſiculo teſtis imperfecti qualitas.

Teſtinm idiotarum uerba ad uulgarem intelligendi conſuetudinem referuntur, gloſſ. in l. ſi nepotes. de teſtam.tut.l.quoties.C.fam.erciſc.l.2. §.1.de orig.iur. qualitas enim loquentis intelligentiā uerbi cauſat.c.ſolitæ.de maior.& obed.Rom. conſi. 301. num.15.& ad hoc dicit Bal.in l.lege x11.tabularum: ad fin.C. de legit. hær. quod ſermones prolatos in vulgari debemus interprætari ſecundum artem literarum, vel ſecundum groſſum modum loquendi literaliter.ſequitur Alex.conſi.2.ſub.nu. 17. verſi. vnde in propoſito.ad materiam ui.Deci.in l. & militibus.nu.6.C.de milit.teſtam. ubi dicit, quod aliter intelliguntur verba prolata ab idiotis, & aliter ſi ſint prolata a peritis.ex gl.in l. pen. C. de uſu.ex Anch.conſilio 332.& ſicu.conſi.75. col.2.lib.4.

¶Theſaurus ſi inueniatur ab emptore in re ſibi uendita poſt contractum perfectum, non ob id poterit vēditor contractum reſcindere, nec intentare remedium.l.2.C. de reſcin. uend. Rom. in l. ſi quis cum aliter.de uerb.oblig.Anch.in c.cum dilecti. de empt.& uend.ubi etiam Imo. in c.cum cauſa. col. fin. eo.tit.Socin.conſi.48.nume.3.uolu. 4. Iaſ.in l.3.§. Neratius.col.pen.de acq.poſſeſ.Pariſi.conſi. 16.nume.84.vol. 2. valor enim rei uerus inſpici debet tēpore contractus, & non poſtea, quamuis poſtea creuiſſet.l.3.§.Diui.de iure fiſci.glo.& Doct.in c. cum cauſam.de teſti.Gabr.concl.lib.3.de emp. & uend. concl. 1. numero 111. Ad materiam autem theſauri, quis proprie dicatur, ad quem pertineat, & in loco religioſo, & ſacro inuentus cuius ſit ui.copioſe Couar.ad reg.peccatū.in 6.par.3.§.2.nu.1.2. & 3.

¶Tre-

¶ Trebellianica deducitur ab hęrede uniuerſali grauato per fideicõmiſſum, non autem ab hærede ſingulari inſtituto in re certa, & grauato eam reſtituere, ita Bal. in conſi. 281. viſo, in fine, lib. 1. & conſi. 221. ſuper lib. 5. Gui. Pap. q. 466. pater filiam, Abb. in cap. Raynutius, nu. 27. de teſtam. Iaſ. in l. Lutius, col. 12. de uulg. l. filiũ quem habẽtem, nu. 10. C. fam. erciſc. in l. quoties, nu. 3. C. de hęr. inſtit. in Auth. res quæ not. 2. C. com. de lega. Crem. ſing. 73. Fabian. de Cioc. in Auth. nouiſſima, nu. 250. C. de inof. teſtam. Socin. iun. conſi. 122. nu. 7. uol. 1. ubi aſſerit ſe nõ uidiſſe aliquem huic ſententiæ contradicentem. Purpur. conſi. 421. nu. 7. lib. 2. Bero. conſi. 76. nu. 5. lib. 2. Pariſ. conſ. ſen. 32. uol. 2. & conſi. 43. nu. 45. uol. 3. Crau. conſi. 19. nu. 14. conſi. 131. nu. 13. & conſi. 186. col. 1. & 2. ubi reſpondet argumentis Cur. iun. * in conſi. 160. ubi nu. 11. a communi receſſit, quam communem probant, Ioſe. Ludou. deciſ. Peruſ. 39. num. 24. Rimin. iun. conſi. 168. nu. 3. uol. 2. Decian. conſi. 18. nu. 25. lib. 2. Menoc. conſi. 401. num. 141. circa prohibitionem aũt Trebellianicæ, ui. ſup. uer. hæres inuentarium non conficiens. & Ceph. conſi. 153. magnificus, nu. 67. & conſi. 188. nume. 23. & Manti. de coniect. ultim. uolun. lib. 7. tit. 12. num. 1. & ſucceſſiue, & eo. lib. tit. 11. nu. 7. & 11. quid autẽ ſit in fideicommiſſo conditionali quando legitima filiorum excedit trientem, & importat ſemiſſem hęreditatis, vide Foſſan. deciſ. Pedem. 252.

Trebellianicæ deductio a teſtatore prohiberi poteſt, quando non grauat nominatim filium, ſed imperſonaliter. eo decedente ſine liberis, uoluit bona ad alios fratres peruenire, quo caſu, in dubio, fideicommiſſum cenſetur relictum ab heredibus filii, qui grauari poterunt, ſaltem ſub nomine appellatiuo, ut ꝑ Bar. in l. qui duos. in fi. & ibi Doct. de vulg. & pup. Iaſ. & alij in l. cohæredi, §. cum filiæ, nu. 3. & in l. Cẽturio, eo. tit. Et quod hoc caſu poſſit etiam filiis primi gradus prohiberi, tenuerunt Alex. conſi. 63. col. 3. uol. 1. Deci. conſi. 480. num. 14. Item ubi uellent detrahere duas quartas, ut per Rube. Alex. conſil. 43. col. 3. ubi plures citat. Item quando confectum non eſt inuentarium, quod eſt commune, teſte Pariſ. conſi. 126. nu. 37. uol. 1.

Trebellianica non detrahitur de fideicommiſſis uniuerſalibus relictis ad pias cauſas. §. ſinautem hæres, in Auth. de eccleſ. tit. & in Aut. ſimiliter, C. ad leg. Falci. Bar. in l. Marcellus, in prin. ad Trebel. Bal. in l. id quod pauperibus, in 2. q. & in l. ſi quis ad declinandam, C. de epiſc. & cler. col. 1. & in d. Auth. ſimiliter. Alex. in d. l. Marcellus, in prin. ubi concor. adducit. Butr. in c. Raynaldus. de teſta. Abb. conſi. 60. * viſo, col. 2. ubi dicit, quod iſta eſt cõmunis opinio, & quod pluries vidit per uiros pręſtantiſſimos ſic eſſe conſultum. & conſi. 139. circa duo. ad fin. Rom. conſ. 239. n. 2. ubi communem dicit. multa allegat, contrariam reprobat, iunc. addit. Mandoſ. iun. in uerſ. opinio. Iaſ. conſi. 214. nu. 6. uol. 2. Aret. conſi. 67. diligenter, col. pen. Deci. conſi. 299. in cauſa, nu. 4. Socin. ſen. conſi. 116. non poteſt, nũ. 27. ubi adducit ſequentes opinionem Bar. & conſi. 144. diligenter, num. 7. uol. 1. ubi dicit magis communem. Cur. iun. conſi. 120. præſupponitur, numero decimotertio, & 14. ubi addo, in uer. Trebellianica, & in uer. hoſpitali, uide ſupra uerſiculo, hoſpitalia locis ſacris.

Trebellianica prohiberi cenſetur a teſtatore, quando utitur uerbis uniuerſalibus, totam hæreditatem, vel omnem, uel integram, uel ſimilibus, ita Bar. in l. Cẽturio, in 3. q. prin. de uulg. & pupil. Bal. Ang. & Caſtr. in Auth. ſed cum teſtator, C. ad l. Fal. Gloſ. in Authen. de hær. & Falci. §. ſi uero expreſſim, & Inſtit. de fideicom. hær. §. ſed quia. Alex. conſi. 67. uol. 1. conſi. 5. in fi. ubi de magis communi, uol. 3. Deci. cõſilio 81. in 4. dub. Curt. iun. conſi. 17. num. 12. ubi de * communi, conſi. 21. nu. 3. conſi. 70. nu. 16. conſ. 160. ſub nu. 10. uerſ. accedat ad confirmationem, ubi addo. Et quia materia eſt ardua & prolixa, ideo remitto ad Rol. conſi. 12. nu. 4. uol. 1. ad Ceph. conſ. 153. nu. 7. conſi. 188. nu. 23. uol. 2. & conſi. 471. nu. 31. & 32. & latiſſime ad Iul. Clar. li. 3. ſent. §. teſtamentum, q. 63. per totam. Et ſic etiam, an prohiberi poſſit in liberis primi gradus, quia eſt quæſtio adeo inuoluta, ut multi hincinde ſcripſerint de communi, ideo poſt antiquos, ui. Marzar. in epit. in mat. fideicom. q. 49. ubi ponit ad ſaturitatem nedum theoricas legentium & conſulentium, ſed & quid in iudiciis ſeruatum fuerit, vide ſupra uerſiculo, teſtator licet generaliter.

¶ Triennalis temporis teſtimonium ſufficit ad probandam uitæ melioris frugem, Auth. de Monac. §. & dũ triennio. uerſ. nam & ſi uitium. quem tex. ad hoc adducit Rom. conſi. 236. nu. 6. Barb. in c. teſtimoniũ, ante fin. de teſti. Felyn. poſt Imo. in c. cum deputati. poſt prin. de iudic. Gomeſ. in pręſ. regu. de trien. prope fin. & hoc pro limit. d. c. teſtimonium, & reg. ſemel malus. in 6. not. Corſe. in ſing. uer. præſumptio. 1. uerſ. tamen limita. & Saly. in l. ſi minorem, uerſic. aut in his quæ uituperant, C. de in integ. reſt. min. Iaſ. in l. ſi prius. poſt nu. 43. uerſ. tu ergo dic in eo. de no. op. nunc. Alci. de uer. ſign. lib. 3. reg. 2. præſump. 7. uerſ. ſecundo limitatur. Boer. ad Dyn. ſuper d. reg. ſemel malus, ubi de hoc plura cumulat, ui. ibi.

¶ Tutor agens pro pupillo, ſemper in caſu dubio, cum matris uel conſanguineorum conſenſu agere debet, Iaſ. in l. bonorum, C. qui adm. quia tunc ſi ſuccumbat nullum damnum ſentit, glo. in uerſ. pupillo. cir. med. in l. Polla, C. de his quib. ut indig. quod enim ratione conſilii coniunctorum agit, non pręſumitur dolo, nec culpa feciſſe, per quam gl. Bal. in rubr. C. de pœna iud. qui male iudicauit, uerſ. quęro nunq̃d poteſtas. nõt. dicit, quod licet poteſtas teneatur in ſindicatu ex malo conſilio uel imperitia aſſeſſoris ſui, ſecundum glo. & Bar. in l. 2. quod quiſq. iur. id uerum eſt quando uoluntate ſua aſſeſſorem aſſumpſit, ſecus ſi ex ordinatione reipublicæ, tunc enim excuſatur. Ad hoc uide ſupra uerſic. officiales licet teneantur.

¶ Tituli allegationem, & uſum tanti temporis cuius memoria non ſit in contrarium, ad probationem ipſius tituli eſſe neceſſariam, ut quis tuto ſe tueri poſſit præſcriptione tanti temporis cuius non ſit memoria, dicit Curt. iun. in conſi. 158. nu. 18. ex Felyno, in c. accedentes, de præſcr. quod & Alex. ſentire uidetur conſi. 74. nu. 12. uol. 4. Cuius contrarium, quod tituli allegatio non ſit neceſſaria in tali præſcriptione, tenuit Feder. de Sen. conſ. 234. ſuper primo.



mo. col. 2. in fi. uer. maxime autem. Socin. conſ. 127. colum. pen. in fi. verſ. & eo maxime. uolum. 1. quod eſt repetitum in conſ. 181. uolum. 2. idem tenet Abb. conſi. 7. col. 4. verſ. & quamquam hæc. uol. 2. Doct. in c. 1. de præſcr. li. 6. Calder. conſi. 1. tit. de libel. obl. Guid. Pap. q. 408. in fi. Iaſ. in l. ſi certis annis. col. fi. in 10. limit. C. de pact. Gozad. conſi. 8. col. 8. circa * med. quam ſententiam dicit communem Crau. de antiq. temp. p. 4. §. abſolutis. nu. 49. pro qua materia, vide Purpur. in l. Imperium. nu. 193. de iuriſ. om. iudic. Barb. conſi. 35. col. 2. & 3. uol. 2. vi. inf. uerſic. titulum ex contractu.

Tituli probatio eſt adeo neceſſaria agenti poſſeſſorio recuperandæ in beneficialibus, ut non ſufficiat etiã quemcunque titulum probare, niſi ſit canonicus & legitimus, ſi enim eſſet infectus, etiam probatus nõ prodeſt ei, nec ualet. c. niſi. de conceſ. præben. Inn. in cap. ſignificaſti. de diuor. Bellam. deciſ. 287. Item quod. vbi dicit, quod allegãs titulum infectum peius facit, quã ſi nihil pro titulo allegaret. & deciſ. 639. allegans titulum. vbi dicit, allegans titulum penſionis, & agens reſtitutorio, nõ eſt audiendus propter titulum infectum, etiam ſi ageretur remedio attentatorum. Rota deciſ. 2. de reſtit. ſpol. deciſ. 16. & 24. eodem tit. in antiq. Fely. poſt glo. & alios in c. ſi cõſtiterit. num. 5. & in c. ad petitionem. nu. 3. 6. & 7. de accuſ. ubi allegando alias deciſiones concludit, agenti poſſeſſorio recuperandæ, obſtare notorium defectum proprietatis, & non iuris ſui. ſequitur Pa- * riſ. conſi. 22. uol. 4. & iſtam ſententiam communem aſſerit, & ſequitur Ferret. conſ. 118. legatus. ſub nu. verſ. accedat ad prædicta. vol. 1. ubi ponit exemplũ ex Doct. quando ſcilicet agenti poſſeſſorio, obijcitur de reſeruatione cum decreto irritanti, ut no. gl. & Doct. in c. ad decimas. de reſtit. ſpol. in Sex. nam decretum inficit petitorium & poſſeſſorium. c. ſi eo tempore. de elect. in 6. cap. 1. & 2. ut lite pen. eo. lib. Rota deciſ. 3. & 4. de reſtit. ſpol. in nou. & deciſ. 2. eo. tit. in antiq. & in beneficialibus debet colorari poſſeſſio, aliàs agẽs caret omni iuris remedio. Cald. in repet. c. cum noſtris. q. 2. de conceſ. præben. Lap. alleg. 103. viſa mihi. col. 2. uerſ. Calderinus, & vide ſupra verſ. decretum irritans, & verſ. poſſeſſio habita. & verſ. ſpolij reſtitutio facienda.

Titulum cum errore iuris nõ nocere, quo ad fructuum acquiſitionẽ, dicit Bar. in l. ſed & ſi lege. §. ſcire. ꝑ illũ tex. de pet. hær. gl. in l. de fructib. de donat. inter vir. & vxo. & in l. qđ vxor. de acqu. poſſ. Bar. Caſtr. & Imo. in l. ſi fur. §. 1. de vſucap. Bal. in l. venditioni. C. de vſucap. pro emp. Curt. ſen. conſi. 72. num. 37. * vbi dicit omnes ita tenere. Curt. iun. conſi. 28. num. 6. Aret. conſi. 17. Balb. in l. Celſus. de vſucap. col. 5. uerſ. tertio limitat. Iaſ. conſi. 84. col. 5. uolum. 1. & in l. Pomponius. §. quæſitum. num. 16. de acq. poſ. Socin. conſi. 33. num. 10. uolum. 4. Rom. ſing. 91. & conſi. 454. num. 24. & utrobique adden. Abb. conſ. 34. col. 1. uolum. 1. Ruin. conſi. 91. num. 5. libro 5. Quod in fructibus induſtrialibus, non in naturalib. declarat Fel. in c. de quarta. de præſcr. ſub num. 30. uerſ. ex quibus. Curt. ſen. vbi ſupra. num. 43. idem, quando ius reſiſteret, dicit Fel. ubi ſup. nu. 31. uerſi. 3. reſtitutio. Bal. in d. l. Celſus. in 4. not. Abb. in c. dilecto. col. 3. de præben. & in c. grauis. nu. 17. de reſt. ſpol. Deci. in c. cum cauſa. in ult. not. de offic. deleg. Laur. de Rodul. in c. ſine exceptione. 12. quæſt. 2. quæſt. penult.

Titulum ex contractu præſumi ex curſu temporis, dicit Bal. in l. 1. col. 3. in prin. C. de fideicom. Flor. in l. cum de in rem uerſo. colum. fin. de vſur. Aret. in §. æque. col. 6. Inſtit. de actio. Imo. in l. 1. §. fin. col. 2. de aq. plu. arcen. Butr. in ca. peruenit. colum. 19. de cenſi. Angel. in repet. l. ſi certis annis. colum. 7. C. de pact. Alexan. conſi. 11. colum. fi. uolumine quarto, & cõſilio 48. columna fin. uolum. 5. Crau. de antiq. temp. parte 3. num. 12. ubi declarat. & conſi. 93. col. 2. Cõtrarium alibi ſcripſit Bal. in l. qui in aliena. §. 1. circa finem. de acquir. hær. & in l. 1. col. 13. C. qui * adm. Affirmatiuam dicit communem Gabr. conclu. libro 1. de præſump. concluſ. 1. num. 17. Materiam tituli acquiſiti ex conſuetudine immemorabili, an ſcilicet probari debeat, uel præſumatur, & an dicatur probatus probata cõſuetudine, & an ſufficiat illum allegare, copioſe cumulat Gabr. concluſ. libro 5. de præſcr. concl. 1. nu. 45. 46. & 47. vide ſup. verſ. tituli allegationem.

Titulum habens dicitur poſſidere iure proprio, & non iure familiaritatis, quia, in dubio quis præſumitur poſſidere ex titulo præcedenti. l. 2. ubi gloſ. & Bart. C. de acquir. poſ. Doct. in l. qui iure. de acq. poſſeſ. Socin. conſi. 60. colum. 2. & conſi. 131. per totum. etiam quod titulus eſſet inutilis. Soci. conſi. 13. inſignis. colum. 5. circa medium. Bal. in l. ordinarij. C. de rei uendic. & in l. qui accuſare. colum. fin. C. de eden. in l. incerti. colum. 11. C. de interd. & in l. momentaneæ. C. qui legit. perſ. Aret. in §. quadrupli. colum. pen. uerſ. & prædicta. Inſtit. de action. Felin. & Deci. in c. licet cauſam. de probat. Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 100. de acquir. poſſ. Curt. iun. conſi. 168. nu. 33. vide ſup. verſ. poſſeſſio familiaritatis iure.

Titulum habens in ordinationibus factis ab Eccleſia, ſeu eccleſiaſtica perſona, præfertur habenti poſſeſſionem ſine titulo. c. cum autem. de iure patr. c. cum inter canonicos. de elect. Ioan. And. in c. continebatur. de his quæ fiunt a prælat. in nouel. rationem aſſignat Rom. conſi. 298. ſub nu. 2. verſ. vltimo videtur. & quia Iaſ. & quidam alij fuerunt in contraria ſententia, vide pro ea Mand. iun. ad d. conſi. Rom. lit. E. ubi pro & contra allegat & declarat.

Titulus inductus præſumptiue ex conſuetudine temporis immemorabilis pręſumitur iuſtus, Ant. de Butr. in c. peruenit. colum. 8. uerſ. credo tamen. & col. 13. verſ. ſed ſi non conſtat. de cenſi. Abb. conſ. 7. col. pen. uerſic. & ego puto. lib. 2. Alex. conſi. 24. nu. 15. & 16. uolum. 5. Felin. in c. cum nobis. colum. 3. uer. quia ſecundum. de præſcr. Iaſ. in l. quominus. col. 8. uerſ. item dicit. flumin. Balb. de præſcr. par. 1. 2. par. prin. q. 7. ſub num. 60. uerſ. ſed ſatis eſt. Corn. conſi. 22. num. 36. uerſ. ſecus dicendum. uolum. 3. ubi dicit, quòd iſta conſuetudo habet uim iuſtæ conceſſionis, ita ut præſcribẽs tutus ſit in foro cõſcientiæ.

Titulus nullus cauſare non poteſt pręſcriptionem etiã longiſſimi temporis. Pau. Caſtr. conſi. 70. quia fruſtra. colum. fin. & conſi. 425. in quadam. lib. 1. Abb. conſi. 34. colum. 1. libro 1. & conſi. 19. colum. 2. li. 2. Alex. conſi. 73. colum. fi. uolum. 2. & conſi. 46. in 2. dub.

dub.uol. 3.Socin.conſi.29.colum.7.in 2.dub.uol.1. Anchar.conſi.vlt. colum.pen. Bellam. conſi.7. col. pen,uerſ.quarta etiam ſolutio. & conſi.10. colum. 9.poſt medium.ver.ſecundum fundamentum. Cur. iun.poſt Feli.conſi.185.nu.5. Crau.de antiq.temp. partę 4. §. materia iſta.num.6. & 7. ubi ponit omnes tenentes contrarium, & diſtinguit plures caſus, ut ibi.

¶ Tolerantia præſtat ſecuritatē bannito, licet nōdum ſit de banno cancellatus.Salyc.in l.nullus.C.de Iudæis.ſequitur Ioan.de Anan. in c.ſicut. colum.5.de Iudæ.dicens hoc eſſe dictum ſingulare, & ſe uidiſſe ſeruari Bononiæ.refert & ſequitur Felyn.in ca.quæ in eccleſiarum.ſub nu.9. verſ. quartus caſus. de conſtit.& hoc uerum dicit Ioan.de Arno. ſing.10. inci. præcedentibus.non obſtan.conſt.Reg. pœnam eorum.comprobat Marſi.ſing.77.patientia.uerſic.ex hoc.& ſingul.340.caute agunt.verſ. limitat etiam. Deci.tamen conſi.326.in fi.dicit,quod ante factum toleratus non poteſt impune occidi,poſt factum autem occiſores excuſantur, quia multa facta tenent; quæ a principio fieri prohibentur. l. patre furioſo. de his qui ſunt ſui, uel alien.iur. & ibi Iaſ.idem in l. Barbarius. de offic. præt. num.61. quod dic verum in bannito tolerato ab eo qui habet poteſtatem rebanniendi ipſum ad libitum, & ei faciendi ſaluum conductum,nam pro tempore quo toleratur habetur pro non bannito. & iſtud operatur patientia ipſius domini principalis ſuperioris,ut per multos caſus ſimiles exemplificat Hyppol. conſi.9. num.25. & conſi.10.num.26.Menoc.conſi.75. num.49. uſque in fi. parte 3.Maſcar. concl.162. nu.7.8.& 31.

¶ Torqueri ad hoc,ut quis ex mala uoce,& fama poſſit, requiritur quod talis diffamatio ſit in eodem genere delicti, nec ſufficeret de aliis diuerſis criminib. reum eſſe diffamatum. Barto. in l.Caſſius. de ſenat. Bal.& Imo.in l.fi.de hæred.inſtit.Ioan.And.in reg. ſemel malus.de reg.iur.in 6.& ibi Dyn.Alex.conſi. 50.col.2. conſi.165. colum.7. uolum.primo. Thomas Gram.uoto 3.Illuſtriſſime.Ang.de maleſ.& ibi Arim.in ver.fama. nume.41.Hyppol.conſi.3.ſæpe ac ſæpius.num.5.& 6. uolum.1. qui hoc dictum limitat.Aret.conſi.13.Rom.conſi.7. Paris de Put.de ſindic.in uer.tortura.verſi.an fama. Io.Mil.in prac. uerſ.hic ſunt.a nu.19. vſque ad nu.30.

Torqueri iuridice,& cum bona conſcientia non poteſt quis;niſi præcedant legitima indicia, & leuitas vitæ inquiſiti ſeu accuſati,ut in Regno ſeruatur, ubi iudices ſciunt, & intelligunt quid faciunt, per c.Regis Caroli Secundi,quod inc. tormenta.& in c.ſi iuſte.& utrobiq; Doc.& And.de Iſer.in cōſtit.ſi dāna clādeſtina.poſt gl.ibi.Afflic.in li.1.cōſti.rubr.21.ſuper conſtit. in quæſtionib.nu.12. Carau. in comm. ad rit. Mag. Cur. vic. ſuper ritu 41.Anni. Troy. in commen.ſuper pragm.Regni.pragm.45.incip.inoleuit, ut fida. Ioan.Ant. de Nigr. ſuper cap.6. Regni. numero 127.ubi dicit ita ſeruare magnam curiam vicariæ.

¶ Tranſactio aliquando eſt generalis, aliquando ſpecialis,& utraque vario modo conſideratur, generalis ſi fit ſuper petitione ſpeciali, & poteſt ſalua ratione recti ſermonis reſtringi ad petitionem ſpecialem,reſtringi debet.l.ſi de certa. C. de tranſac.ſi nō poteſt reſtringi,ad omnia extendi debet.arg.l.pluribus.de acceptil.Si fit ſuper petitione,& proſequutione generali,debet generaliter intelligi, l.ſub prætextu.C.de tranſac.& refertur etiam ad incognita, quia cum petitio fuerit generalis, uidetur de omnibus generaliter cogitatum,ſecus ſi petitio fuerit ſpecialis.Abb.in c.1.de tranſac.poſt Bar.in d.l.ſub prætextu. licet alij quo ad incognita contrarium tenuerint, fallit ſi dolo aduerſarij erant incognita, l. tres fratres.de pact.Item in his, quę debentur ex teſtamento.l.de his.de tranſac. Abb. ubi ſupra.ſi autem fit ſuper petitione generali, proſequutione autem ſpeciali,refertur etiam ad non proſequuta, ſi aduerſarius dolo proſequutus non fuerit,l.de rebus.de arbitr. ſecus ſi ſine dolo, tunc enim refertur ad proſequuta tantum. d.l.de rebus. ſi poteſt ſalua ratione recti ſermonis ad proſequuta tantum referri, aliàs ſecus.Abb.ubi ſupra. Specialis ſi fiat ſuper petitione ſpeciali non extenditur ad aliam ſpeciem.l.age. C. de tranſ. quia ſequentia per præcedentia declarantur.l.ſi ſeruus.§.fin. de legatis.1.ſi autem fiat ſuper petitione generali, reſtringitur ad ſpeciem in tranſactione comprehenſam. gloſ. in dicto c.1. de tranſac.per l.pen.C.eo. Ad materiam, vide Paul. & Alex.in l.2.ſi quis caut.Felyn.in c.ſuper literis. nu. 44.de reſcri.& conſi.10.num.5.circa medium. poſt Abb.in d.c.1.

Tranſactio facta ad fauorem extranei a tutore,conſtituit ipſum tutorem in mala fide. l. quemadmodū. in fi.C.de agric.& cenſi.lib.10.l.non dubium.C.de legi.l.iubemus nulli.C.de ſacroſan.eccleſ.ubi habetur,quod tutor, aut curator alienans bona minorū abſque ſolemnitatibus iuris,dicitur eſſe in dolo, ex quo contra legum interdicta contraxit.pro quo vide Deci.conſi.178.in cauſa. colum.2. uerſ. & caſu. Anchar.conſi.316.in cauſa.col.1.cum ſeq.Cur.iun. conſi.29.ſub nu.14.in fi.Ruin.conſi.29.plura.verſ. ſuper quarto.in fi.uolum.5.Socin.conſi.46.cum in præſenti.colum.2.uerſic.circa ſecundum. uolum.1. & conſi.213.cum in preſenti.colum.2.uer.circa ſecundam,& verſ.prima pars. uol.2.

Tranſactio facta ad fauorem rei in caſu a iure conceſſo, ut puta in delicto, quo dato & uerificato uenit infligenda pœna mortis uel ſanguinis, licita eſt, ut no.Iaſ.& alij in l.tranſigere. C. de tranſact.Nouel. poſt eum, & alios in pract.crimin. ſub tit.inquiſitio quid ſit.num.89.& in tract.ad defenſam.ſub tit. an indicia pro reo danda ſint. nu.117. Silueſt.in Sum. in ver. accuſatio.§.vndecimo. quia vnicuique licitū eſt ſuum ſanguinem redimere.gloſ.in dicta l.tranſigere.in uer.prohibitum.ubi Purpur.num.17. quam * ſententiam communem dicit Curt.iun.ibi. num.4. nedum in criminibus publicis,ſed etiam in priuatis, ut poſt alios dicit Clar.libro 5.ſenten.§.fin. quæſt. 58.uerſ.ſucceſſiue uideamus. nec ob id oritur indicium,nec arguitur delictum. l.fi.de præuar. Bolog. in d.l.tranſigere.nu.10.Gabr.concl. lib.7.tit.de crimin.concl.23. pro qua materia, vi.Rom.ſing.688. tu audiuiſti.& Io.Bolog.ubi ſup. ſub nu.25. uerſic. quinto ampliatur.vbi late examinat materiam trāſactionis in delictis de iure canonico. & de hac materia eſt Bulla Pij Quarti.reform.tribun.tit. de procur.fiſci.verſ.procurator præfatus.

Tran-



Tranſactio ſpecies alienationis eſt, ubi ex ea quid alteri dari contingit. l. ſancimus. C. de reb.alien. non alie. de uer.ſign.l.alienatum.in prin.not. Bal.in c.ſi uaſallus.in fi.ſi de feu.con.fu. inter dom. & agn. & in cap.1. de controu. int.vaſ. & al.de benef.per l.ſi pro fundo.iunc.not.in l.ſiue apud acta. C.de tranſ. & dicit Bal. ad hoc in d. c. 1. quod feudum alienari dicitur,ſi quis tranſigendo feudi poſſeſſionem alteri tradat, non etiam ſi feudum poſſeſſori dimittat. ſequitur Alex.conſi.40. num.3.uolum.6.Iaſ.in l.fi. q.10. C.de iure emphyt.Tiraq. de utroq.retr.tit.1. §.1.glo.14.num.66.& 67. & ibi. num.55.oſtendit tranſactionem eſſe ſpeciem alienationis,ut de compromiſſo dixi ſup.uer. compromiſſum fieri non poteſt ab eo.& verſ. iurans non alienare.

Tranſactionem licet reus non impleuerit,ſi tamen poſſit implere,actor ad priuatam actionem redire, & a tranſactione diſcedere nō poteſt, ſed ſolum ex tranſactione agere debet, ut reus impleat. l.ſi quis maior.C.de tranſac. ſecundum Guiel. ibi. quem refert ac ſequitur Caſtr.ibid.colum.fin.uerſic. ideo extra gloſ. ubi dicit hunc intellectum eſſe ſingularem, & meram continere veritatem.quem ſequuntur Alci. ibid.& Iaſ.in l.quamuis.in fi.uerſ. item & ſecundo. C.eod.Doct.omnes in l.ſi pro fundo. eodem tit. ex quo dixit Caſtr. in d. l. ſi quis maior.quod regula, quod quis in eo non poſſit ſe fundare,quod nō ſeruauit, fallit in tranſactione, quia in ea quis poteſt vim facere,quamuis eam adhuc non ſeruauerit,dūmodo cogi poſſit ad eam ſeruandam & implendā, & hoc odio litium, ne ſemel ſopitę iterum ſuſcitentur.Caſtr.ibi,in fi.quod inquit menti eſſe tenendum.ſequitur latius proſequendo Cepha.conſi.24. nu.10. & ſucceſſiue.

Tranſactionem non reſcindi prætextu læſionis, quæ multum excedit dimidiam iuſti precij,atq; ita enormiſſima eſt,ſcripſerunt gloſ.in c.cum cauſam.de emptio.& vend.ubi Doct.gloſ.in l.Lucius.§.vltimo.ad Trebel.Specul.de empt.& uend.§.nunc dicendum. verſ.quid de tranſactione. Salyc. & alij in l.2. C. de reſcin.uend.Guid.Pap.ſingul.376. Curt.ſen. conſi. 65.ſub nu.27.uerſic.& hinc dicimus.Abb.in conſi. 12.colum.1.libro 3.Ruin.conſi.132. num.3. lib.1. Deci.conſi.216.numero quarto.Gram.deciſ.66.nu. 47.Pariſ.conſilio 96.num.61.uolum.1.Bero.conſ. 176.num.25.uolum.1.qui teſtatur hanc eſſe magis * communem omnium opinionem. & ibid.num.31. poſt alios ſcripſit, nec ob enormiſſimam læſionem reſcindi.Rolan.conſi.28.num.25. uolum.4. Socin. iun.conſi.32.colum.2.& conſi.59.num.4.uolum.1. Gabr.concluſ.libro 1.tit. de empt.& uend.concluſ. 1.num.68. Socin.iun. conſi.32. num.48. uolum.3. Menoc.alios,& contrarium tenentes referens,conſ. 401.num.158.& num.159.ubi ex mente Doct.diſtinguendo opiniones concordat, vide ſupra uerſic. læſio dicitur.Quid autem ſit ſi interuenit iuramentum, ſunt opiniones, vide copioſe Curt.iun. conſi. 53.num.10.ubi addo in uer.læſionem.ſecus autem eſſe quando dolus tranſactioni cauſam dediſſet, dicit Mining.lib.6.obſeru.c.91.quod incipit.Tametſi. Cagnol.in d.l.2.Gabr.conſ.154. Ceph.conſi.34.& 210.Purp.conſ.232. Oſaſ.deciſ.41.Antonius.uerſ. præſens.vi.ſup.ver.reſtitutio competit minori.

¶ Tranſgreſſores legum nō dicuntur illi,qui leges uſu non receptas non ſeruant.Oldr. conſi.259. ſub nu. 1.uerſic.ſecundo quia.Anchar.conſi.283. iure ſtricto,poſt prin.ubi etiam concludit,quod ſicut leges moribus utentium confirmantur,ſic moribus utentium in contrarium nonnullæ leges abrogatæ ſunt. Alex.conſi.6.uiſo,nu.2. & conſi.132. uiſa. num.4. uol.1.Butr.in c.quia circa. de conſang. & affin. ubi quod quando lex non recipitur ab omnibus ſciente ſuperiore, talis lex non ligat,quia ſuperior ſciens contrarium obſeruari,uidetur eam tacite tollere,ſequitur Aret.conſi.11.nu.5.Iaſ.in l.filius qui.nu.22. & 23.de lib.& poſth. Caſſan.conſi.1.nu.53. quam * ſententiam dicit communem,Deci.conſi.638.communitas, nu.11.

¶ Trebellianica de rebus fideicommiſſario reſtituendis,quarum alienatio per eundem fieri prohibetur, non detrahitur.Auth. ſed in ea. & in corpore unde ſumitur. C.ad l.Falci.Rom.conſ.206.nu.1.Gui.Pap. deciſ.51. ante fin. Aret. conſi.37. poſt nu.10. uerſ. maxime.Corſ.de Trebel.§.2.uerſ.quarto pondero. Curt.iun.conſi.160.nu.2.ubi dico ſuper uer.non poteſt detrahi.Rui.conſi.115. ante nu.26.lib.3. Pariſ. 126.nu.34.lib.1.17.nu.20.lib.2.17.nu.30. & ſeq. * 43.nu.11.lib.3. quam ſententiam dicit communem Curt.iun.conſi.117. ubi dixi ſuper uerſ. confirmantur præmiſſa,& Pariſ.conſi.9.nu.15.lib.2.Manti.de coniect.ult.uolun.lib.7.tit.11.& 12.ubi plene.

Verba geminata, præſumantur & ſint, important veritatem. ita Bal.in proœmio.ff.ſeu in prima conſtit. in ult.colum. princ. per textum, in l.1.§.fin. quod quiſq.iur.refert Iaſ.conſi.36.numero octauo.conſi.145.columna quinta, uerſic. quarto quod iſte.uol.2.& in l.1.nu.34.de offic.eius.Barbat.conſ.13. circa hanc.colum.ult.uol.1. ubi de uerbis, habeatur & ſit. Felyn.c.ſi cautio.num.3.de fide inſtrum. Tiraq. l.ſi vnquam. uer.reuertatur. numero 220.cum ſequent.C. de reuocat. donat. vide ſupra verſicu. geminata uerba. & verſiculo, clauſula, hæredibus & ſucceſſoribus.

Verba (haberi pro tali, & eſſe talis) quando diſpoſitio ulterius procedit, & non ſolum illa aſſimilat, ſed etiam ſtatuit in illis eandem eſſe cenſuram,

pari



pari iure cenſeri debent, ita Bart. in l.omnes populi.de iuſt.& iu.col.13.uerſ.ſed pone ſtatuto, in l.3. §.hæc uerba, uerſ.item ſi ſtatutum dicit, de negot. geſt.in l.ſiue poſſidetis, col.2.uerſ.ſecundo quæro, C.de probat.& in l.ſi non ſpeciali, col.ult. uerſi. & in ſumma, C.de teſtam.Alex.conſi.32.lib.5. ubi loquitur in conceſſione ciuilitatis. Deci.ad hoc plures citans conſi.283.ſub nu.9. prope fin.uerſ. quarto, & nu.10.uerſ.idem etiam.ubi de hoc plura, & Cepha.conſi.451.nu.36.

Verba improprianda ſunt, ut aliquid operentur, in omni materia, & præſertim in teſtamentis, ut diſponentis intentio ſaluetur, l.Titia.§.Lucius, de legat. ſecundo.l.quibus diebus, §.dominus, de condit. & demonſtration. l.hæredibus, §. finali, ad Trebell. Aret.conſilio 145.incip.reſpondendo, circa finem, uerſiculo.ſi enim uerba, Rom.conſilio 31. numero tertio, conſilio 56.num.4.conſilio 180. ſub numero 5.uerſ.in teſtamentis. Alexan.conſilio 53. numero 6. uolum.7.Barb.conſi.61.in princ.uolum.1. Pariſi.conſi.71.colum.2.uol.4.Curt.iun.conſilio 17.numero 11.in fine, ubi addo ſuper uer.in teſtamentis. Iaſ.in l.ſi pecuniam, numero ſecundo, ſi cer.pet.ubi ponit regulam in contractibus, & arguit eam fortius procedere in teſtamentis, ut ſuſtineatur ultima uoluntas. & numero tertio, extendit ad ſententiam, ut ibi per eum, qui tractat hanc materiam impropriationis uerborum. Et de hac materia impropriationis uerborum, quod ſcilicet potius improprianda ſint, quàm quod tertio præiudicium inferratur. ui.plura quę ſcribo in meis qq.legal, q.19.n.11.& ui.ſup.uerſ.Papa dans indultum.

Verba, in dubio intelligi debent in potentiori ſignificatu.cap.penult.de ſent.excommun. cap.ſi pater. de teſtam.in vi.Iaſ.conſi.180.nu.7.uol.2.in rubr. de iuriſd.om.iud.nu.2.in l.ut inter diuinum, num.12.C.de ſacroſ.eccl.in l.ſi a ſubſtituto.§.hæres, numero 12.de legat.1.Felyn.in cap.ex literis, ſub nu.22.uerſ.ſecundo quia.de conſtit.Marſil.in l.de minore, §.plurimum, num.104. de quæſt.ui. late Tiraq.de retrac.conuen.§.2.glo.1.nu.41.vi.ſup.uer. uerba accipiendo.

Verba, in omni caſu, appoſita in ſtatuto, quod maritus in omni caſu uxore mortua lucretur dotem, ſunt uniuerſalia, & operantur quod ſtatutum locum habeat, etiam exiſtentibus liberis ex primo matrimonio, non obſtan.l.hac edictali, & quod ibi not.C.de ſecun.nupt.Curt.iun.conſilio 45.numero quarto, conſilio 49.numero decimoquinto, conſilio 85.numero 2. cum ibi per me. not. ſuper uer. in omni caſu. Deci.in Auth. præterea, ſub numero 7.C.unde uir & ux.& in l.omnia.in prin.ſi cer. petatur.& conſilio 76.licet in caſu, numero ſecundo, conſilio 345.viſis, colum.prima, conſilio 358. placet, numero primo, conſilio 389.viſa longa, numero undecimo, & conſilio 472. teſtator legauit, numero ſecundo.Goz.conſilio 51.in hac cauſa, numero 25.& conſilio 49.numero 13.Sal. in d.l.hac edictali.q.6.Socin.conſilio 52.ſuper hac.uolum.tertio, Deci. alibi conſilio 301. in cauſa, numero 5. Curt. iun. alibi conſilio 122. ſub numero 10. uerſic. cum igitur ſtatutum, iunct. per me ibi adnot. in uer. omni caſu.

Verba, in omnibus & per omnia, appoſita in priuilegio ciuilitatis alicui conceſſo, important omnem ſubſtantiam & qualitatem ueræ ac propriæ ciuilitatis, l.2.§.furioſus.& ibi Ang.de iu.codicil. Bal. in l.omnes populi.de iuſt.& iu.col.13. uerſ. ſed pone ſtatuto.Crot.conſi.103.nu.11.& 14.ubi dicit, quod per iſta uerba ciuis ex priuilegio, æquiparatur ciui originario, etiam in materia ſtricte interpretanda, ut per eum poſt Rom. in l. ſi is, qui pro emptore, col.7.de uſucap.Ceph.conſi.451. num.28. ui.quæ ſup.in pluribus uer. de ciuibus dicta ſunt.

Verba, infraſcriptos, uel ſupraſcriptos, prædictos, uel ſimilia, poſita in aliqua diſpoſitione, idem important aci nominatim & in ſpecie aliquid exprimeretur, ita Bart.in conſilio ſeptimo, quod incip. Andreas Martini.per l.nominatim. de conditionib.& demonſtrationib.& l.2. de liberis, & poſthum. de hoc Bart.conſilio, meminit Alexan.conſi. 105. ſub numero 5. uerſic. iſtam partem. uolum.1. conſilio 184.num.5.uolum.2.conſi.140.numero 4. uol.6.l. fin.num.4.C. de hær. inſtit. ubi ait ſe non recedere a diſtinctione Bart. in d.conſi.Iaſ. in l.Centurio, de vulg.num.57.& in conſi.15.numero 4.uolum.1. & idem Iaſ.in l.ſi quis filiusf.§. fin. nu.15. de acquir. hęr.dicit, quod non uenit hæres hęredis, quando dictum eſt, infraſcriptos, uel ſupraſcriptos. & quæſtionem late tangit Aret.in l.paterfam. colum.penult. de uulg. Curt. ſen. conſilio 45. numero 9.ubi dicit has dictiones non poſſe referri ad non nominatos. Nat.conſilio 476.incip.ex ijs, num.6.& dicit Pariſ. conſi.93.nu. 24.lib.1. quod dictio, infraſcripta, relationem habet ad ſequentia, & conſi.37. numero 59. lib.2. dictionem, ſupraſcripti, ait eſſe repetitiuam præcedentium.

Verba inſolita, & contra ſtilum teſtamentorum teſtamentis inſerta, non cenſentur appoſita de uoluntate diſponentis. Bal.in l.fideicommiſſa. §.ſi quis, de legat.tertio.Curt.ſeni.conſilio 17.colum.tertia, cir.med.conſilio 73.colum.3.in fin.& 4. Curt.iun. conſilio 145. numero 17. immo ex talibus inſolitis oritur ſuſpitio falſi. Socin. conſilio 127. colum. 4.nu.7.uolum.3.Ruin. conſi.111. numero 21.lib.5.Alexandri. conſilio 11.numero 9.& conſi.399. num.8.& 9.Craue.conſi.192.numero 10.& conſi.28.numero 5.Ruin.conſilio 198.nu.3. Ceph. conſilio 287. nu. 26. uide ſup.uerſiculo, falſitatis habet imaginem.

Verba intelligi debent ſecundum materiam & perſonas de quibus diſpoſitio principaliter loquitur, l. plenum.§.equitij.de uſu & habit.l.ſed eſſi.§.libertis.de iudic.l.ex militari.§.penul.de teſtam.mil. §.ſi quis exhæredatus.§.irritum.de iniuſ.rup.teſt. cō probat Bal.in l.quoties.col.2.uerſ. quæro ſi pater. C.de hęred.inſt.Iaſ.in l.ſtipulatio iſta, habere.§. hi qui ſunt.not.6.de uer.oblig.Galiau.in l.Centurio. nu.290.de uulg.Ioan.Anni.in repet.rubr. ſol.mat. nu.178.Cagn.§.itaque.nu.14.in proem.ff. Fel. in c. cauſam quæ.col.10.declar.5.de reſcr.Bauer. repet. l.cum filio.nu.64.& 120. de leg.1. Picus in l. Titia. §.Titia, numero 32.de legat.2. Zuch. in l.poſthumo.nu.18.C.de contrat.Goz.l.1. numero quarto, C. de pact. Bologn. in repet. Auth.habita, numero 217. C. ne fil. pro pat. Aliàs autem regulariter

 pro-

proprie accipi debent, non improprie. pro quo vi. Fran. Niconi. ad c. quoniam contra. de probat. par. 1. num. 33. ubi innumeras authoritates citat. & vi. Gabr. conſi. 71. & Curt. iun. conſ. 242. num. 12. & 3. par. 3. ubi quod verba debent referri ad proxima & immediata, non ad remota, & mediata. deciſ. Fiuiz. 1. num. 29.

Verba intentioni ſeruire debent, non intentio verbis. cap. humanæ aures. 32. q. 5. c. intelligentia. & c. in his. de uerborum ſign. Socin. iun. conſi. 98. num. 7. conſi. 120. circa primam. num. 25. uolum. 1. conſi. 1. num. 9. conſi. 39. num. 51. conſi. 75. num. 33. conſi. 122. num. 39. uolum. 3. Rolan. conſi. 70. nu. 53. lib. 3. & conſi. 37. num. 22. lib. 4. ita enim præponenda eſt ſententia verbis ſicut anima corpori. ca. ſedulo. 38. diſtin. pro qua propoſ. plura ſimilia adducit Iaſ. conſilio 141. quod eſt ſecundum. in 2. uol. nu. 19. & 20. vi. ſup. verſ. facta ſunt fortiora.

Verba, iuxta prædicti temporis morem, poſita in priuilegio, non faciũt quod aliquid ſit probandum de more pręteriti temporis, ſed reſoluuntur, ideſt, quia mos præteriti temporis ſic obtinuit. cap. Abbate. S. Siluani. de verborum ſignif. in uer. contra quod fuit ex aduerſo reſponſum. per quem textum. hoc tenet gloſ. fin. in cap. quoniam Abbas. de offic. deleg. Oldr. conſilio 121. quęſt. 2. dubio. 2. Rom. conſ. 336. num. 3. quem refert Felin. in c. 2. num. 10. de reſcri. Deci. conſi. 169. colum. 2. verſic. vltimo non obſtat. Curt. iun. conſi. 97. num. 4. ubi hoc pluribus comprobat. Ripa reſpon. 30. num. decimo, libro ſecũdo. Gram. deciſione 59. Catholicus. num. 24. Ferre. conſilio 86. res uidebatur. numero quinto. poſt Oldr. dicto conſi. 121.

Verba legis interpretanda ſunt ſecundum diſpoſitionem legis, & verba ſtatuti intelliguntur prout a ſtatuto accipiuntur, ut per Anch. conſ. 93. 341. 423. & uerba hominis ſecundum diſpoſitionem hominis. Deci. in c. 1. de conſtit. ubi quod ſi Rex facit mẽtionem de iure, intelligitur de iure regio. & in c. ex literis. nu. 8. & 9. eo. tit. ubi multa adducit. & in c. cauſam quæ. nu. 7. & 8. de reſcr. in l. 1. ſub n. 2. verſ. præterea talis diſtinctio. C. qñ non pet. par. citat Bal. in c. cum veniſſent. de eo qui mit. in poſ. vbi clare hoc dicit. Idem Dec. conſi. 30. col. 3. Fel. in d. cauſã quę. nu. 50. Ripa in l. Centurio. nu. 31. de vul. & pup. & in omni caſu intelligenda ſunt ſecũdum ſubiectam materiam. l. ſi uno. loca. l. inſulam. de præſcr. uerb. Deci. in l. 1. nu. 15. C. qui admi. in vlt. lect. & in l. quoties idem ſermo. de reg. iur. Bar. & alij, in rub. de op. no. nunc. Ceph. conſi. 451. nu. 81. & ſucceſſiue.

Verba legis vel ſtatuti unius, intelligi debent per uerba alterius legis vel ſtatuti de eadẽ materia loquentis. l. non eſt nouum. de leg. iunc. l. omnes populi. de iuſt. & iu. Iaſ. conſi. 24. nu. 8. ſic & una pars ſcripturæ declarat aliam. l. vtrum. de petit. hæred. Dec. conſilio 425. in caſu. num. 11. conſi. 442. in cauſa. nu. 3. & 12. Iaſ. conſ. 127. noua. num. 13. uol. 1. Oſaſ. deciſ. 66. decreto. num. 13. ubi loquitur in ſtatuto. Decius conſi. 88. cum feudum. num. 41. qui etiam loquitur in ſtatuto. Hinc dixit Anch. conſi. 422. ad fin. quod ſtatutum recipit interpretationem ab alio. quem ſequitur Deci. in l. 1. nu. 20. C. de ſecun. nupt. Gozad. conſi. 61. num. 20. Ripa in l. Centurio. num. 31. de vulg. Menoc. de præſump. libro 1. quæſt. 37. nu. 22.

Verba (libere, & omnia) dictioni communi per teſtatorem adiecta, communem ad directam de neceſſitate trahunt. Bal. in l. precib. C. de impub. & in l. Centurio. de uulg. Bal. conſi. 20. col. ult. uerſ. quarta ratio. lib. 3. & conſi. 296. libro 5. Angel. conſi. 125. Rom. conſi. 130. Deci. 571. ſub nu. 6. uerſ. tertio ad idem. nam iſta uerba niſi in directa ſubſtitutione uerificari poſſunt. Bar. in d. l. precib. in prin. Alexan. in d. l. Centurio. colum. 22. uerſ. quarta fuit opinio. & ibi Aquens. poſt nu. 30. uerſ. tamen tenendo. & Ripa num. 135. Iaſ. in d. l. precib. col. 11. uerſ. limita tamen iſtam concl. num. 19. in fi. Lancel. Polit. in tract. ſubſtit. tit. de compen. nu. 31. & ſeq.

Verba narratiua tertio non præiudicant, l. ex his uerbis. C. de teſtam. mil. l. ex hac ſcriptura. de donat. l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtipul. Curt. iun. conſi. 24. num. 3. etiam ſi ſint principis. eſt magis communis opinio, ut dicit Barto. Soci. conſi. 20. ſub nu. 12. uerſic. ſed magis communis. quod eſt inter conſi. Curt. ſen. quod conſ. ſequitur & comprobat Deci. conſi. 576. pro reſolutione. num. 13. & hoc dicit etiam Rebuf. in tract. nomin. num. 6. quæſt. 1. Curt. iun. conſi. 61. habita. nu. 13. ubi addo. quid autem ſit in ver. narratiuis & enũtiatiuis legislatoris? dic quod non probant, nec diſponunt. Federi. de Sen. conſi. 39. ante fin. Rom. conſi. 191. num. 4. dixi ad Curt. iun. conſil. 125. ſuper uer. ad decidendum, vide ſupra circa materiam uerborũ enuntiatiuorũ.

Verba, neque dediſſe, neque feciſſe, intelligi debent ſecundum Bart. ſi in mora is fuerit dandi uel faciendi. Bart. in l. ſi duo. §. fin. de conſt. pecu. Alexan. in l. ſi quis maior. num. 6. uerſic. in tex. ibi. C. de tranſac. Socin. conſi. vlt. colum. 1. uolum. 3. Iaſ. in l. 1. §. de illo. colum. fin. ad Trebel. Deci. in l. quod te. nu. 12. ſi certum pet. & in conſi. 2. colum. 2. & conſilio 566. col. 1. Rum. conſ. 103. col. 2. uerſ. ſecundo quod ubi. uol. 1. & conſi. 184. nu. 1. uol. 2. Cagnol. in d. l. ſi quis maior. nu. 198.

Verba, non aliter nec alio modo, non patiuntur alium intellectum uel ſubauditionem. Bal. in l. ſiquidem. C. de excep. per glo. ibi. in uer. ſiquidem. quam ad hoc no. & dicit non eſſe alibi. & idem Bal. in c. 1. §. denique. col. ult. quæ fu. pr. cau. benef. amit. in uſi. feu. Alex. conſi. 3. col. 3. in fi. uol. 1. Iaſ. 4. nu. 15. lib. 1. 162. nu. 11. 202. nu. 18. li. 2. 86. n. 16. li. 3. ubi recitat dicta Ale. d. cõſ. 3. Dec. 18. n. 4. uer. terti⁹ teſtis. & 61. nu. 2. Goz. 3. nu. 23. Rol. 58. nu. 48. vol. 3. 59. nu. 11. eo. 63. nu. 29. uol. 4. Nat. 372. n. 5. Crau. 201. n. 43. Ceph. 440. n. 80. Men. 38. n. 21. & 22. poſt Tiraq. de utr. retr. parte 1. §. 8. glo. 6. nu. 3. hæc uerba eſſe reſtrictiua dicit Pariſ. conſ. 18. n. 6. & 7. uol. 1. Oſaſ. deciſ. 165. nu. 13. ea tamen recipere congruam interpretationem dicũt. Bal. in l. vlt. C. de contrah. emp. Deci. conſi. 281. in fi. Rol. 61. nu. 54. & 55. uol. 2. & & alij qui in hoc adduci poſſent, & vide ſupra uerſ. ſolemnitatis requiſitæ omiſſio.

Verba, nullo modo, ſunt præciſa, & tollunt omnem uiam in contrarium, & potentiam, adeo quod omnis diſpenſatio propter illa uerba dicitur prohibita, gloſ. in clementina ſecunda, in uer. nullo modo. de ætate, & qualitate. Alexan. in l. fin. C. de milit. teſtam. & dicunt habere clauſulam decreti annullatiuam. Zenzel. in clem. 1. de ſequeſt. poſ. & fruct. inferens, quod vbi ius loquitur per verba vniuerſalia, nullo modo, vel nullatenus, tacitum in ſe videtur habere decretum, & tollere omnem poteſtatem aliter diſponendi. Goz. conſi. 25. nu. 9. & conſi. 71. num. 4. vbi dicit, quod, quando teſtator diſponit in ſuo teſtamento, quod res nullo modo alienetur, per illa verba, nullo modo, intelligitur velle quod etiam in caſibus ſpecialibus aliàs permiſſis alienari non poſſit. per textum in §. ſanctiſſimas. in Auth. de alien. & emphyt. Crau. conſil. 201. numero 42. Rolan. conſi. 27. num. 10. & ſeq. lib. 4. Iaſ. conſi. 166. nu. 7. uol. 2. Deci. conſi. 640. nu. 9. Gram. voto 31. in cauſa. num. 7. Tiraq. in l. ſi vnquam. in ver. reuertatur. nu. 93. C. de reuoc. dona. & in tract. de primog. quæſt. 24. nu. 11.

Verba præſentis temporis inducunt canonem latę ſententiæ, & perinde eſt ac ſi dicatur, ipſo iure, nec tũc alia ſententia requiritur. l. infamia. C. de decur. lib. 10. glo. in l. in criminali. C. de iuriſd. omn. iud. & in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſ. eccl. gl. in c. in pœnis. de reg. iur. in 6. & habetur in l. 2. §. miles. de his qui not. infam. ibi, ita infamis eſt: hoc eſt, ipſo iure. de quo per Rom. loquentem in emphyteuta, in conſi. 212. ſub num. 7. iunc. addi. ibi ſuper ver. ipſo iure, vbi quod hæc ſententia eſt communis, & in iudicijs recepta, cum remiſſionibus ad tenentes contrariam partem. Abb. in c. querelam. col. 2. & ibi Fely. col. 2. de iureiur. hoc de infamia, intelligũt de dignitatib. & honoribus laicalibus, non de beneficialib. ut obſeruant Veron. ad Rom. ſing. 510.

Verba, prout ſibi videbitur, & placuerit, non important liberam, & abſolutam uoluntatem, ſed ſolum arbitrium boni viri, & ſic rectum & moderatũ iudicium. l. Thais. §. ſoror. l. fideicommiſſa. in princ. de fideicom. liber. Bar. & alij in l. ſi ſic. in prin. de legatis 1. & in l. creditor. §. Lucius. ff. mand. & nedum ſi ſeparatim, ſed etiam ſi coniunctim iſta verba proferantur. Iaſ. conſ. 4. dominus Baptiſta. num. 13. vol. 3. & in dicta l. ſi ſic. a nu. 4. vſque ad nu. 35. ubi plura dicit de verbis importantibus arbitrium boni viri, & abſolutam voluntatem. Dic tamen Corn. tenere propoſitionem veram, ſi dicta verba ſeparatim proferantur, quia ſi coniunctim, important liberam uoluntatem. conſi. 302. colum. 3. uolum. 4. ſequitur Crau. conſi. 105. colum. 2. Rolan. conſi. 59. nu. 32. & conſi. 60. num. 24. uolum. 1. Deci. conſi. 88. cum feudum. nu. 48. ubi de uer. placuerit, iunc. cum pronomine, quicquid, quod importet liberam uoluntatem, vide tamen Rom. conſi. 228. ſub num. 11. verſic. ſic itaque in propoſito. vbi ſimpliciter firmat propoſitionem, iunc. addi. ibi. in uer. boni viri, vbi concor. habes.

Verba, quomodocunq; & qualitercunque, oſtendunt enixiorem uoluntatem ea proferentis, vt not. in l. Bal. iſt 1. ad Trebel. & hoc ex vi geminationis, vi. ſupra verſ. geminata verba. & per Dec. conſi. 481. nu. 7. & 8. 635. nu. 7. & in l. pen. nu. 4. C. de pact. Grat. reſpon. 6. num. 6. libro 1. hinc eſt, quod promittens aliquem non moleſtare, quomodocunque & qualitercunque, intelligitur, nec de iure, nec de facto, & tam in iudicio quam extra. Ruin. conſi. 77. num. 7. & 8. libro 2. Aquen. in l. 1. §. huius ſtudij. num. 10. de iuſt. & iure. Ceph. conſi. 451. nu. 220. cum plur. ſequent. ubi multa habes de iſtis verbis, & ſimilibus geminatis.

Verba ſtatuti generalia fauore publico comprehendũt nedum habiles, ſed & inhabiles. l. 3. §. vtrum. verſi. hic quoque. in fi. ibi, quod in communi utile eſt. ad Syllen. vnde videmus, quod licet mancus vel mutus non poſſit de iure communi habere feudum. c. 1. an mut. vel al. imp. Bal. in l. cui. de ędil. edic. & in l. quoties. C. de ſuis & legit. Caccial. in trac. de feu. nu. 15. tamen, ſi fiat conſtitutio, quod quicunque ceperit talem malefactorem, habeat tale caſtrum in feudũ, & aliquis mancus uel mutus ipſum ceperit, admittetur ad feudum ex dicta conſideratione publici fauoris, qui eſt, quod malefactores capiãtur, & ita ex mente Guiel. de Cun. & An. de Piſ. dicit Iaſ. in l. ſi filiusfam. nu. 3. uer. iſtud notabiliter inducitur. ſi cer. pet. Quod & in ſimili dixit Bal. in rub. C. qui ac. nõ poſ. col. pen. uerſ. quæro, ſtatutum dicit, quod licet aliàs inhabilis non poſſit accuſare, tamen fauore publico admittetur. & alibi idem Bal. in l. ita nobis pudor. C. de adulter. vide ſup. uerſ. præmium propoſitum. verſ. fauor publicus eſt. & uer. forenſis, licet ex forma ſtatuti.

Verba, tanquam antiquum & paternum, poſita in inueſtitura, rei ueritatem non mutant, quando feudũ reuera eſt nouum. Oldr. conſ. 178. per l. ſi forte. de caſtr. pecu. & arg. eorum quæ not. in l. ſi donatione. C. de colla. Caſtr. conſ. 156. quod iſtud feudũ. Alex. conſ. 10. uol. 3. Iaſ. conſ. 180. ſub nu. 23. uerſ. primo. Clar. §. feudum. q. 8. uerſ. ſed hic occurrit. ubi dicit magis cõem. Gabr. concl. li. 3. de feu. concl. 1. nu. 1.

Verba teſtamenti ambigua declarantur ex his, quæ teſtator extra teſtamentum dixerat. Barto. in l. 2. in princ. colum. 7. uerſ. quæro ex quibus præſumatur. de uulg. & pup. Bal. in l. precib. col. 3. uer. primo ex dictis. C. de impub. Alex. conſ. 98. col. 3. uerſ. primo per ea quę. vol. 4. Soci. ſen. conſ. 37. col. 1. in fi. lib. 3. Ruin. conſ. 192. nu. 5. li. 2. Pariſ. conſ. 66. nu. 80. li. 3. ubi loquitur de dictis per teſtatorem ante & poſt teſtamẽtum. Ceph. conſ. 452. nu. 37. & conſ. 626. nu. 18. Rimi. iun. in d. l. precib. nu. 240. pro rõne, uide ſup. uerſ. uerba diſpoſitionis declarantur.

Verba ubi ſunt clara, nõ eſt opus interpretatione, aut declaratione. l. ille, aut ille. §. cum in uerbis. de legatis 3. l. continuus. §. cum quis. in fine. de uerborum oblig. Deci. conſi. 51. col. 2. uerſic. prædicta tamen. ita quod nec etiam iudex ſententiam ſuam declarare poteſt, quando ſunt uerba clara. Bart. Ang. Imo. & Aret. in l. ab executione. de appel. immo tali caſu non habet locum quod dicitur de conſuetudine interpretatiua. Deci. conſilio 49. col. 2. uerſ. ſed ſecundum ſupradictam. & conſ. 51. col. 2. ad fin. uerſi. prædicta tamen. copioſe Iaſ. conſi. 99. uerſ. præmiſſis tamen. lib. 1. & conſi. 60. col. 3. circa med. lib. 3. Fely. in c. qualiter & quando, il 1. num. 28. de accuſ. ſunt enim intelligenda, ut cantant: ut de uerbis inueſtituræ dictum eſt ſupra uerſi. inueſtituræ primæ tenor. Immo eſſe infirmitatem intellectus quærere coniecturas, ubi habentur uerba teſtatoris clara, dicit Bal. in l. certo generi. §. 1. de ſeruit. ruſt. prædio. & in dicta l. continuus. §. cum ita. & in l. uoluntatis. not. 1. C. de fideicõmiſ. nec ab eis claris eſt rece-

dendum, etiam ſi actus periret eis obſeruatis, Iaſ. in l. quoties, de uerb. oblig. Crau. conſi. 288. col. 2. in fi. cum ſeq. Tiraq. in l. ſi unquam. in uer. libertis, nume. 5. & 6. de reuoc. donat. Ceph. conſi. 638. nu. 40. & ſucceſſiue.

Verbum, aſſignauit, in dubio importat dominii tranſlationem, ita Bart. in l. ſi conſtante, in princ. ſecunda quæſt. 4. par. princip. ſoluto matrimonio. cum quo etiam omnes ibi ſimpliciter tenent, ubi quęrit Bart. an mulier conſequatur dominium rerum ſibi aſſignatarum pro dote? & tenet, quod in caſu dubio per iſtud uerbum, aſſignauit, intelligatur tranſlatum dominium, cum pręcedat cauſa habilis, per l. dotis fructus, §. fin. cum l. ſeq. ff. de iu. dot. & l. 1. cir. med. de uſucap. pro don. l. item ſi uerberatum; §. 1. de reiuend. cum multis aliis, quos in hanc ſententiam citat Iaſ. conſi. 92. circa primum, nu. 1. uolum. 1. & conſi. 92. illuſtriſſimus, num. 1. uol. 3. Barb. conſilio 25. clementiſſimum, nu. 19. uol. 4. Deci. conſilio 645. præſuppoſita, nu. 1. Nat. conſi. 596. quoniam, nu. 5. Ruin. conſi. 42. in princ. nu. 6. Alci. in l. aſſignare, de uerborum ſignific. Pariſ. qui plures ci-
* tat, & ait communem, conſi. 33. nu. 26. uol. 3. Neuiz. conſilio 84. numero 7. Ceph. conſi. 399. teſtatus eſt, nu. 26.

Verbum, capere, intelligitur cum effectu, adeo quod capiens efficiatur dominus rei quam capit, ita ut eā reſtituere non teneatur. Puta ſi ſit conuentum, ut aliquis capiat redditus, fructus, & prouentus aliquos, l. aliud eſt capere, de uerborum ſignific. l. ſi quis obligatione, §. non poteſt uideri, & l. non uidetur quiſquam, de regu. iur. ubi non uidetur quiſquā id capere, quod alii reſtituere tenetur. gl. in l. ex facto. §. Iulianus, in uer. ueniat, in fi. de uulgari, & pupill. & l. ciuitatibus, §. fin. in fi. de lega. 1. non uidetur capere ille qui tantum erogat quantum accipit, ſequitur Alcia. in d. aliud eſt capere. in uerſ. cum effectu. Deci. in d. l. non uidetur, nume. 4. ubi dicit; hoc uerbum intelligi debere, cum effectu, ut, ſ. capiens habeat, & retineat ad ſuam propriam utilitatem: ſequitur Ceph. conſilio 626. numero decimotertio, & 14.

Verbum, concedo, importat donationem, & dominii translationem, tex. & ibi glo. & Bart. in l. uxori. §. fin. de lega. 3. per quem tex. & glo. dicit ibi Bal. no. quod idem eſt dicere, concedo, quod, dono, ſi non apparet alia cauſa conceſſionis, facit l. prohibere, §. plane, quod ui aut clam. & l. fin. in prin. & ibi Imo. de donat. & alibi Imo. in l. cum pater, §. pater pluribus, de lega. 2. Ang. in §. quia uero, il 1. in Aut. de non alien. Abb. in c. cum uenerabilis, de exception. Iaſ. conſilio 27. numero ſexto. conſi. 45. in principio, uol. 1. Deci. conſi. 262. num. 10. & in l. ſi donatione, nu. 39. C. de collat. & in d. c. cum uenerabilis, not. ult. Rolan. conſi. 1. nu. 25. lib. 4.

Verbum, credo, prolatum in atteſtationibus non affirmat, l. teſtium, & ibi glo. & Doct. C. de teſti. Innoc. in c. ad hæc. eo. tit. Alex. conſi. 56. uol. 2. conſ. 69. & 95. uol. 4. conſi. 109. & 132. uol. 1. & non probat, etiā ſi ſtatutum uel conſuetudo ſit in contrariū. Hoſtien. & But. in c. 1. de appel. & tale dictum in depoſitione prolatum facit non dici proprie teſtem, nec talis deponens per hoc uerbum uenit appellatione teſtis. glo. in l. 2. §. pen. de aq. plu. arc. Butr. in c. quoties, in fi. de teſti. Alex. in Rubr. ff. de iureiur. ui. ſupra, uerſi. teſtis depoſitio de credulitate.

Verbum, cuiuſcumque, etiam ea includit in quib. mentio ſpecialis requiritur, gl. in clem. 1. de re iud. & in l. cum penam. de arbitr. no. per Bal. in c. imperialē. de proh. feu. alien. per Feder. quia eſt uniuerſale, geminatum, & omnes includit. Soc. conſ. 3. n. 23. uol. 3. ubi refert Ale. in quodā conſ. quod non uidit impreſſum, dixiſſe, qđ licet Comes non poſſit infantes legitimare niſi ſibi ſpecialiter conceſſum eſſet, tñ ſi in priuilegio ſit appoſitū uerbū, quoſcūq;, poterit. vi. tu Ale. cōſ. 30. n. 11. uol. 1. ubi loquitur in feudo, & cōſ. 95. n. 7. uol. 7. ubi ſimiliter loquitur in feudo. & Rui. conſ. 77. ſub n. 8. verſ. & ad idē facit. li. 2. ubi dicit ſub nomine cuiuſcunque hæredis, venire omnes hæredum ſpecies, etiam ſi ſint hæredes improprie, ut ſunt legatarij, poſt Bart. & Alex. in l. Gallus. §. ēt. de lib. & poſth. & alios multos, quos citat Tiraq. de retrac. lign. §. 1. glo. 7. nu. 21. Alci. in l. mouentiū. de ver. ſig. Ceph. conſi. 451. nu. 56. & 189. Goz. conſi. 82. nu. 4. & conſ. 88. nu. 12. Menoc. conſi. 129. col. 3. verſ. tertio accedit. & conſ. 255. nu. 31. & 32. uerſic. hoc in caſu. Burſ. conſi. 138. vbi copioſe de hoc verbo. & Rimi. iun. cōſi. 55. & de vi huius verbi, vi. ſup. ver. immunitas cōceſſa ciuib. & verſ. dictio, quibuſcunque. & verſ. dictio, quoſcunque, & nota pro varijs materijs. & vi. inf. verſ. verbum, quibuſcunque. & verſ. Comes Palatinus non poteſt.

Verbum, diſponere, proprie ſpectat ad teſtamentū, ſeu ad vltimam voluntatē. Alber. de Roſa. in diction. in ver. diſponere. per tex. in §. pen. & fi. Inſti. quib. manum. nō lic. & in §. diſponat. in Auth. de nupt. refert Iaſ. conſ. 189. nu. 4. & conſi. 190. nu. 1. uol. 1. & conſ. 130. in caſu. col. 4. verſ. Item pro iſta. q. uol. 4. Rol. cōſ. 62. n. 15. uol. 1. Viui. com. opi. li. 1. opin. 442. ver. diſponere. Ceph. conſ. 274. n. 12. ubi alios adducit.

Verbū gñale tanq̄ obſcurū, iux. l. ꝑtor edixit. de iniur. nō ſtat abſolute, ſed declarat, & tēperat ex expreſſis. arg. l. fi. §. cui dulcia. de trit. vi. & ol. leg. vbi id notāt Doc. & in c. ſedes. de reſcr. ubi ēt Doc. Dec. conſ. 495. viſo elegāti. ſub nu. 18. ver. Itē illud. conſ. 502. ex duob. nu. 8. in fi. vbi citat. l. ſi de certa. C. de trāſ. plene Affl. deciſ. 319. n. 1. & 2. Ceph. cōſ. 23. nu. 127.

Verbum, intelligitur, denotat fictionem. de acq. hær. l. hæres quandocunque. Abb. conſi. 20. colum. 2. verſic. cum verbum. lib. 2. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. num. 94. de vſucap. Dec. in l. qui actionem. poſt nu. 3. de regu. iur. Idem Iaſ. in l. 1. C. vn. vir & vxor. nu. 7. & ibi Deci. num. 16. Tiraq. in legi. connub. gloſ. 7. num. 174. & eſt text. in l. aditio. ad finem. de acquir. hæred. quem ad hoc citat Rom. conſi. 405. nu. 2. vbi idem dicit de ver. videtur. in verſic. Item gloſ. Quod not. pro materia extenſionū de caſu vero vel ſimplici ad fictum, præſertim in materia conceſſionis ciuilitatis, in qua ſit appoſitum verbum, intelligatur, quia denotat fictionem. l. quoniam intelligitur. de his qui not. infam. l. 1. poſt prin. C. de rei vx. act. Dec. in l. cum quid. in 3. & 4. not. ſi cer. pet. facit tex. in l. nulli. §. quod ſi ex vico. C. de epiſ. & cler. & in §. ſi quis igitur ex quolibet. in Authent. quibus mod. natura. efficiuntur ſui. Barto. in lege, ſi quis. C. de nat. liber. Angel. in dicto §. ſi quis igitur. poſt





Iac. de Belui. ibi. idem Ang. in rubr. ſolut. matr. ubi Imo. & Aret. ſub nume. 8. verſi. & eſt tenenda. poſt Io. And. in c. ſi ciuitas. de ſent. excom. in 6. quem ſequitur Bal. in l. 1. §. cum vrbem. de off. præf. ur. & in ca. 1. de capi. qui cur. vend. Ceph. conſilio 451. numero 50. applica dic. ſupra uerſiculo, ciuis ut quis dicatur.

Verbum, hæredibus, intelligitur de filiis. not. Bal. in l. etiam. in fi. prin. ſol. matrim. Calder. conſi. 15. tit. de verb. ſign. Deci. conſi. 185. nume. 3. verſi. vlterius etiam. Pariſ. conſi. 11. num. 24. vol. 1. Curt. iun. conſi. 103. num. 6. Gozad. conſi. 26. nu. 30. Rube. conſi. 154. num. 13. clar. in. §. feudum. q. 83. in verſi. ſed quid ſi feudum conceſſum ſit. Panciroſ. conſi. 1. nume. 9. qui loquitur in feudo antiquo. Menò. relatiue, conſi. 401. num. 1. & ſic intellige propoſitionem in feudo. quæ dicitur potius reſtrictio ad regulam quæ habet, hoc uerbum intelligi etiam de extraneo qui ſit ſucceſſor bonorum defuncti. Caſtrē. in l. Gallus. §. etiam ſi parente. de lib. & poſthu. nume. 4. per l. ſciendum. de verb. ſign. & idem Caſtren. in conſi. 453. vol. 2. ubi a regula ſuprad. excipit quatuor caſus. in quibus verbum hoc improprie accipitur, & ad filios tantum reſtringitur. In ſecundo loco ponit iſtum in feudo, in quo cum extranei non ſuccedant, uerbum, hæres, accipitur pro filio. §. & ſi clientulus de alien. feu. gl. in l. ex facto. §. ult. ad Trebel. Bal. in l. liberti. C. de oper. liberti. Ceph. copioſe in materia feudali, conſi. 657. nu. 11. Manti. de coniect. ulti. vol. lib. 8. tit. 14. nume. 3. vi. ſupra in verſi. clauſula, hæredibus & ſucceſſoribus. & uerſic. hæredum appellatione.

Verbum, libere, excludit omnem conditionem & moram, c. extirpande. §. vltimo. de præben. c. ſi beneficia. eo. tit. in Sex. c. ordinarij. §. quod ſi forte. de of. ord. & ibi de hoc per Io. And. & Archid. & in c. pro humani. de homici. in Sex. Oldr. conſi. 225. grauamina. ſub. num. 10. verſi. circa primum. nam ſi adeſſet conditio & mora non diceretur libere, idem enim importat, libere, quod plene. c. Piſanis. in fi. de reſt. ſpoliat. c. cum ex officij. de præſc. ubi quod idem eſt dicere, libere conferat, ac ſi fuiſſet dictum, ſine contradictione & moleſtia, canon. poſt Archid. in c. 1. de ſuppl. neglig. præl. in vi. Alberi. in diction. uer. libere. Firm. in eo. uerſi. Pariſ. conſi. 81. in præſenti cauſa. ſub nume. 4. verſi. quæ dictiones. vol. 1. & conſi. 26. n. 26. vol. 4. vi. ſup. verſic. libere, qui aliquid poteſt. & ver. libere uerbum.

Verbum, lego, quando adiicitur certæ quantitati, uel ſummæ, intelligitur legatum, & non inſtitutio. Sal. in l. fin. col. fin. C. fam. erciſc. ubi Bal. idem ſentit in ver. lego, licet contrarium dicat in uer. relinquo. de quo late Franc. in c. ſi pater. de teſtam. in vi. uerſic. in ea. glo. ibi, non uidetur. Mich. de Graſ. in lib. ſenten. §. inſtitutio. quæſt. 14. & 15. numero ſecundo, diuerſi enim ſunt tituli de legatis, & de inſtitutio. ideo per verbum, lego, inſtitutionem non comprehendi tenuit Bero. conſi. 118. numero 27. lib. 2. & Caſtr. in l. omnimodo. in fi. C. de inoffi. teſtam. pro qua materia ui. copioſe Foſſanen. deciſ. 58. incip. legitima.

Verbum nullum adeo uniuerſale eſt, uel indiſtinctum, quod ex conſideratione debitarum circunſtantiarū non debeat ciuiliter intelligi, & limitationem recipere. Oldr. conſi. 148. factum eſt tale. ad fin. verſ. ad aliam. per l. ſi mihi in uia. §. fin. de lega. 3. l. obligatione. de pign. l. non tantum. §. quod ſi pro emptore. & ibi not. de petit. hær. l. 1. §. denique. & ibi not. quod ui aut clam. Alber. de ſtat. par. 1. q. 53. alias 57 ſed quid ſi. col. 2. poſt prin. ſub uerſi. ſi autem accuſatus: Rom. conſi: 76. in cauſa nobilis. in fi. & conſi. 214. venerabilis. col. pe. ad fi. verſi. & hanc. vi. ſup. uer. oratio uniuerſalis. & in uer. diſpoſitio generali.

Verbum nullum nequidem minimum debet eſſe ſine virtute aliquid operandi, ſi poteſt. l. hac lege. de cōtrah. emp. l. ſi ſtipulatus. de vſur. ita Bal. in rubr. C. de contrah. empt. q. 9. Iaſ. conſi. 45. num. 14. conſi. 64. num. 11. conſi. 98. nume. 13. uol. 1. & hoc dictum procedit etiam in ſyllaba. Crau. conſi. 105. nume. 7. Bec. conſi. 21. nu. 25. conſi. 100. nu. 19. ꝙ ipſe declarat conſi. 34. nu. 29. conſi. 82. nu. 18. conſi. 101. nu. 82.

Verbum, perpetuo, adiectum actui prohibitorio operatur ut ultra perſonam expreſſe prohibitam etiam aliæ perſonæ deſcendentes cenſeantur eſſe prohibitę, & per oppoſitum nedum primi nominati cenſeatur uocati, ſed etiam alii ex eis deſcendentes. Barb. conſi. 44. ſapienter. vol. 2. nam ex appoſitione iſtius dictionis intelligitur illam apponens id ſenſiſſe, nimirum ſi ad omnes alios tranſit prohibitio. Bar. in l. filiusf. §. Diui. de leg. 1. col. fin. & ibi doct. Caſt. conſi. 12. uidetur dicendum. in fi. pro quo ui. ſup. in uerſi. dictio perpetuo. & uerſ. hæres a quo relictum eſt. & uerſi. legatum annuum.

Verbum poſitum in ſtatuto, quod poteſt duobus modis intelligi contra ius commune, debet ſemper intelligi ut vnum tantum effectū operetur, non duos, & illum qui minus lædit ius commune. Rom. conſi. 199. nume. 6. ubi plura iura ad hoc allegat. Lamber. de iu. patron. lib. 2. par. 3. art. 6. q. 9. prin. nume. 3. & 4. Grat. reſp. 46. nu. 7. & 8. & prius reſp. 16. nu. 18. lib. 1. Rol. conſi. 80. nu. 21. uol. 1. Oſaſ. deciſ. 59. nu. 12. 13. đci. 68. n. 22. & đciſ. 88. n. 10. Simone, de decr. li. 3. ti. 8. inſpec. 3. n. 24. & 25. Soc. iun. cōſ. 29. nu. 7. uol. 1. Hier. de Mon. q. 1. nu. 16. in fi. & nu. 2. Borgn: deciſ. Fiuiz. 5: num. 12.

Verbū, pōt, præmiſſa negatiua reddit actū de iure impoſſibilē. Bar. in l. ſi non fortē, in prin. de cond. ind. & in l. cū lex, de fideiuſ. quē ad hoc citat Io. de Mō. Sper. in conſi. 213: in cā uertente, n. 3. ꝑ gl. in c. 1. de reg. iur. in 6. in uer. non poteſt, quæ tñ non dicit qđ reddat actū impoſſibilē, ſed ꝙ neceſſitatē importat, pro quo vi. Bar: & Ang. in l. fi. de fer. & Lanſ. in repet. c. qm̄ contra, de prob. n. 104. hoc tñ uerbū non ſemp importare neceſſitatem, licet negatiua præcedat, ponit Fely. in c. quanto, de pręſump. ubi plura de hoc, quod autem reddat actum de iure impoſſibilem, tenet Fran. in alleg. c. 1. relata gl. ad text. per quam gl. dicit Bal. in l. fi. C. de fideic. col. fi. qđ ſi ſtatutum dicat, ꝙ quis nō poſſit teſtari ſine præſentia propinquorū, ꝙ ubi pñtia deeſt, actus eſt irritus, ſequit. Iaſ. in l. 1. co. 1. đ uer. ob. Doc. in l. Gall⁹, ī prin. đ li. & poſt. Albert. đ hæret. i c. qm̄ q. 5. n. 8. & hr̄ in c. aqua, de cōſec. eccl. uel alt. ꝑ quo vi. eūd. Monteſper. ī cōſ. 224. Dña Margarita, n. 6. & cōſ. 313. primo ſecūdū ordinem, nu. 12. Iaſ. in l. 4. §. quæſitum, ſi quis caut. num. 26. Doct. in c. de his, de accuſ.

Verbum, præcepit, eſt uerbum neceſſitatem inducens. 35. diſt.c.1. clem.1. & ibi Card. in princip. de reliq.& uener.ſanct.c. quod præcepit.14. q.1. & inducit inobedientiam, & peccatum mortale ſi contemnatur. Card.in d. clem.1. & in clem. 2. de magiſt.glo.in c.cum aliquibus, de reſcr.lib.6.gl. Alex. & alii, in l.& quia, de iuriſd.om.iud. & in l.ſæpe.de offi.præſi.Goz.conſi.51.nu.3.

Verbum, quæſtio, prolatum a lege uel ſtatuto, intelligitur per litis conteſtationem.l.3.& 4.fin.regun.ſecus ſi ab homine.Bar.in l.amplius,num.5. rem rat. hab.ſequuntur Corn.conſ.267.lit.q.par.4.Cuma. conſi.117.cir.med.Soci.conſi.244.col.5.uolum.2. Blan.de comprom.q.1.nu.6.7.& 9. Borrel.in tract. de comprom.§.2.gl.1.nu.14.& 15.uerſ.quæſtio autem.ubi habetur de ui huius uerbi, & quid differat quando a lege profertur & quando ab homine, deciſ.Fiuiz.11.nu.6.

Verbum quã do poni poteſt in præterito & in futuro, in dubio utrumque tempus complectitur, quando par eſt ratio utrumque complectendi, de le.2.l. cũ pater §.fidei tuæ.il 2.de uer. ſign.l. uerbũ erit. no. eo.tit.l.uerbũ oportet.de auro & arg. leg.l. ſi uxori.la ult.§.cum ita.de leg.1.l.quod in rerũ, in prin. Rom.conſ.333.nu.2.Iaſ.in l.2.§.ex plurib.nu.25. de acq.poſ.Fely.in c.ad hæc.col.2.uerſ.Adde etiam iſtis.de reſcr.Gomeſ.ſuper regu.de public. reſig.q.6.nu.3.Rebuf.ſuper concor.tit.de collat.§. præterea, in uer.ſtuduerint.uerſ.& quando ſubiunctiuũ.

* Et licet communis uideatur in contrarium, ut per glo.Gemi.& alios in c.2.de conſt.in 6.uideatur tamen Iaſ.in l.1.§.hæc autem uerba, in 2.not. quod quis.iur.& Gomeſ.in rep.d.c.2.§.ſtatuto,nu.76.ut obſeruat Mand.iun.ad d.conſi. Rom. ſuper uerſic. complectendi.

Verbum, quibuſcũque, poſitum in ſuſceptione feudi, comprehendit etiam legatarium. Bal.in c.imperialem.de prohi.feu.alien.per Feder.refert & ſequitur Alex.in l.quædam.§.is autem. de eden. Rom. in l. etiam.ſol.mat.Barb.in repet.l.cum acutiſſimi, col. 7.C.de fideicom. Cur. iun. conſi.1. nu.2.& conſi. 48.nu.3.Ruin.conſ.16.circa caſum, num.5. uol.1. conſ.25.viſo legato.col.ult.uerſiculo. & quia dicto caſu, uolu.2.conſi.103. viſis legitimationibus, nume. 8.uol.3.& conſilio ult.de pluribus. nu.8. uol. 5.Bertran.conſ.264. viſo.poſt prin.uol.2.in antiq. Grat.reſp.5.& ſi hoc,nu.74.uol.2.dixi ad Cur.iun. d.conſi.48.in uer.legatarium.& ad conſi.183.col. ult.in uer.& legatarius. facit in ſimili, glo. in clem. 1.de iudi.ubi illa uerba, quoſcumque, comprehendunt non ſolum clericos, ſed laicos, glo.in l.promittendo, in princ.de iure dot. quam ſingularem uocat Barb.inter conſi.Alexan.conſilio 123. numero 8.uolum.quarto, quem refert Iaſ. in le.1.in prima lect. poſt numerũ 13. C. de ſacroſan.eccleſ. Curt. iun.d.conſilio 1.ſub numero quarto, & conſ.183. colum.ultima.hinc dixit Alexan.in l.ſi patroni, colum.quinta, ad Trebel. quod licet feudum non ueniat regulariter in reſtitutione fideicommiſſi, tamen iſtud non procedit quando eſt ſuſceptum pro ſe & heredibus quibuſcumque, ſequitur Curt.conſilio quarto, numero quarto. ubi dixi in uerſi. feudum extraneis, conſilio 48. ubi addo in uer. quibuſcumque, & conſi.183. ubi dixi. in uerſi. contrarium dixerint Bertran.conſi.46, conceſſum eſt feudum, uolumine tertio, in nou.Grat.reſp.ult. requiſitus, numero 21. par.2. Goz.conſilio 6. prima facie, num.6.uerſiculo nono, & conſilio 14. prima facie, colum.pen.uerſ.10.& conſ.103.uidetur primo, col.2.uerſ.Tertio faciunt Marſi.conſ.80.in hac cauſa, nu.42.Afflic.deciſ.386.in cauſa,nu.5.& in c.1.§. eſt & alia,nu.10.quę fuer.pri.cau.benef.amit. & in c.in generali,nu.22. ſi de feu.fuer. cont. int. dom. & agn.uaſ.Pariſ.conſi.9.Sereniſſimum,nu.8.uol.1. Gig.in trac. penſ. quæſt. 19. numero tertio, & q. 28.num.13.vide ſup.in uerſ.dictio quoſcumque.& uerſ.uerbum, cuiuſcumque.

¶Veriſimilitudo maior tollit minorem. Bal.in l.ſiue, ad fin. uerſiculo, item nota, C. de prob. & contra eam non admittitur probatio niſi cauſa cognita, capitulo, quanto. de præſump. Specul. de probat. §.nunc dicendum, poſt principiũ Abb.in capitulo, quia ueriſimile, de præſumpt. & præfertur uni teſti. Archid. ſeptima, quæſt.prima, capit.Pontifices, Felin.in cap.auditis.de præſcript.colum.13.ſicut & prẹſumptioni maiori minor cedit.l.Diuus, de in integ.reſtit.Alci.conſilio 269.num.2. Curt.iun.conſilio 35.nu.6.& conſi.163. num.22.de ui & effectu ueriſimilitudinis, uide copioſe per Nat.conſi. 164. in fi.per Crau.conſi.135.nu.42.& per Ceph.conſi. 455.nu.50.& ſucceſſiue.

¶Veritatis habendæ cauſa admittuntur non admiſſibilia. Vnde, licet in probanda artis peritia non ſufficiat unus teſtis, ſed plures requirantur, iuxt. not. in Auth.de non alien.§.vt neque.in ver.architectis. & in l.1.in ver.omnes vel duæ. de vent. inſpi. ſi tamen plures haberi non poterunt, ne veritas pereat, unus tantum admittetur. Bald. conſi. 302. proponitur. col.2.vol.2.per not.in l.1.§.fin.de verb.oblig.Et ad hoc etiam, perſonæ quæ aliàs ad teſtificandum compelli non poſſunt, iux.not.in l.4.C.de teſtibus.compellentur.Hoſtien.& Io.And.in c.1.de teſti. cog.ſequitur Roma. ſing. 398. & ibi adden.quia facultas probationum non eſt anguſtanda l.quoniam.C. de hẹret.& quando a teſtibus integris ipſa ueritas haberi non poteſt, minus integri admittuntur.Saly. in l. ea quidem.verſ.ad 5.q.C.de accuſ.ubi ponit exẽplum de ludente in poſtribul.qui fuit deceptus propter taxillos falſos, quod ad hoc ut ueritas huius deceptionis & falſitatis haberi poſſit, per lenones, & infames probari poterit. ſequitur Aret.de malef. in verſi. meritore de mali dadi.col.1. & in ver. qui iudex.col.1.in prin.Alex. conſi. 64. colum.1. uol. 1. Brun.de ind.num.15.declarat Hyp.ſing. 73. vbi copioſe de hoc.& dicit Alberi.in l.in teſtimonium. C. de teſti. quod quando veritas delicti non poteſt aliter probari quàm per minores, duo impuberes illud probant. ſequitur Hyp. in l. de minore. in princ.colum. 9. poſt med. & in l. Diuus. colum. ſecunda & tertia. de quæſt. & in l. infans. colum. 23. & 24. de ſicar. ubi ponit pulchrum caſum, qui ſibi euenit de facto, dum eſſet poteſtas Citadellæ oppidi Paduani diſtrictus. De hac materia copioſe dixi, quæſt. 51. numero duodecimo, & octauo. vide ſupra verſ.teſtes aliàs prohibiti, & verſic.iudex ad nihil aliud.

¶Veſtes



¶Veſtes feſtiuæ & prætioſæ factæ per virũ vxori, defuncta vxore inteſtata, pertinent ad virum, non autem ad hæredes ſuccedentes mulieri ab inteſtato,

* eſt communis opinio Doct.in l.mortis cauſa, §.fin. C.de don. int.vir. & vx. & in l.id veſtimentum. de pecul.veſtes autem viles, & ad vſum mulieris neceſſariæ non pertinent ad maritum, ſed ad ſuccedentes mulieri ab inteſtato, eſt communis opinio in l.cum te.C.de donat.an.nup.& in l.pen.ſol.mat. & vtrãque communem dicit Capra conſ.74.cum viſis.col. 1.copioſe Rol.conſ.10.nu.12.vol.1.

Veſtes prætioſæ, vel magni valoris traditæ à marito vxori, non intelliguntur eidem donatæ, imo vxor tenetur eas reſtituere hẹredibus viri.ita Bar.& doc. in l.pen.§.1.ſolut.matri. vbi Alexand. concor. tradit. idem tenet Ang. conſil.134. Quidam nomine. Capra conſil.74.cum viſis. num.1. conſil.149. cum de pluribus.num.vndecimo. Iaſ.conſil.65.aſſumo. num.5.volum.1.Socin.iun.conſil.134.circa præſentem.num.38.& 39.volum.1. Roland.conſil.10.circa primum.num.12.p.1. Bertrand.conſil.205. dico quod.lib.1.Tobi.Non.cõſil.91. viſo themate.num. 2.Lup. in rubr. de donat. §.2. num.3. Campeg. de dote.p.2.quæſt.55.Ad materiam vide copioſe Manti.de coniect.vlt.volun.lib.6.tit.11.num.17. vbi tractat, an veſtibus vxori legatis feſtiuæ debeantur, & lib.9.tit.3. num.14. vbi veſtibus quas habet in domo legatis, quod veniat pannus qui eſt apud ſutorem.& ibid.num.23.veſtibus vxori legatis, de quibus intelligatur, & an aurum debeatur.

¶Vicinus & conſanguineus præſumũtur ſcire facta vicini & conſanguinei, quo ad mores, iura ſanguinis, & diuitias, non autem quo ad ea quæ oculte fieri poſſunt, vt teſtamentum. Bald.in l.quoniam ſororem. C. de iu.delib. Alexand.in l.Lucius.§.Titius. colum.1. de lib. & poſthum. & conſil.121. colum.3. volum.1. Soc. conſil.97. colum.1. lib.4. & reg.71. fal.1.Dec.in l.2.in fin.C.qui adm. & in 2.lect. col. 2.Fely.in cap.Petrus.colum.1. de homic. Crot.in l. qui Romæ.§.duo fratres. colum.32. de verb.oblig. Corn.conſil.268.colum.fin.uolum.3.Bertr.conſil. 20.colum.2.uolum.2.Grat.conſil.76.colum.7.uol. 1.Rui.conſil.121.colum.2.lib.1. Idem in contractu dicunt. Alexand.conſil.80.num.7.uolum.2. & conſil.71.num.6.uolum.1. Bald.conſil.130. cir.fin.lib. 3.Cæpol.conſil.ciu.47. colum.2. Corn.conſil.147. colum.pen.lib.2.Dec.445. uerſ.10. & ult. Cur.iun. in l.1.colum.9. ſi cer.pet. & ibi Purpur. colum.14. & copioſe Gabr. concl.lib.1. de præſump. concl.6. quæ tota eſt in hac materia.

¶Victus an cõdemnari debeat victori in damnis paſſis occaſione litis reſpectu perſonæ, ut quia erat artifex, uel aduocatus, & non eſt operatus uel patrocinatus? quod ſic tenuit Iaſ.poſt Specul.in l.properandum.§.ſin autem.C.de iudici. Alberi.in l.terminato.C.de fruc.& lit.expen. & Bar. loquens in aduocato qui nõ potuit cauſis vacare, in l.ſtipulatus. de fideiuſ.qui tamen uidetur loqui in bonæ fidei iudiciis, & uidetur de mente Hoſtien.in tit.de contumac. §.qua pœna. uerſic. ſi in iudicio. Caſtr. in l.ſi procurator.rem rat.hab. Aret.in §.hæc autem omnia.num.6.& ibi Ioan. de Plat.Inſtit.de pœna tem. litig.Boer.deciſ.210.num.3.& 4. Menoc.de arbitr. iud.lib.2.caſu 154.num.4.Contrarium, ubi non ſit contumacia, Alexand.uidetur uelle in l.1. §.hoc autem iudicium. ſi quis iuſdic. non obtemp. num.5. Boer. late deciſ.52. num.6. in quo dic, ſeruandum eſſe ſtylum fori, ut dicit Faber in d.§.hęc autem omnia.& Afflict.ſuper conſt.reg.de expen. litis.num. 2. & iudicis arbitrio huiuſmodi omnia taxanda relinqui dicit tex.in l.non ignoret. C. de fruct. & lit. expen.& Menoc.in contum.d.caſu 154. num.2.ui. ſupra uerſic. expenſarum condemnatio. an autem uictus teneatur ad expenſas factas ante reperta inſtrumenta, ui.Foſſan.deciſ.73.Hęres intentauit, ubi copioſe de hoc.

¶Vidua alimentari debet ab hæredibus mariti, ſi pauper ſit, intra annum uiduitatis, quo mariti hæredes cogi non poſſunt pecuniam dotalem ipſi reſtituere, ex mente gl.Bart. & doct.in l.1. §.exactio.C.de

* rei uxo.actio.eſtque cõmunis doct.ſententia in l.diuortio.in prin.ſolut.matr. & fuit ſententia Specul. in tit. qui fil. ſint legit. §.ſed nunquid petet uxor. uerſic. ſed dic quod ſic. per l.quamuis. de bon.aut. iud.poſ.& ante eum fuit hæc opinio Alber.Gale.in tract.de alim.qui eſt inſertus in ſua Margar. ſub ca. 38.num.6.uerſic.ſed nunquid poteſt. Hoc intelligit Bald. & poſt eum Iaſ. in d.l.Diuortio. in bonis mobilibus datis in dotẽ, ſecus in immobilibus, quia in primis datur annus hæredibus ad reſtituendum, ſecunda poteſt ipſa, ſi uult, ſtatim mortuo marito rehabere, & ſic ex eorum fructibus ſe alere. glo.in d.l.Diuortio.in uer.facto.ad fin.quam communiter approbatam dicit Pau.de Caſt.ibi.ubi etiam Alberic.dicit quòd eam ſemper in practica obſeruari uidit, eamque ibi comprobat Iaſ.colum.6.uerſ.tenendo tamen.

Vidua ſi aliquid reperiatur habere, illud non præſumitur à patre proceſſiſſe, ſed à marito, uel ex bonis ipſius filiæ. Alberic. & Saly.in l.etiam. C.de donat. int.uir. & uxor.Saly.in l.Quintus.ff. eod. Ang.conſil.141.Aret.conſil.31.Curt.ſen.conſil.23. Alexan. conſil.82.ſub nu.13.uerſic.& dato.uolum.1.2.Dec. conſil.227.colum.fin.Crem.ſing.6.An.de pra.uet. inter conſil.Alexand.conſil.133. num.2. uolum.4. Alciat.de præſumpt.reg.3.præſump.26.Capra cõſil.13.pro declaratione.num.8. Dec.conſil.237. in caſu propoſito.num.9.Neuizan.in Silua nup.lib.4. num.21.Gabriel.concl.lib.1.de pręſump.concl.15. num.3.Iaſ.conſil.88.ego quoque.num.2.ita etiam Bal.in l.ſi quis filio.§.eius.de inius.rup. teſt. Alex. in l. qui iure.in prin. de acq.poſ. Boer. deciſ.81. & 199.ubi late de hoc. & Menoc. multos referens, de præſum.lib.3.præſump.51.nu.14.

¶Villa tenetur capere malefactorem ſub certa pœna, ſi modo fuerint plures malefactores, & nullum capiat, an teneatur de pluribus pœnis, & ſic pro pluribus malefactoribus non captis? Dyn. & Bart.in l.ſi in rixa. de ſicar. tenent quod tenentur una pœna tantum, acſi unus tantum malefactor eſſet. Pro deciſ.uide Bal.in l.1.C.de condict.fur. & Ang.in trac. malef.in uer.& Andræam.num.14. & in uer.fama. uerſ.quæritur contra.& uerſ.duodecimo circa prædicta.iunc.addit.

¶Vim inferenti, & iniuſte aliquẽ moleſtanti, licitum eſt reſiſtere conuocatis amicis, uicinis, & ſociis. Bar.

in

